



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.



80 A. 2. 8. 7. 8.

Mus. Bibl.

II.

97.



The page contains extremely faint and illegible text, likely due to low contrast or significant noise during scanning. The text is scattered across the page and does not form any recognizable words or sentences.

CHRONICON

SIVE

ANNALES

PRIORATUS DE

DUNSTAPLE,

UNA CUM

EXCERPTIS

E CHARTULARIO ejusdem Prioratus

THOMAS HEARNIUS

E Codicibus MSS.

In Bibliotheca HARLEIANA descripsit,
Primusque vulgavit.

Accedit APPENDIX.

DUOBUS TOMIS.

OXONII,

E THEATRO SHELDONIANO, MDCCXXXIII.



SYLLABUS.

- I. **P** RÆFATIO VI.
- II. Notitia Chartularii de Dunstaple
in Bibliotheca Harleiana per Hum-
fredum Wanleium. E Catalogo Codicum
MSS. in dicta Bibliotheca à Wanleio confi-
gnato.
- III. Annales Ricardi de Morins Prioris Dunsta-
pliæ, cum Continuationibus è Cottonianæ Bi-
bliothecæ Codice MS. TIBERIUS A. 10. I.
- IV. Excerpta quædam è Chartulario MS. mem-
braneo Prioratus de Dunstaple in Bibliotheca
Harleiana. 676.
- V. V. clarissimi Thomæ Smithi Conjecturæ et
Observationes in duas Græcas Inscriptiones,
in marmoribus, prope Persepolim hodie ex-
stantibus, incisas. E Coll. MSS. Smithianis
penes Editorem, Vol. 105. p. 3. 714.
- VI. Eiusdem Conjecturæ in quædam loca Ter-
tulliani de barbara voce, *Onochaete*. Ex eod.
Vol. p. 47. 720.
- VII. The Figure and Inscription of an old Ro-
man Altar, found in 1648. in Forrest-street
in

- in Chester: with a Letter from Mr. Selden to D^r. Langbaine about it, and the D^r's. Letter to Sir William Dugdale upon the same Subject. E Coll. MSS. Smithianis penes Editorem, Vol. 51. p. 57. 723.
- VIII. Verses concerninge the Name and Armes of Dunstaple. From an old Register. 727.
- IX. A Copy of King John's Charter to the Town of Cambridge, for a *Præpositus* or Mayor, as Mr. Baker took it from the Original, under Seal, *Inter Munimenta Villæ Canteb̄r*. With K. Hen. III^d's. Charter, copy'd also by Mr. Baker (with his own Hand) from the Original, confirming the same. 729.
- X. Carta Regis Johannis de libertatibus et privilegiis villæ Oxon̄. E Miscellan̄: Collectionibus M^{ri}. Roberti Hare, MSS. Caio-Gonv. Cant̄. 731.
- XI. Carta Libertatum et Privilegiorum villæ Oxon̄: ab Henrico tertio Rege concessa. Ex iisd. Collectionibus MSS. Rob. Hare. 732.
- XII. Donstable Priors. 734.
- XIII. An Account of the Musterings of the University of Oxford, with other Things that happened there, from Aug. 9. 1642. to July 15th. 1643. inclusively. From an Original MS. (that belong'd to Mr Anthony à Wood) written, as it seems, by Mr Brian Twyne, and is now in the hands of Thomas Rawlins, of Pop-

S Y L L A B U S.

v

- Pophills in Warwickshire, Esq;. 737
- XIV. A Collection of Letters relating to King Charles the Ist's Escape from Oxford, and to the Straits he was put to on that occasion. E Bibliotheca Tanneriana. 787.
- XV. Girardi Cornubiensis Historia Guidonis de Warwyke. E Cod. MS. vet. in Bibl. Coll. Magd. Oxon. 825.
- XVI. A remarkable Passage relating to Oliver Cromwell, from the Original Penn'd by the Reverend and Learned Dr. Thomas Smith. 832.
- XVII. Notæ. 834.
- XVIII. Index in Ricardum de Morins. 840.
- XIX. Operum nostrorum genuinorum hactenus impressorum Catalogus. 908.



P R Æ-



PRÆFATIO.

§. I. **H**ISTORICORUM nostrorum aliquot veterum interitus quantum me commoverit, ex operibus nostris, hactenus editis, aperte discas. Unde & illud etiam liquebit, interitum huncce domorum religiosarum cladi pariter atque bellis civilibus, in Anglia nostra subinde gliscentibus (quibus equidem ardentibus, infestis signis sæpissime inter se concurrerunt nostrates) tribuendum esse. Neque censeo, subtiliore ratione opus esse, ad ea refellenda, quæ in contrarium proferunt nonnulli, harum rerum arbitri neutiquam æqui. In tanto interitu, eos omnes auguste sancteque semper venerati sumus, qui historias nostras antiquas pro virili è latebris tenebrarum eruerunt,

ty-

typisque ediderunt. Quemadmodum & illos item colendos esse judico, qui in Codicibus vetustis exscribendis non mediocrem operam curamque consumpserunt. Quapropter & in hac parte doctrinæ Humphredum Wanleium, qui anno Domini MDCCXXVI (die Julii 6) ætatis annum quinquagesimum quintum agens fati cessit, et in ecclesia de ~~Marybone~~ sive ~~Mary-Le-bonne~~, vel, ut rectius, ni fallor, efferendum, ~~Mary-Le-Bourne~~, in agro Middlesexienfi, sepultus est¹, summam laudem meruisse nemo inficiabitur, qui, prout oportet, perpenderit, quot Codi-

¹ Inscription on Mr Wanley's Tomb-stone, in the Parish-Church of St. Mary-Le-Bonne.

Here lyes

Mr. Humfrey Wanley

Library keeper to the
Right Hon^{ble} ROBERT
and EDWARD Earls of
OXFORD, &c. Who
Dyed the 6th. day of July
MDCCXXVI. in the 55th. year
of his Age.

NB. This Stone lyes cross the Passage from the North Door, at the Distance of 6 ft. 9 inches from it, & on the other Side is within 6 Inches of the Communion Walls. *Coll. nostr. MSS. Vol. 138. p. 150.*

ces

ces MSS. evolverit, quotque ex iisdem Fragmenta egregia hauserit, & in pugillares conjecerit. idque etiam eoſe tempore, quo ſubinde (nam verſatilis erat ingenii) animum totum fere negotiis applicuerit levioribus. Rem vero non aliter ſe habere, atque opinio noſtra ſit, abunde teſtatur Catalogus Codicum MSS. Septentrionalium, à Wanleio conſignatus. Hunc Catalogum in Theſauro ſuo (ab omnibus Antiquitatum noſtrarum amantibus mirâ voluptate aſpecto, mirâ attentione obſervato, utpote in quo omnia fere, quæ ad cultum linguarum ſeptentrionalium pertinent, diligenter pertractantur) protulit clariffimus Hickeſius (quem ego hominem, non tam quia antiquarius erat, quam quia inſula ſacra digniffimus, vehementer obſervavi) qui Wanleium ad eundem contexendum provocaverat.

§. II. Humphredus hicce Wanleius filius erat Nathanaëlis Wanleii, A.M. Eccleſiæ S. Trinitatis in Civitate Coventrienſi Vicarii, auctorisque libri ſatis noti, cui titulus, *Μικρόκοσμος* (hoc eſt, *Parvus Mundus*, ſive *Generalis Hiſtoria hominis*) lingua vernacula conſcripti, & (*in folio*) Londini typis excuſi. Wanleius noſter, Nathanaëlis filius, Coventriæ natus eſt, ubi arti uni atque alteri mechanicæ operam dans, horis ſubſecivis Codices antiquos MSS. quotquot nanciſci potuit, pervolutavit, characterumque, in eiſdem uſurpatorum, ductus (ut eo pacto ſcribendi ſibi fieret uſus) ac-

curate imitatus est, sicuti & de id genus Codicibus pro re nata peritissime cum eruditis verba habuit, quid de Codice quovis senserit libere ostendens. Hinc factum, ut Wanleii nomen jam celebre esse cœperit. Quod simul atque compertum habuit vir præclaræ eruditionis Guilielmus Lloydus, Episcopus tunc temporis Litchfeldensis ac Coventriensis, cum juvene fermocinari & ipse vehementer avebat. Proinde forte fortuna per Coventriam, negotiorum quorundam in Diœcesi sua expediendorum gratia, iter faciens Episcopus, ibique aliquamdiu commorans, Wanleium ad se accersi jussit, suis ipsius, non alterius, oculis eum adspecturus, indeque collecturus, an id verum esset, quod de Wanleio dicere solebant homines bene multi. Extemplo accedit Wanleius. Paucis te volo, inquit Episcopus. Lubens auscultat Wanleius. Quodnam suæ sit vitæ institutum curiose sciscitatur Episcopus, rogatque, ut Codices antiquos, quos penes se habebat, monstraret. Prompte respondet Wanleius, Codices porrigit, fuseque (nam impendio verbosus erat) de veterum scribendi ac pingendi ratione differit. Attente audit Episcopus, ipseque etiam erudite & scite de eodem agit argumento, sicuti & de stylis (quales illi fuerint videas inter *κεμήλια* Oxoniensia, nisi è fibulis fuisse veteribus censeas, adolescentulorum & cantorum pudendis adfigi solitis, vel potius è fi-

bulis illis, ad humeros eo pacto gestis, quo in nummo Rhescuporidis, Thraciæ Regis, quem Rhascupolim male appellat Paterculus, l.II. c. CXXIX. perquam raro quidem, sed mixto, & ut mihi videtur, spurio, in Bibliotheca Bodleiana, Loc. n. 18. cernimus) quos in tabulis scribendis adhibebant veteres, multa exquisite cogitateque notat. utpote qui multum temporis in tractandis Scriptorum antiquorum operibus insumpserat, cui proinde in senectute etiam ita jucundæ erant ejusmodi dissertationes, ut non modo omnes absterferint senectutis molestias, sed effecerint mollem & jucundam etiam senectutem. Episcopum mirifice laudat Wanleius, ipsique aut verbo facile assentiebat, aut pedibus ipsius in sententiam ibat. Episcopo cuncta pergrata erant. Quod ut manifestius esset, à Wanleio discedens, amicis ac familiaribus suis Wanleii ingenium laudibus diligenter celebrat, pauloque post, ut Oxoniam litteris academicis instituendus mitteretur Wanleius, cui tenues fuerunt opes, curat. Episcopus autem eampse in rem ad virum clarissimum Joannem Millium, Aulæ Edmundianæ præfectum, epistolam scripsit. Wanleius igitur Oxoniam profectus, ad aulam confestim Edmundianam contendit. Millius benigne accipit, multis eum alloquitur, & ut in aulæ album sive matriculam nomen referretur, mox efficit. In consilium deinde ibant Millius Acade-
mi-

micique alii aliquot nominatissimi, in quibus numerandus Joannes Wallisius, in re mathematica omnibus litteris omnibusque numeris eruditus, qui & aliunde etiam, sive ex aliis partibus litteraturæ, sat gloriæ adeptus fuerat. Ingenii varia specimina illis dedit Wanleius, qui proinde laborarunt, ut in Academia omnes externas commoditates haberet. Nec incassum. Hinc Millio, aliisque etiam, magno usui cœpit esse Wanleii in Codicibus antiquis peritia. At post aliquantulum temporis spatium, ab Aula Edmundiana ad Collegium Universitatis abiit Wanleius, ut eo migraret suadente Arthuro Charletto, Collegii illius præfecto, rerum novarum studiosissimo, à quo bonam inire gratiam exoptaverat Wanleius. Ea de causâ sæpius conquestus est Millius, quippe qui apud se statuerat, Wanleium litteris ac disciplinis Græcis Latinisque probe instruere, in quibus mediocriter plane fuisse versatum, quum Academiam primum salutaret, quamoptime scivit Millius. Ceterum etsi quod fecerat Wanleius, minime gentium probaret Millius, ipsi tamen postea favit, uti & alii itidem favebant amici. qui nunc secum occiperunt cogitare, quo pacto ad bibliothecarum Academicarum Archiva aditus pateret Wanleio. Sed hoc demum in ipsius gratiam facile præstiterunt. Quo facto, Wanleius multos evoluit Codices, in Bibliotheca præcipue Bodleiana,

multaque, amicorum rogatu, inde decerpfit fragmenta. Quinimmo et Appendicem ad Catalogum impressorum librorum in Bibliotheca Bodleiana, Hydii nomen præ se ferentem, sed ab Emanuele Pritchardo (nemo mihi hoc animadvertenti litem, ut auguror, intendet) maxima ex parte confectum, pollicitus est. At vana prorsus erat hæc pollicitatio. Opus enim illud nobis integrum relictum est, qui singulos libros, in Bibliotheca Bodleiana repositos, pervolutavimus, Appendicemque, notis hinc inde adpositis de anonymis synonymisque auctoribus, diligenter consignavimus, quæ tandem aliquando proditura est, sed tanquam pars prioris Catalogi, quem in finem opus utrumque (tam nimirum Hydianum, quam & nostrum) unicum duntaxat confecturum est Alphabetum.

§. III. Postquam è Codicibus MSS. jam bene multa in unum congefferat Wanleius, de iisdem sæpe cum viris eruditis verba habuit. Ita scilicet, ut de veterum Codicum MSS. characteribus librum se conscripturum esse, speciminaque characterum, quovis seculo usurpatorum, simul exhibiturum, amicis aliquibus fidem dederit. At vero, quo minus ejusmodi librum in lucem ederet, alia impedierunt negotia. Mabillonii equidem eo de argumento opus eximium habemus; quo tamen longe accuratiorem consignari posse librum ope Codicum, in Bibliothecis nostris adfer-

fervatorum, nullus dubito. Quid quod & mihi videtur, chalcographos apud Mabillonium lectores nonnunquam fuisse ludificatos, illas manus, five illa scribendi genera, in lucem proferendo, quæ nunquam fuerint vel in usu, vel etiam in rerum natura? id quod & mihi met etiam innuerunt viri quidam docti, quibuscum paucis abhinc annis ea de re egimus. Absit autem, ut de ipso Mabillonio (ex illis hominibus, qui omnibus omni studio prodesse cupiunt) eo nomine male sentiam. Si fraus esset, ea chalcographis prorsus tribuenda, qui (Mabillonio incio) ingenio suo indulserunt. Se non semel eo modo deceptum fuisse alicubi conquestus est, vir magnus in primis, Desiderius Erasmus Roterodamus. quippe qui exploratissimum habebat, id genus homines non raro simulare, id se non facere, quod fecerunt. Nec mirum, conquestum fuisse virum clarissimum, quum de estimatione sua nemo magis esset sollicitus, quam Erasmus. qui proinde paullo vehementius invehi solebat in hominum vitia, illorum potissimum, qui se sanctissime vitam esse acturos solenniter voverant. Operæ vero pretium est, omnia de multifaria scribendi ratione observare, eo quod Gentem quidem nullam videam, neque tam humanam, atque doctam, neque tam immanem, tamque barbaram, quæ non maximi faciendam esse artem tam scribendi, quam & le-

legendi cenfeat. Ceterum ita comparatum more antiquariorum est, ne quis, qui lapidum antiquorum rationem non habuerit, de scribendi legibus, à veteribus servatis, quid prodat memoriæ. Quod sine controversia verissimum esse sentiens Wanleius, & ipse ad Inscriptiones, in lapidibus antiquis conceptas, confugiendum esse duxit. Id quod ut faceret, monuit etiam cl. Hydius, in linguis Orientalibus versatissimus, qui & de Inscriptionibus binis, in Marmoribus prope Persepolin exstantibus, ea oblata occasione cum Wanleio differuit. Contendit Hydius, utramque corruptam esse. Neque diffiteor. At minus feliciter emendavit Hydius, cujus hac in re conjecturas, gerras fere dixerim. Longe rectius, magisque ad leges criticas accommodate, amicus noster clarissimus Thomas Smithus (vir priscae doctrinæ, & veræ virtutis, quippe qui integritatem factam tectam ad mortem usque conservavit) sicuti discere est è Dissertatione brevi, hæctenus inedita, sed à nobis tandem in hoc opere ¹ prolata ex ipso Smithi Autographo. E cujus etiam Autographo simul edere visum est, Conjecturas ejus ² de barbara voce *Onochoete* apud Tertullianum, quas & ipsas item gratas fore non dubito, utpote quæ in eodem adservantur Volumine, in quo occurrit Dissertatio de

¹ *Append. Num. I.* ² *Append. Num. II.*

Inscriptionibus. Et quidem mihi videtur, Smithi veriore esse scripturam atque emendationem, quam aliorum Criticorum: partim quia conjecturam ejus firmat series litterarum in Codice Puteano; partim quod picturæ etiam existunt in curiosorum hominum musæis, ejusmodi fere figuris signatæ. Quod si *Ononychites* (ab ὄνος *asinus*, & ὄνυξ *ungula*, quibus verbis Græcis & sono & significatione apposite convenire videtur) cum aliis legere malis, certe non refragabor; quum si hæc lectio, si lectio Smithiana, probetur, sensus plane idem inde eliciatur. Inter differendum indicavit Hydus, litteras omnigenas gentibus orientalibus acceptas nos referre, ab iisque proinde omnia de characterum siue elementorum forma repetenda esse. Si igitur, inquit Hydus, auspiciatò scribere aveas, necesse sane est, ut populorum orientalium (à quibus nullum disciplinæ genus neglectum fuisse videtur) alphabeta diligenter examines, characterumque, in iisdem alphabetis contentorum, quovis seculo ductus serio consideres, atque eo pacto authenticam scribendi rationem, quoad fieri possit, postliminio revoces. Quam proinde viam sibi ingrediendum esse intelligens Wanleius, Hydii in hac parte eruditionis argumenta fuisse exquisita, non invitus agnovit. de ipsius igitur sententia, crebro Codices inspexit orientales, eo duntaxat fine, ut perlegere, non mehercule ut intelligere, valeret.

leret. Et tamen non deerant scioli aliquot, qui Wanleium in linguis orientalibus non mediocriter doctum fuisse existimarint: quum è contra viri bene litterati præclare cognoverint, eum (quomocunque licenter, tanta est hodie impunitas garriendi, disputantem) de iisdem tantummodo balbutiisse.

§. IV. Sed etsi Inscriptiones antiquas omnigenas æstimandas esse censuerit Wanleius, aliis tamen eas anteferendas esse aiebat, quæ ad Britanniam nostram spectant. quippe qui Historiarum ac Antiquitatum nostrarum ipse esset perquam studiosus. In quibus tamen exponendis licentia usus est haud vulgari. Ex illis scilicet erat Wanleius, qui in rebus perditis, & desperatis, aut in ipsa vetustate sepultis, libere unicuique licere opinari, & quid sentiat explicare arbitrantur. Nec quidem hac in parte perperam iudicavit Wanleius, quippe qui exploratissimum habeo, quanto quis de illis diutius considerat, tanto sibi rem videri obscuriorem. Aliter autem de iis antiquitatis monumentis dicendum, quorum characteres etiam nunc satis clari sunt, neque temporis injuria (qua etiam corruunt regna, intestinis modo malis & bellis confecta ac collisa, florentissima) evanuerunt. Atque inter eiusmodi monumenta, nondum oblitterata, censendam esse puto Inscriptionem lapidis Cestrensis. Lapidem illum sæpe-

penumero spectavit Wanleius. quemadmodum & crebro itidem perlegit, quæ de eo animadverterat in Marmoribus Oxoniensibus cl. Prideauxius. Vox GUNA in Inscriptionis Editione Prideauxiana occurrit. Hæsit Wanleius. Nec sine causa. Nam GUNTA lectio vera. Neque aliter monui in Præfatione ad Guilielmum Neubrigensem. Firmatque Inscriptionis exemplar quoddam ad cl. Seldenum missum, omnium, quantum scire possum, antiquissimum. Quod exemplar nunc tandem proferre visum est, una cum Langbainii Seldenique eo spectantibus Epistolis. Fateor, Epistolas hæc alibi extare, in libello nimirum ab anonymo quodam (qui, ne nomen in apertum prodeat, in dumeta correpere amat) in lucem protruso cum hoc titulo; **Miscellanies on several curious Subjects:** sed valde corrupte, (nec quem sane, ut opinor, repugnantem habebo.) Proinde nullus dubito, quin pergratum sit futurum lectoribus, nosmet è penu nostro Smithiano divulgasse, speciatim curiosis ac sapientibus illis, qui tum commodum, tum & oblectationem ex antiquitate recte intellecta (quæ certe magnam utilitatem generi affert humano) petunt. Ceterum Inscriptio hoc pacto plene legenda est: *Jovi Optimo Maximo Tanaro Titus Elupius Galeria [tribu] Præsens*

I. Append. Num. III.

Vol. I.

c

Gun-

Gunta [pro *Guna* (eo modo, quo ἸΣΤΡΑΗΛΕΙΤΑΙ, five ἸΣΤΡΑΗΛΙΤΑΙ, pro ΙΣΡΑΗΛΙΤΑΙ, & ΙΣΤΡΑΗΛΙΤΑΕ, vel ΙΣΡΑΗΛΙΤΑΕ, pro ΙΣΡΑΗΛΙΤΑΕ, in vetustissimo exemplari Acto-
rum Apostolorum, à nobis litteris majusculis Græco-Latine edito) Syriæ urbe] *Primipilus Legionis Vicefimæ Valerianæ Vidtricis, Commodo et Laterano Consulibus, Votum solvit libens merito.* Alibi in votivis Inscriptionibus *L.L.* pro *L.M.* id est, *letus libens*, non (ut malint alii) *libens lubens*, five *libentissime*. Neque, si nostris diebus florisset, id utique pernegasset Aldus ille Manutius, vir eruditissimus, totiusque Antiquitatis peritissimus, qui undique veterum monumenta, quod superioribus annis potentiores factitabant, coëmere, ac colligere, nunquam destitit, inque eam rem sumptus fecit ultra fere, quam rationes ejus tulerunt. Plura ejusmodi monumenta in lucem edidit Josephus Castalio in libello de Puerorum prænominibus, quæ profecto monumenta accurate perlegi ac considerari debent.

§. V. De Inscriptione hac Cestrensi sæpe cum familiaribus locutus est Wanleius. atque iis maxime, qui, Wanleium scivisse ista melius quam se, non fatebantur solum, sed etiam facile patiebantur. Intelligebant nimirum, ipsum ingenio suo ad hæc investiganda impelli atque incendi. Id quod & aliis etiam, ipsis longe doctioribus, erat persuasum. Quibus neque de-
erat

erat copia rationum, quibus, hoc verisimillimum esse, docerent. Quis etiam tam cæcus in contemplandis rebus erat, qui hoc non gravate agnosceret? Certe ipse, quid de se sentirent alii, vidit Wanleius, aliorumque profecto sententiæ mire auxerunt opinionem, quam de seipso conceperat. Quam tamen opinionem nihil magis auxit, quam illorum iudicium, qui ad antiquitates & historias nostras excolendas natum fuisse Wanleium perhibebant; inter quos ædepol & ipse doctissimus Hiccesius optimo jure numerandus. Simul atque Wanleius hoc compertum habuit, de Bibliothecis, extra Oxoniam positis, lustrandis serio cogitavit. Hoc ut faceret, hortati sunt Hiccesius aliique. Quapropter Academiæ absque Gradu ullo valedicens, Londinum se contulit, paulloque post varias Angliæ partes peragravit, Hiccesiique rogatu bibliothecarum non paucarum forulos excussit, gratia Codices Anglo-Saxonicos, aliaque ejusmodi monumenta, deprehendendi. Hinc Catalogus ille, sæpius à nobis commemoratus. Catalogo autem hoc intra aliquos annos absoluto, typisque edito, Wanleium eo consilio, ut bibliothecam suam, longe instructissimam, in methodum diligenter redigeret, ejusdemque Catalogum contexeret, postea fovebat Robertus Harleius, ingenii gloria præstabilis; idem scilicet ille bonarum Litterarum singularis Mæcenas, cui Oxo-

nienſis Comitatus titulus ab Anna Regina, orbis Britannici tunc temporis deliciis, ipſum multis nominibus nobiliſſimum fuiſſe optime ſcienti, collatus eſt. Wanleius autem conſcius ſibi ipſi magni laboris in Catalogo concinnando, magnam eo nomine mercedem poſtulavit. Ipſi igitur à viro nobiliſſimo ſtipendium ſatis lautum decernitur. Nec fane ad diem uſque obitualem ſtipendio hocce privabatur Wanleius; utpote qui apud Mæcenatem illum eximium, pariter atque ejuſdem heredem (ambos utique æternitate digniſſimos) gratiam bonam inierat.

§. VI. Atque hîc notatu digniſſimum eſſe arbitror, quod quum ingenii, ut jam ſuperius innui, verſatilis eſſet, lente in Catalogo conſignando procedendum eſſe duxerit Wanleius, aliaque proinde ad libitum negotia à ſeipſo ſuſcipi poſſe. Quæ plane varietas vel idcirco perplacuit, quod inde de rebus diverſis, multiſque Litteraturæ partibus, cum hominibus, ad menſam vel prandentibus vel etiam bibentibus, laudem abſque hæſitatione diſſertandi conſecutus eſſet. Cujus equidem artis & permulti hujus ævi homines perquam ſunt ſtudioſi, aliàs plane inanes & bonarum litterarum expertes. Quid igitur mirum, ſi & Wanleius multitudinem hominum majorem hac in re ſequeretur, & pro re nata probare niteretur, nihil utiliſſe jucundiuſque eſſe, quam de quavis fere arte prompte (licet abſque judicio)
dif-

disputare? præcipue quum & hujusmodi levitas sexui femineo pergrata esse soleat? Nec quis ignarus esse potest, feminas magna ex parte admodum esse sagaces, & ingenio suo, licet non iudicio, sæpe etiam masculis antecellere; adeo ut & masculos quoque prompta dicendi ratione sæpissime superent. Wanleius igitur, ut in hac parte ipse quoque excelleret, ad exercitationes multas ludicras confugit, vir proinde levissimus à nonnullis appellatus. qui tamen & ipsi agnoscunt, virum fuisse alioqui summis laudibus dignissimum. idque rectissime. Quamvis enim ob ludicra hæcce, Catalogum (in quo omne studium consumendum fuisse iudicarem) quodammodo seponeret negligeretque; absit tamen, ut alia etiam vel levia vel ludicra vocitemus, quæ inter Catalogum conficiendum sibi persequenda esse censuit. Πάρεργα equidem omnia dicas, quæ, quo minus diligenter Catalogum contexeret, impedierunt, è quibus tamen aliquot tantæ erant utilitatis, ut, Catalogo ipso potiora præstantioraque fuisse, non desint qui opinentur. inter quæ recensent apographa illa omnia, ad Historiam nostram pertinentia, quæ Codicibus MSS. accepta retulit Wanleius, qui subinde aiebat, non aliam esse vel firmiorem nominis existimationem, vel diuturniorem gloriam, quam quæ Historiarum ac Antiquitatum patriarum studio comparatur. At in præsentia Apographo illi
Wan-

Wanleii duntaxat insistendum esse judico, quod Chronicon sive Annales prioratus de Dunstaple complectitur. id quod sane est illud ipsum opus, quod nunc demum in apertam lucem proferimus.

§.VII. Nec quidem est, cur quis nobis vitio vertat, quod in vulgum Chronicon hoc antiquum emiserim, difficilive in loco nos versari existimet, quod de eo mentionem fecerim. Siquidem, ut monumentum est antiquum, ita plures sunt, qui pro re nata laudarunt, auctoritatemque ejusdem tanquam claram ac apertam advocarunt. qui & ejusdem concinnatorem tanquam scriptorem emendatum citarunt. neque, ut mihi videtur, absurde. Etenim ne fando quidem audivi, unquam fuisse ab aliquo nihili factum. Contra, encomiis summis esse dignum, nec quicquam indignum consultatione, indignumve legentium audientiumve expectatione, continere, ideo quis facillime putaverit, quod in Jure nostro municipali ac communi versatissimus, vir proculdubio singulari eruditione et acerrimo judicio, Edoardus Cocus Chronicon hoc ipsum in Expositione sua Statuti de Judaismo allegaverit¹, locum quendam inde adducendo, Hemingfordii nostri verbis eadem de re prorsus geminum. Quantopere usi sint hoc

¹ In 2 Inff.

Chronico tum Stoveus, tum & Hollingshedius, aliique etiam, qui quid litteris consignaverint de rebus in Anglia gestis, dicant alii, maxime illi, qui de Historicis Chronicisque nostris Commentaria edunt. Ejusmodi Commentarium debemus Guilielmo Nicolsono, qui tamen magna ex parte ex opere hausit alieno. Id quod alibi innuimus; idemque fere esse judicamus, ac si hominem quempiam vestibus spoliasset, atque nudasset. Sed neque Nicolsonum, neque operis illius, à Nicolsono compilati, auctorem, Chronicon de Dunstaple unquam vidisse opinor. Nec quis miretur, auctorem, quem compilavit Nicolsonus, non vidisse, quum is profecto non alius atque bibliopola fuerit, neque adeo proinde versatus in Codicibus manuearatis. At Nicolsonus Codices MSS. crepare solebat, eorundemque se fuisse admodum studiosum familiaribus ac amicis jactitabat ac ostentabat. Imo & in Bibliotheca Cottoniana se sæpissime monumentis id genus incubuisse, eoque fere modo eadem veneratum, quo & omnia figilla venerati fuerint Epicuræi. Qua de causa mirandum plane est, ipsum optimæ notæ Chronici hujusce nullibi mentionem fecisse.

§. VIII. Jam quum optime intellexerit Humphredus Wanleius, tantæ esse auctoritatis Chronicon Dunstapliense, A. D. MDCCXIII propria sua manu Codicem ejusdem vetustum, in Bibliothecae-

theca Cottoniana adſervatum, deſcripſit, non alio quidem conſilio, quam ut juris faceret publici. Neque eſt, quod Wanleii fides alicui ſit ſuſpecta, qui in animum revocaverit, opera ejus in examinando Veteris Inſtrumenti Codice Alexandrino celeberrimo uſum fuiſſe cl. Grabium, ipſiuſque teſtimonium ea de re adhibuiſſe. Quod teſtimonium ut ſibi compararet Grabius, hortati ſunt amici, qui omnes exploratiſſimum habebant, Wanleii hiſce in ſtudiis judicium magni eſſe æſtimandum. Neque argumenta quærenda erant, quibus commoveretur Grabius. Etenim cum Wanleio jam antea ſermones hiſce ipſis de rebus multiplices habuerat, qui & admiratus fuerat, in homine mediocriter docto tantam eſſe ſcientiam. Grabius itaque Wanleii teſtimonium neceſſarium eſſe videns, in Codicis Alexandrini Editione ſua divulgandum agnovit non invitus. nec quis, quod ſciam, unquam ſtomachabatur, vel etiam ſtomachabitur, quod teſtimonium illud advocaverit Grabius. Sed ad Chronicon Dunſtaplienſe redeamus. Apographo ſuo abſoluto, alios in Bibliotheca Cottoniana Codices conſuluit Wanleius, ut inde, ſi fieri poſſet, illuſtraretur Apographum ſuum, quemadmodum & ex ingenio quædam adjicienda eſſe duxit, verborum aliquot, in opere contentorum, explicandi cauſſa. Atque iſta quidem non eſſe tota commentitia, vixque digna lucubratione anicularum,
fa-

fatis testantur notulæ, hinc inde in Apographo Wanleiano adspiciendæ, quas quidem & nosmetipsi in editione operis hac nostra exprimendas curavimus; ita tamen, ut Wanleii animadversiones quasvis vel inter lineas, vel etiam ad marginem paginæ ex adverso, five è regione, textûs passim exhibuerimus. eo scilicet pacto, quo et repræsentatas in Apographo vidimus. quam proinde nostram methodum ne curiosissimi quidem homines, ut auguror, damnabunt.

§.IX. At vero, inquires, sunt aliæ notæ hoc tuo in opere, quas nemo adscripserit Wanleio. Quotquot scilicet ad imum visuntur paginæ. Fateor. Eæ autem nostræ omnino sunt, idcirco à nobis adjectæ, ut rebus ac verbis aliquibus lucem adferremus. cujusmodi lucem non raro ab editoribus desiderant lectores, juvenes præsertim, quos in quemcunque velint animi habitum formare possint editores, modo sinceri sint, multumque operæ & industriæ ponant in auctoribus suis accurate emittendis, illisque addendis, quæ non solum rebus veris, sed & probabilibus etiam fidem faciant. Multa sunt quæ documento esse possunt, nos in operibus nostris non gloriæ cupiditate, sed utilitatis lectorum studio, notas subinde addidisse, ne forsitan alioquin omnia occulta & perquam obscura esse viderentur. Utinam idem fecissent Monastici Anglicani Editores, in quo opere immortalis non pauca com-

parent, explicatione perquam digna, quæ abfque id genus notis è Dufresnio, aliisque lexicographis, jam profecto est petenda. Inde sane, quid fit *cuna* in Inventario Ecclesiæ Cathedralis Eboracensis, non docuerunt. Verisimillimum est, editores existimasse, non aliud signare atque poculum illud ligneum, quod vulgo *Camu* vocitamus. Sed minus recte se habet talis de *cuna* opinio. id quod explore cognitum habeo. Nam pro *cuna*, *cuva* est legendum. Id quod conjecerat etiam Dufresnius. Et ne à conjectura nostra aberrandum esse censeas, obstat vox *tube* apud Gallos in usu. ne quid dicam de vocabulo *ketu* five *tue*, quod in quibusdam Angliæ nostræ locis pro pocillo usurpatur. Verum enimvero, etsi *cuva* idem quod poculum in locis plerisque, ubi legitur, signet, non desunt tamen monumenta, in quibus pro *cupa*, Anglice a *Water tub*, accipiendum esse mihi satis clarum esse videtur. Itaque non alio sensu intelligendum esse contenderim in Chartulario de Dunstaple (de quo Chartulario infra agendum) in quo (f. 92. a.) hæc verba leguntur, “in placitis Coronæ coram Justiciariis apud Dunstaple, a^o 4^o. Edwardi III. *De eodem Priore* [Johanne de Chetindon] *de deodand unius cuvæ plenæ aquæ, in quam Johannes, filius Gedefridi Rodd, ætatis septem annorum, cecidit, & submersus fuit, quatuor d. primus inventor, & III^o. vicini obierunt.* Ne-

Neque aliud, quam vox nostra **tub**, denotat in verbis, infra à nobis adductis ex eodem Chartulario, ubi de consuetudinibus quibusdam Dunstapliæ agitur. De voce hac sunt & aliæ opiniones. Blaterare nimirum amant scioli. Sed facessant omnes, risumque, quem merentur, pro mercede consequantur.

§.X. Inter legendum multa reperies verba, vulgatæ efferendi ac scribendi rationi minime consentanea. Imo nec orthographiæ regulis, à viris eruditis probatis, consona. Quod partim scribarum errori, partim seculi vitio adscriberem. At vero moris nostri est, vitia etiam Codicum MSS. exprimere, id quod proinde in Apographo Wanleiano excudendo fecimus. Nec quis vitio vertet, quod hac methodo in excribendis Codicibus nunquam non utar. maxime si consideret, eandem methodum in excribendis lapidibus semper secutos esse editores optimos. Unde et ipse noster doctissimus Joannes Gravius melioris Notæ Inscriptiones Græcas ac Romanas, nondum editas, quotquot apud externos vidit, accurate descripsit, præclare sciens, antiquariis, aliisque etiam, incredibili esse usui id genus monumenta, fideliter & ad amissim præsentata. Adeo ut eam ob causam nemo dubitet, quin & subsequens Inscriptio, ab ipso excrpta, rectissime se habeat. Promo vero è Collectaneis nostris MSS.¹ haud aliter atque olim

¹ Vol. 28. p. 100.

è Gravii Adversariis decerpsi. Quid si autem bona tua cum venia dixerim, Gratio hocce (cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum) neminem fere unquam doctiorem tulisse Angliam nostram? Cui tamen fidem ac virtutem antiquiorem fuisse doctrina possessionibusque etiam omnibus, multa sunt argumenta quæ probent. Id quod vix concesserint Puritani illi (quibus aurem vellerem, & ut se corrigant, atque ab improbitate recedant, admonerem) hypocritæ plane sive simulators, qui clamare et quiritari solent, Caroli I^{mi} (qui bonis oculos suos nunquam subtraxit) amicos, dignissimos fuisse, qui catenis vincirentur, calamitosisque caperentur funibus. Sed hoc pacto se habet Inscriptio :

ISTATILIAE FAVSTINIANE CON
STANTIANE SALBIVS IN
CENVVS SCPIRIT CON
IVGI SVAE AMAN
TISSIMAE

Notas nullas, quod sciam, in hanc Inscriptio-
nem (in crypta subterranea Romæ repertam)
scripsit Gravius. Certe nullæ comparebant in
Adversariis, à memet versatis. B pro V (unde
apud Fabretum ¹ Q·C·P·R·B·R pro *quem*
comparaverunt vel comparaverunt) & C pro G sæ-

pe in vett. monumentis. Itaque haud novum est, quod SALBIUS INCENVVS hîc pro SALVIUS INGENVVS, vel, ut apud Fabrettum¹, INGENVS, habeamus. Uti neque novum est, quod *Bentensis* pro *Ventensis* in Notitiarum libro legatur. Nam sic ibi: *Procurator Gynæcii in Britannis Bentensis*. Sect. XLII. Pro *Gynæcii* (non desunt qui per *e* absque diphthongo, quam Græca origo efflagitat) malint alii *Gynegii*, quo modo & Wolphgangus Lazius, quem sequitur Camdenus, p. 190. Brit. Neque variat penes me Autographon Camdenianum. Sed lectionem non sollicito, quum *Gynæcii* finceram verioremq; quidem lectionem esse satis ostenderint Cujacius, Pancirollus Labbeusque. Gynæcia per totum inclaruerunt Imperium. Liqueat ex ipso Notitiarum Libro. Nisi in urbibus multa fuissent ejusmodi Gynæcia, textrina sacra Romana (quibus fere respondent pannorum & lanarum emporia recentiora) neutiquam florissent. Quod autem canes nostri Britannici per omnia secula fuerint perinfignes, id ad hanc causam parum pertinere puto. id quod clare evicisse Pancirollum arbitror, quem tamen (quod miror) perinde præteriit Camdenus ac si ipsi hac in parte nulla fides haberetur. Sed de Gynæciis vel (ut vulgo) Gynæceis hætenus. si

1 P. 132.

quis ea, quæ à nobis monita sunt, labefactare volet, facile etiam tacentibus nobis veritas se ipsa defendet. Pedem nunc (ne nimium hinc inde vager) referamus. Similis scribendi ratio (promiscue nimirum per B & C, pariter atque per C & G) in Codicibus quoque habetur Monasticis. Imo & in lapidibus longe antiquissimis. Ni fallor, eadem in usu erat quovis seculo apud Romanos. Tantum abest, ut cum Nardino¹ existimem, C pro G tempore Neronis minime adhibitam fuisse. qui forte considerate non perpenderit, veteres etsi per C notaverint, non aliter tamen sono extulisse, quam si per G scriberetur. Servius ad Georgic. I. 194. *Et amurca per C scribitur, & per G pronuntiatur. ut. C. Gaius, C N. Gneus.* Unde & vice versa existimarem, in illis vocibus, ubi G pro C usurpata erat, pronunciationem non aliam fuisse, ac si per C scriberetur. Quidni igitur censeam, GORNELIA in Inscriptione apud Fabrettum, p. 5. per C pronunciatam fuisse? At SCPISRIT pro SCRIPSIT in Inscriptione nostra singulare plane forsitan videbitur. Aliter vero illis, qui & alibi ejusmodi metathesin reperiri secum cogitaverint. E quadratarii vero potius, quam ex Auctoris Inscriptionis errore emanasse arbitrator, utpote qui ejusmodi incuriam & in aliqui-

¹ *In Rom. Vet. apud Grævium Tom. IV. p. 1007.*

bus aliis deprehendi. Et tamen credendum est, ejusmodi errores nunquam contigisse, ubi quadratariis præfuissent *Ἐπιμεληταί*. (quales *ἐπιμεληταί* interdum erant ipsi præfecti fabrûm.) qui nimirum, quo minus contingerent, pro virili obstabant, aliâs poenas propter negligentiam daturi, quemadmodum & probro etiam vertendum erat, si inertiae reos esse constaret. Cave autem censeas, in nummis Constantii Chlorig litterarum esse etiam metathesin, ubi ASIS legitur, perinde ac si SISA, sive SISCIA, reponendum esset. ASIS enim idem esse puto, quod AD SISCIAM, signatque, nummos id genus Sisciae in Pannonia Inferiori à Constantio, postquam hostium vires variis in locis attrivisset, percussos fuisse. uti neque censeam, in iis monumentis errorem esse, in quibus NEPTUNNVS pro NEPTUNVS, & SATVNNVS pro SATVRNVS (ut mittam alia id genus) legitur, quum monuerit Lipsius¹ (cui fidem facile adhibeas, quippe cui primas in hac parte eruditionis pene detulerunt plerique) eo pacto olim scripsisse viros etiam eruditos.

§. XI. Etsi Chronicon hocce Dunstapliense multi scriptores, typis editi, laudaverint, nemo tamen, quod sciam, quis consignaverit, indicavit. Quod ideo mirandum duco, quia Joannes

¹ *Saturn.* l. I. c. 2.

Stoveus de Historicis nostris, tam MSS. quam et impressis, disertim scripserit; id quod etiam fecit Joannes Josselinus, cujus opusculum ad Roberti Avesburiensis calcem protuli. Quid, quod & Jacobus Tyrrellus in operibus impressis nullibi auctoris hujus Chronici nomen commemoravit, licet non semel Chronicon ipsum advocaverit? Quinimmo neque Whiteus ille Kennettus, alioquin in mediæ ac infimæ ætatis Scriptorum sive Auctorum nominibus explorandis satis diligens, quis Chronicon Dunstapliense contexerit eopse tẽmpore docuit, quo & loca plane egregia ex eodem in amicorum gratiam decerpfit. Nimirum, neque Tyrrellus, neque Kennettus, neque alii (ne quidem ipso excepto Antonio à Wood, cujus commentariolum de Historicis nostris antiquis, maxima ex parte è Pitseo desumptum, penes se habet amicus egregius Thomas Rawlins de Pophills) quomodocunque locupletes auctores atque testes, observaverant, auctorem re vera fuisse Ricardum de Morins, Prioratûs de Dunstaple Priorem. Et tamen hoc certe illorum deliberatione dignissimum erat. scripseritne nempe ipse Ricardus de Morins, an etiam quis alius. Sed, ni fallor, Ricardum de Morins auctorem fuisse idcirco non docuerunt, quia compertissimum habuerint, primam duntaxat partem consignasse, ab operis scilicet initio ad annum usque obitualem MCCXLII. Conceda-

cedamus. Necessè tamen est, ut simul concedas, hanc ipsam ob rationem dignissimum fuisse, qui commemoraretur, interque scriptores nostros censeretur. Quid si igitur potius existimemus, illos omnes prorsus fugisse, Ricardum de Morins ullam operis partem contexuisse, utpote qui nimia celeritate pervolverint, minusque de auctoris nomine essent solliciti? Ad Lelandum antiquarium quod attinet, verosimile est, ipsum Chronicon hocce nunquam inspexisse. quippe qui ejusdem nullibi mentionem facit. fecus atque pro more suo, qui rebus nostris vacans, diligenter scriptorum Britannicorum nomina notabat, quotiescunque ad oculos perveniebant. Puto igitur, apud privatum quendam hominem Chronicon latuisse, dum Iter per Angliam fecerit Lelandus, neque in ulla bibliotheca comparuisse, ad cujus forulos excutiendos licentia regia fruebatur Lelandus. Neque est, cur quis in Lelando diligentiam desideret, quum ea in operibus passim pateat, sicuti & opera itidem eadem plene declarent acumen Lelandi. Potius suspicarer, ejusdem conspectum Lelando nonnullos invidisse, cui invidiam ideo factam fere jurares, quod Henricus VIII^{us} (apud quem gratiosus erat Lelandus) ex avaritia in mandatis dedisset, plures id genus Codices penitus abripere, & ad alia loca portare.

§. XII. Longe autem felicius ac sagacius his

Vol.I.

e

omni-

omnibus, qui quid de Chronico Dunstapliensi prodiderunt, Humphredus noster Wanleius, qui, Ricardum de Morins Chronici primarium fuisse auctorem, exploravit. Quod sane tunc demum deprehendit, postquam paullo penitius Codicem Cottonianum, nunc incendio funesto ac luctuoso (quod A. D. MDCCXXXI contigit) misere deformatum ac deturpatum, examinasset. Et quidem nemo diligentius Codices pervolutare solebat, quotiescunque aliquid præberent, quod tum utile fore, tum & delectabile videretur. At vero id maxime delectabile ipsi videbatur Wanleio, quod veterum pingendi artem quodammodo illustraret. quam sane sæpius in Codicibus antiquis cerni, neminem fere latere potest, qui ejusmodi unquam viderit monumenta. Sed quo vetustiores sunt Codices, eo præclariores opinor esse picturas in id genus Codicibus conspectas, utpote quæ proxime accedunt ad ipsas Romanorum veterum picturas. Nam signorum plane atque tabularum, id est picturarum, usus jam inde à devicta Asia immodicus, cum incredibili quasi luxuria, in Italiam irrepsit, in aliasque demum orbis terrarum partes: eorumque omnium tantum fuit Romanis, aliisque etiam, studium atque cupiditas, ut propemodum insatiabilem fuisse dixeris. Quam proinde cupiditatem & in Britannia nostra itidem valuisse, satis manifestum esse videtur è vetustatis apud nos reli-

reliquiis, quas cum incredibile voluptate manibus oculisque versabat Wanleius, accuratissimeque inde ac sollertissime tum de ætate Codicum, tum & de variis litterarum sive characterum formis, per quælibet secula, judicare consuevit. Quemadmodum vero de ætate inde judicavit Codicum, ita & de eorundem quoque auctoribus judicium nonnunquam tulit acerrimum. Id quod factum est in hoc etiam opere, quod in medium adducimus. Licet enim ex ipso Codice Cottoniano, Ricardum de Morins auctorem fuisse, collegerit Wanleius, ea tamen de re audacter statuendum esse non existimavit, donec sedulo contulisset cum Chartulario Prioratus Dunstapliensis, in bibliotheca Harleiana instructissima adservato. Chartularium hoc (Joannis Wardi Londinatis sumptibus compactum ¹) aliquando Wanleii ipsius peculium erat. Unde vero sibi comparaverit, nescio. Certe ipse, ut in bibliotheca Harleiana reconderetur, in votis habuit. Qua in bibliotheca postquam ipse com-

¹ *Hinc manu recenti ad initium Codicis: This Booke was new bound, Anno Dom. 1655, at the cost and charges of John Ward, Citizen & vintner of London, a lover of Antiquity's.*

also this new Bellam, at both ends of the booke, was then added, put in and inserted at the Costs of the said Mr Ward, in the said yeare of our Lord One Thousand Six hundred fifty and five.

binding & glaspes ——— 4^s — 00

Bellam ————— 4 — 00

perissem latere, ut mihi, quid contineret, narratio quædam transmitteretur, à Nobilissimo Amico Comite Oxoniensi, Edvardo Harleio, magno litterarum Patrono, petii. Confestim mittit Harleius Codicis illam descriptionem, quam consignavit ipse Wanleius. Nec tantum descriptionem, sed & Chartularium etiam ipsum ex armario suo incomparabili simul transmisit, ut inter se invicem, si è re fore videretur, conferrem.

§. XIII. Ipse vero, qui nullum tempus vacare cura vel volo vel opto, Chartularium nactus, nihil in eo negligendum esse puto. Quapropter acceptum semel atque iterum lego, collationeque Chartularii cum Wanleii descriptione facta, pro certo inde colligo, rectissime Ricardum de Morins inter Historiæ Britannicæ Scriptores esse numerandum, ipsumque re vera non tantum Chronicon, sed & Chartularium etiam hocce de Dunstaple magna ex parte contexuisse. Equidem Annalium Codicem MS. Cottonianum ego met ipse non vidi. At satis est, quod viderit Wanleius, qui in eodem, pariter atque Chartulario nostro Harleiano, ipsius Ricardi de Morins manum deprehendit, id quod manifestissimum erit è Wanleii Notitia Chartularii, quam, ut te novis beneficiis mihi adstringam, mox post hanc Præfationem typis edere visum est. Quod Wanleii testimonium abunde comprobatur atque confir-

firmat sententiam nostram, tam Chartularii quam & Annalium auctorem primarium fuisse Ricardum de Morins. Neque aliter atque Wanleius, ni fallor, judicasset Joannes Lelandus antiquarius (qui vir, & quantus!) si forsitán utrumque opus vidisset; at neutrum ad ipsius conspectum pervenisse opinor. aliás certe meminisset. cujusmodi sane mentionem apud ipsum non occurrere maxime dolendum esse puto. quippe qui exploratissimum habeo, diligentissime res nostras persecutum esse Lelandum, neminemque unquam Codices, quotquot adipisci atque inspicere potuit, in epitomen (quo nomine multum tulit laudis) acriori cum judicio redegisse. Sed forte utrumque opus & vidit & pervolutavit Lelandus. Ut ita suspicer, facit commemoratio Dunstapliæ in Lelandi Collectaneis¹, quæ tamen ita succincta est, ut inde quis colligat, particulam duntaxat esse Dissertationis paullo prolixioris. Cujusmodi Dissertationis Fragmentum & illa esse puto, quæ de Dunstaplia in VI^o. Volumine Itinerarii idem animadvertit Lelandus, paucula quidem, sed satis egregia.

§. XIV. Inter alia, quæ in Chartulario memoriæ prodidit auctor, notatu dignissima esse judico, quæ de Dunstapliæ Consuetudinibus inferuit²; quæ tamen nec ipsa aliud quam Fra-

¹ Vol. III. p. 12. ² Fol. 75. a.

gmentum esse constat. Pars alia interiit, incuria, ut verifimile est, bibliopecti. Hoc Fragmentum quum in Excerptis è Chartulario nostris, ad calcem Chronici infra editis, desit, ea de caussa hîc in Præfatione divulgandum duxi. scilicet, hoc pacto. neque, ut auguror, simplici cura observabis.

Veredictum Juratorum super Consuetudinibus quibusdam Burgi de Dunstaple."

¶ *Item dicunt, quod quilibet Burgensis potest levare super feudum suum molendinum ad ventum & equorum, & columbarium & furnum, & ² mainmole, & ³ curaliam, & ⁴ lignarium, & fimarium, nisi fuerint ⁴ lignaria vel fimaria ad nocumentum viæ regie, vel mercati domini Prioris, per visum legalium hominum de Burgo.*

¶ *Item habitantibus in ⁵ scopis non licet bractiare in eis pro periculo ⁶ ignis. nec licet eis extra ostia sua facere ⁷ porcarias, vel figere palos in ⁸ terrâ, sine licencia præpositi.*

¶ *Item dicunt, quod non licet carnificibus proicere sanguinem & fæditatem animalium, quæ occidunt, ante frontem domus suæ, vel aliàs in vico, in nocumentum vicinorum vel mercati.*

¹ Adjecimus. ² In Handmill. ³ Curiam, curiam, curtim. ⁴ Sic pro lignarium & lignaria. ⁵ Shops. ⁶ Sic. i. e. ignis. ⁷ Stabula porcorum, Hog-sties. ⁸ Sic. i. e. terram, nisi terrâ malis.

¶ *Item*

¶ *Item dicunt, quod Burgenses vel extranei, qui die fori ponunt¹ scamna sua in mercato, debent illa amovere finito mercato.*

¶ *Item dicunt, quod si aliquis per feloniam fuerit mortuus vel fugitivus, Prior habebit ipsius catalla.*

¶ *Item dicunt, quod redemptores mercium, nec de hoc burgo nec aliunde, debent emere victualia ante horam primam, nec exire burgum² ouiam venditoribus.*

¶ *Item dicunt, quod si redemptor emerit contentum in carecta aliquid, quod sub numero vendi solet, non licet ei numerum minorare, vel eodem die carius vendere.*

¶ *Item dicunt, quod panis venalis formatus pro³ quadrente, non debet negari alicui, quadrentem offerenti. Item de cervisia cum quatuor galones sunt pro denario.*

¶ *Item dicunt, quod asisa de cervisia non servatur ubi⁴ singnum extra non exponitur.*

¶ *Item dicunt, ubi vidua dimittit francum bancum⁵, debet dimittere heredi utensilia, coërencia*

¹ *Shambles.* ² *Pro obviam, ut videtur. haud aliter atque oviantes pro obviantes in Chronico ipso de Dunstaple (pag. 135.) legendum esse conjeceram.* ³ *Sic.* ⁴ *Sic.* ⁵ *Free Bench, Widow's-Estate. 'Tis observed, that in the Manours of East and West Enborne and Chadleworth in Berks, and in the Manours of Tor and some other places in the West, there is this odd Custom, that if a Copyhold or Customary Tenant dye, the Widow shall have her Free-Bench in all his Copyhold Lands,*
dum

terra, vel¹ clavo vel² cavicula. Item principalem mensam cum tripodibus, meliorem³ vegetem, & cuvam, &⁴ alveum, & pelves, & securim, & ciphum meliorem, & cultrum cum vomere, &⁵ bu-kettum putei cum fune. Alia vero poterit legare vel dare, set de vasto ædificiorum non tenebitur respondere, nisi quatenus vastaverit post prohibitionem⁶ reḡ.

§. XV. Multa præterea de Dunstapliæ Con-suetudinibus addi possent, si modo ad manus

dum sola & casta fuerit; but if she commit Incontinency, she forfeits her Widow's estate; yet after this, if she come into the next Court, held for the Manour, riding backwards on a black Ram, with his Tail in her Hand, and say the words following, the Steward is bound by the Custom to readmit her to her Free Bench.

**Here I am,
Riding upon a black Ram,
Like a whore as I am;
And for my Crincum Crancum,
Have lost my Bincum bancum;
And for my Tails game,
Am brought to this wordly shame.
Therefore, good Mr. Steward let me have my Lands
again.**

I take notice of these things, upon account of the mention of Free-Bench in this Chartulary of Dunstaple, where however I do not think, that the custom of recovery of a Widow's Estate, by riding upon a black Ram, prevail'd, as it may be some will imagine it did. Had it so prevail'd, 'tis very probable it would have been mention'd in the Chartulary in this very passage I now publish. 1 F. clava. 2 L. clavicula. 3 Vas vinarium, modium, dolium: Italis Veggia. Vide Dufresn. in voce. 4 A potu-dering tub or wash tub. 5 A Bucket. 6 Regiam vel regis.
es-

essent Registra, eò spectantia. At vero quum defint, (certe apud nos nec vola nec vestigium superest) non est, quod plura dicam, vel hisce de rebus subtilius disputem. Nec tamen tacendum duco opus quoddam egregium, à Guilielmo Foulkesio, Juris Civilis Doctore, inceptum, sed, quo minus ad umbilicum perduceret, acerba ac immatura morte (non obstante medico, qui morbum ingravescentem ratione providerat) prærepto. Hoc de opere hîc Oxonii mecum egit Foulkesius, seque (veterum monumentorum fide suffultum) diligentissime opus persecuturum esse testatus est. Nec est, cur de industria ejus dubitem, quum argumentum sibi vehementer placuisse tum mihi ipsi, tum & aliis amicis familiaribusque indicaverit. Ni fallor, tum de Prioratu, tum & de Oppido in illo opere egit Foulkesius. Adeo ut mea ferat sententia, in eo laborasse Foulkesium, ut, quid gesserint tum Monachi, tum & Burgenses, quam regendi formam servarint, quibusque institutis vixerint, hoc opere suo doceret, dilucideque, & quasi obsignatis tabulis, ostenderet. Ubinam nunc lateant schedæ, nescio. Ad unum alterumque ipsius amicum ex quo diem obierit, litteras de opere imperfecto dedi, sed nullum, quod fatisfaceret, tuli responsum, etsi, ut ingenue fatear, contente & instanter, quid Foulkesii reliquiis litterariis factum fuerit, perquisiverim. Certe penes se non

habet Foulkesii vidua Elizabetha, femina excultissima, prout ipsa per litteras mihi indicavit, dum opus hoc nostrum sub prelo fervet. Verisimile est, aliquot earundem adservari in bibliotheca viri illius prænobilis, cujus studiis præfuit, & apud quem multùm valebat gratia, Foulkesius, quem diximus, doctus homo. Proculdubio ad operis initium nominis de Dunstaple pro virili originem investigavit Foulkesius. Historiam vero privatam monasterioli (vel potius monasterii) de Dunstaple, à Camdeno advocatam, unquamne viderit, non liquet. uti nec mihi constat, ullibine nunc Historia illa adservetur. Si alicubi exstet, utinam vel inspicere possem, vel aditus mihi ad eandem pateret. Fragmento ex eadem à Camdeno adducto si fides, nomen sumpsit oppidum à Duno quodam, latrone famosissimo, cujus infidiis (nam de illo multa somnia fingunt accolæ, superioris ævi credulitate nixi) crebro ac vehementer fuerant perterriti illius regionis populi. Id genus etyma vulgo pergrata esse solent, (mirifice nimirum affecto narrationibus de abavis, subito perterritis metu, è latrociniiis oborto.) Aliter atque viris subacti iudicii. Ad memet quod attinet, arbitror, **Dunstaple**, ut fere in Codicibus antiquis, rectius quam **Dunstable** efferrì. **Dun** autem, sive *Dunus* vel *Dunnum*, ne nescias, idem est, quod *mons* sive *collis*, **staple** idem atque *emporium*, ut non aliud vox
in-

integra (quæ, ut vides, à duobus appellativis coaluit) signet, quam *emporium in monte vel colle*. Sunt & alia loca, quibus simili de caussa nomina indita. Adeo ut oppidum illud nostrum, de quo egimus, *Stapledon* etiam, sive *Stapleton*, apte appellare liceat, eo pacto, quo Britanni efferre amabant. Hinc minime mirandum esse dicas, pleraque oppida syllabâ *Dun* sive *Ton* vel *Town* terminari Britannica; quum antiqui oppida in montibus, qui vel à natura, vel certe ab arte, muniti sunt, & facile hostes arcebant, extruxerint.

§. XVI. Sed ne hæc, quæ de fragmento breviter animadvertimus, commentitia (quibus auctoritatem quidem nullam debemus, nec fidem adjungere) esse suspicere, eamque ob causam parum profint, non abs re erit, ipsum fragmentum è Camdeno integrum huc transferre, una cum ipsis, eo pertinentibus, Camdeni verbis, ut inde de oppidi antiquitate, pariter atque dignitate, rectius ac facilius judicium ferre possis. Attende itaque dum exscribo, hoc tamen prius monito, ad eandem sententiam, verbis licet diversis, locum quendam nos habere apud *Monasticum Anglicanum*¹ è membrana quadam, in Collegio Armorum, ubi *Dunnius* pro *Dun*, & *Dunningstable* pro *Dunstaple* legitur. *Haud longe*

¹ Vol. II. p. 132.

hinc [id est, à Tuddington] (inquit Camdenus, p. 286.) progressi juxta Hockley in the hole, via lutosa itinerantibus hiberno tempore admodum molesta, inter agros optimis fabis redolentes, quæ suâ redolentiâ odorem illum canum vim non sine venatorum indignatione prorsus hebetant, per albicantem collem in Chiltern ascendimus; statimque

Dunstable. *Dunstable devenimus, quod in solo cretaceo situm, incolis satis frequens, & diversoriis plenum, quatuor habet plateas ad quatuor mundi plagas, in quibus singulis, cum solum sit siccissimum, quatuor in publicum usum sunt lacunæ, quæ quamvis pluviâ solummodò aqua alantur, nunquam deficiunt. Fontium verò venæ non inveniuntur, nisi puteos in viginti quatuor cubitorum altitudinem agant. In Medio Crux, sive potius columna, visitur, Angliæ, Castiliæ, & Pontiui insignibus insculpta & statuâ decorata, quam Rex Edwardus Primus in Æleonoræ conjugis memoriam, ut alias nonnullas, posuit, quacunque ejus funus exequiali Pompa Westmonasterium deduxit. Hoc fuisse illam stationem, quam Antoninus Imperator in suo Itinerario MAGIONINIVM, MAGIOVINIVM, & MAGINTVM, appellat, non est, cur quispiam dubitet, aut alibi quærat. Nam præterquam quòd ad viam militarem Romanorum adsidet, Cæsarium nummi in agris circumvicinis à subulcis subinde reperiuntur, quos Madning monye ad huc vocant, & parùm abest ad ipsum Chilternicorum*

col-

Magioui-
nium.

collium descensum sepimentum militare, in orbem circumductum, cujusmodi Britannorum opida fuisse prodit Strabo, quod novem jugera continet, & Madning-bowre & Madin-bowre appellant; in quo nomine, parùm variato, MAGINTVN se planissimè ostendit. Sed cùm MAGINTVM, vel belli, vel ævi, injuria cecidisset, Henricum Primum hîc opidum reædificasse, ædesque Regias ad Kingsbury, & coloniam ad latronum audaciam reprimendam, qui viam obsederant, collocasse, privata historia monasterioli, quod ipse ad colonie suæ ornamentum fundavit, planè contestatur. Sed habe ipsa verba ex historia illa privata, licet ejus seculi barbariem redoleant. Nota, quod area illa, ubi viæ Watling & Ikening conveniunt, per Henricum Regem Angliæ Senioresem primitùs fartabatur, ad malitiam cujusdam famosissimi latronis, Dun nomine, & sociorum suorum, refrenandum. Et ab ipso Dun dictus locus Dunstable vocabatur. Dominus Rex ibidem Burgum Dunstable condidit, fecitque sibi juxta illum locum regiam mansionem. Burgenses liberi erant per totum, sicut ceteri Burgenses regni Regis. Rex habuit in eadem villa nundinas & mercatum. Postea fundavit Ecclesiam, & autoritate Eugenii III. Papæ posuit ibi Canonicos Regulares, & dictos religiosos de toto Burgo feofavit per Chartam, & eis plurimas contulit libertates.

§. XVII. Atque hæc quidem è Camdeno, qui fatis luculente rem enarravit, licet locum, ubi conspicienda erat Historia, non indigitaverit, qua de caussa (ut semel hoc admoneam) & alibi culpandus est Camdenus; speciatim ubi meminit privatæ coenobii Hydensis Wintoniæ historiæ. Editione autem omnium optima usi sumus. Ea nimirum, quæ Londini prodiit (in folio quod dicunt) A. D. MDCVII. Nec quid hoc loco discrepat ejusdem Editionis exemplar penes nos, propria auctoris manu hinc inde notatum. Aliter tamen Camdenus in prima Editione. Ibi enim statuit¹, MAGI-OVINIUM Antonini non aliud fuisse atque *Ashwell*, oppidulum in confiniis Hertfordiæ, Cantabrigienses versus. quam sententiam refutare non opus est longa oratione. Id quod tandem compertissimum habuit ipse Camdenus. qui proinde sententiam mutavit. Qua de caussa actum egit doctissimus Galeus, quum monuerit, perperam olim existimasse Camdenum, oppidulum de *Ashwell* idem esse, quod MAGIOVINTVM. Sed illud tacere idcirco forsitan sibi non integrum esse censuit Galeus, quia non desint, qui Editionem in 8^{vo} habeant, ad quos nunquam pervenerit Editio in folio. Esto. Satius tamen fuisset, si & docuisset Galeus, in Editione optima sententiam

¹ *Ed. in 8^{vo} Lond. 1586. p. 217.*

suam

suam mutasse Camdenum, oppidumque de Dunstaple cum Numeris lapidum in Antonini Itinerario, quam cum alio quocunque demum loco in Britannia nostra, aptius quadrare. Atque hoc, quod dixi, verissimum esse comprobant Codices præclariores, pariter atque antiquitatum crebro eruta rudera. Ceterum etsi historia, à Camdeno advocata, jam lateat, in Registro tamen quodam veteri, ad Ecclesiam de Dunstaple pertinente, Carmina quædam fabelæ de Duno (latrone illo celebri, juvene in primis formoso atque forti, in quem omnium oculi sunt intenti) congrua inferuntur. Panxit Johannes Willis anno, ut verisimile, circiter 1558. ab eo enim anno exordium ducit Registrum. Is (in rebus Dunstapliensibus diu multumque versatus) olim loci curatus erat. Hæc vero qualiacunque sint Carmina, si lubet, vel legas vel negligas. quem in finem ad calcem ¹ Operis apposuimus. Fas sit tamen obiter hîc notare, nihil de Antonini *Magiovinio* vel *Magioninio* in eodem legi Registro, quod profecto verbum nihil aliud signare mihi videtur quam *castrum super collem*; eo pacto, quo & *Daiden-Castle*, vel *Maeden Castle* (quo nomine aliquoties appellatur Edinburgum) idem esse censeo, quod *castrum super Dunum* (vel *castrum super collem* five

¹ *Append. Num. IV.*

rupem) conditum. Nam *ma castrum* (cum illis certare nolo, qui à nobis toti forsitan diverſi, *magnum* potius ſignificare putent) lingua antiquiſſima Scotica denotare jam nuper obſervarunt antiquarii. Fruſtra igitur illi, qui de Regum Picticorum filiabus nescio quibus (in tanta enim rerum Picticarum caligine lateant nomina oportet) quamdiu innuptæ eſſent (atque ita eſſent cautæ, ut in incontinentiæ ſuſpicionem non inciderent) ibi (perinde ac ſi virginum clypeatum eſſet caſtrum) commorantibus multa memoriæ prodiderunt. rectius (ni fallor) facerent, ſi vocem inexplicabilem eſſe dicerent.

§. XVIII. Verum his miſſis (nam omnia λεπτομερῶς excutere non vacat) Prioratus de Dunſtable quum opus regium eſſet, de eodem etiam, ut mihi videtur, id quod ſuperius quoque innui, acturus erat Foulkeſius, qui exploratiſſimum habuit, turbine Henriciano (ita vocant Henrici VIII erga Religioſos nequitiam) non tantum concuſſum, ſed & perditum fuiſſe. Certe de eo mecum verba habuit eoſe tempore, quo, de Dunſtalia ſe ſcripturum eſſe, edocuit. Quando & nos quoque cohortati ſumus, ut maxime potuimus, ad Antiquitatum Britannicarum ſtudium, atque eo potiſſimum fine, ut, ſi fieri poſſet, ſuaderemus, Edvardi Lhuydii Hiſtoriam Walliæ (nam de Wallia in Adverſariis ingreſſus fuerat diligenter ſcribere Lhuydius) cumulate per-

perficere, & in lucem tandem aliquando proferre. An vero Collectaneorum, eo spectantium, segetem fatis amplam post se reliquerit Foulkesius, videant alii. Proculdubio in Prioratus historia antiquitatibusque scrutandis & expiscandis, Priorum (non desunt, qui *Præpositos* appellent, quo nomine & ipsi Prætores, ~~Mayors~~ vulgo, Villæ Cantebriensis, ne quid dicam de præpositis oppidi nostri Dunstapliensis, olim vocitabantur, ut ex ipsa liquet Joannis Regis, qui multis oppidis Prætores concessit, Carta ab Henrico III confirmata ¹, à viro Reverendo, nobisque longe amicissimo, Thoma Bakero, studiosissimo Academiae Cantebriensis Antiquario, per litteras ² communicata, qui & nobis etiam transmisit ³ eorundem Regum Cartas ⁴ Villæ Oxoniensi concessas) seriem pro virili nobis ob oculos posuisset. idque ea fide, ut de ejusdem veritate nemini scrupulus recte injici posset. Sed in hac parte operis, ni fallor, haud minorem difficultatem expertus est Foulkesius, quam si loca senta, obscura, vasta, squalentiaque sectatus fuisset. Itaque vereor, ne paucula duntaxat de Prioribus invenerit. Quem nostrum metum mire auget Series ⁵ illa Priorum de Dunstaple, à Brownio Willifio consignata mecumque communicata,

¹ *Append. Num. V.* ² *Dat. Cantabr. Julii 10^o. 1733.*
³ *Per litteras dat. Cantabr. Jul. 29^o. 1733.* ⁴ *Append. Num. VI, VII.* ⁵ *Append. Num. VIII.*

manca equidem, etsi absolutior aliâ ullâ hæc-
 nus à nobis inspectâ. Sed quamvis sit (specia-
 tim versus initium) imperfecta, ego tamen è pe-
 nu nostra supplere nequeo; nisi quod in Char-
 tulario Harleiano repererim, Thomam Priorem
 fuisse tempore Alexandri III. Pontificis summi
 Romani. Is vero Pontifex summus evasit A. D.
 MCLVI. Neque liquet, an hac in parte sub-
 sidium præstare possit Roberti Grostesti Rotulus
 elegans ac eximius, non ita pridem tanquam *κε-
 μέλιον* pretiosissimum Lincolnæ adservatus; quem
 tamen nuper, nescio quo infortunio, subreptum
 fuisse, certiore me fecit amicus, his in rebus
 versatissimus. Olim nempe inspexit & perlegit
 ipse amicus; deinde vero denuo consulere ve-
 hementer avens, desiderari compertum habuit.
 Quid est igitur, cur dubitandum sit, quin sint
 ea verisimilia, quæ illo de Rotulo monuit? Ne-
 que vero est, cur dubitemus, quin tu, lector,
 quicumque es, dolendum esse facile sis assensurus,
 tanti pretii antiquitatis monumenta vel periisse,
 vel etiam ita seclusa esse, ut à viris eruditionis
 exquisitæ, ac acerrimi iudicii, nec usurpari nec
 cerni possint. utpote qui præclare sciunt, fidem
 suam in rebus antiquitus gestis ab ejusmodi
 pendere monumentis, seque inde auctoritatem
 magnam esse adepturos. Nam quis est, quem
 non moveat clarissimis monumentis testata, con-
 signataque antiquitas?

§. XIX. In Serie Willifiana primus, qui occurrit, est Ricardus. at Prior quartus in Chronico hocce p. 661. appellatur. Is haud alius est, ut mihi videtur, atque Ricardus de Morins. In qua re juxta mecum sentit etiam Humphredus Wanleius, qui & non temere innuit, in Priorem Dunstapliensem electum fuisse A. D. MCCII. Antea Canonicus fuerat Prioratus de Mereton (ab Henrico I. fundati anno MCXVII. procurante Gilberto Norman, Vicecomite Surriæ) in agro Surriensi. in quo Prioratu (cujus Insignia videas apud Lelandum ¹) quonam munere functus fuerit, nondum investigavi, quippe de quo nulla littera invenitur in Registro Mertonensi in bibliotheca Cottoniana, sicuti me diferte docuit amicus egregius Jacobus Westus. At vero quum ad res præclare gerendas natus fuisse videatur, ea de causa suspicor, in cœnobio Mertonensi

¹ Coll. Vol. I. p. 70. E quo Lelando, antequam operâ nostrâ in lucem prodierit, hisce verbis descripsit Antonius à Wood in Adversariis aliquibus penes v. amicissimum Thomam Rawlins de Popbills in agro Warwicensi, quemadmodum è Coll. nostris MSS. Vol. 137. p. 118. colligo. "the Armes" [of Merton Priory] "are, as they are to be scene" [in a certain window of the Priory,] o "[r]" fretty of 3. b' [lew,] "on every Joynt a spread eagle of the. 1." in quibus Adversariis monuit etiam idem Antonius (id quod è Collectaneis itidem nostris constat) eadem Insignia exstare quoque in Collegio Balliolensi, ita tamen, ut ea de re quærendum esse subindicaverit. Verba ejus sunt: "This" (Insignia nimirum, quæ diximus) "is in Ball. coll. windowes: q"

haud pauca fecisse, quæ summam laudem pepererint. Quod simul atque audiverunt Dunstaplienses, intellexeruntque à multis, eum non continue latuisse domi & per ignaviam, quorundam ad instar, desedisse, putaverunt, neminem digniorem fuisse, qui coenobio suo præficeretur. præcipue quum in confesso esset, apud omnes in Prioratu Mertonensi ipsum, ob virtutem ac prudentiam, pariter atque eruditionem, in honore & pretio fuisse. Migrans igitur à Mertona ad Dunstapliam, ut sibi constaret, Ricardus à sua diligentia nihil destitit, sed admirabili quadam laude Prioratui præfuit. Quod postquam intellexissent Dunstapliæ Burgenfes, ipsum conturbare studuerunt. Hinc lites sæpe moverunt, Prioratusque Privilegia diminuere, si non & penitus tollere, laborarunt; quæ tamen omnia, in inimicorum confusionem, fortiter tuebatur ac defendebat Ricardus, ne quid detrimenti coenobium caperet sedulo cavens. Nec est, quod hinc censeas, controversias juridicas Ricardo fuisse pergratas. Cur ita judicemus, facit eximia ejus benevolentia, pietasque minime fucata. Hallucinatur itaque Wanleius, qui monuit, litibus juridicis ipsum fuisse delectatum, eamque ob rationem Juri Canonico operam dedisse. Nemo certe ejusmodi controversias odio majori habebat; sed quo minus quiesceret, obstiterunt Burgenfium mores, Priorem Canonicosque quotidie

tidie turbis afficientium. Adeo ut gratia Prioratus ad studium suum in Jure Canonico collocandum cogereetur sane Ricardus, quemadmodum & coactus etiam est eandem ob causam, cum Burgenfibus in curiis juridicis manum conferere, ne forfitan privilegiis spoliarentur Canonici, à principibus nostris perquam benigne concessis & confirmatis. Sed aliud est, de quo Ricardum vituperandum esse existimavit Wanleius, nempe, quod Judæorum fautor esset, perinde ac si ipse suaserit, ut Judæi Dunstapliæ commorarentur, oppidique Dunstapliensis privilegia & libertates ut iisdem concederentur effecerit. Verum aliter se rem habuisse mihi persuasissimum est. Ipsi Judæorum mores sicuti Ricardo detestabiles erant, ita &, quantum potuit, laborabat, ne ipsi vel Dunstapliæ vitam agerent, vel etiam oppidi privilegiis gauderent. Nihil aliud in causa erat, cur fruerentur, ut mihi videtur, quam leges publicæ, quæ & Judæis alibi similiter favebant. Id sentiens Ricardus, rectissime augurabatur, ineptum fore Judæis resistere, & ab oppido Dunstapliensi pellere. quippe qui olfaciebat, Regem ipsum Prioratui inimicum esse futurum, simul atque vel ipse Ricardus, vel monachi in Judæos inimicitiam ullam patefacerent. Quid vero mirum, Judæis tantopere favisse Henricum Regem, qui Regnum suum religionum (in quibus plane Judæorum Religio numeranda) au-

cto-

toritate maxime suffultum esse existimabat? Et tamen verisimile est, Henrici in Judæos amorem atque favorem potissimum conciliaſſe divitias, quas quovis modo, jure & injuria, honeste & turpiter accumulaverant, & undiquaque corraferant. Henricus nempe putabat, Judæos pro re nata sibi, penuria laboranti, nunquam non esse opem laturos, si modo ipsis se esse amicum ostenderet ac declararet.

§. XX. Tanta cum diligentia in cœnobio, cui præfuit, pergendo Ricardus, omnium oculos ad se convertit, illorum potissimum, qui ordinis sui Canonici erant nigri. qui & lubenter agnoscebant, ipsum ea esse indole, qua felicior nemo fere unquam in Prioratu adspexerat Dunstapliensi. quippe qui acerrimo judicio ornatus, quotquot ad immunitates Prioratus attinebant, ea omnia pectore hausit, crebroque apud se revolvit, quo modo in cœnobii commodum trahi possent. Idcirco, quotiescunque Canonicis lites intentatæ sunt, ipse, tanquam caussarum enodator acutissimus, diribitorque integerrimus, consensu unanimi indigitabatur, qui, argumentis ultro citroque pensitatis, cuncta pro arbitrio decerneret, æquitate proculdubio tum in verbis tum in factis usus. Imo non tantum in cœnobio proprio, sed et alibi quoque summe colebatur, ob peritiam & sapientiam. speciatim à sui ordinis Canonicis plerisque, qui intelligebant,
ipsum

ipsum cauffis dirimendis operam inprimis studiofe navaffe. Inde certe A. D. MCCXXIII. factus est Visitator Ordinis Canonorum S. Augustini in Provincia Eboracensi, una cum Abbate de Derleia. In partem voco ipsum Ricardum (testem omni exceptione majorem) Chron. p. 132. qui & aperte testatur, p. 180. se & Priorem de Neuham, per Generale Capitulum statutos Visitatores, visitasse Monasteria sui Ordinis per Episcopatum Lincolnensem & Coventrensem A. D. MCCXXVIII. Sed non tantum à Canonicis sui Ordinis, sed &, quod jam paullo superius innui, ab aliorum itidem Ordinum hominibus maximi æstimabatur Ricardus. Eò retulerim, quod memoriæ prodiderit, se aliorum similiter Ordinum Visitatorem evasisse. Anno scilicet MCCVII. *Eodem anno [MCCVII] inquit p. 50. Ricardus Prior noster, auctoritate Johannis Diaconi-Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati, factus est Visitator Omnium Virorum Religiosorum per Episcopatum Lincolnensem, exceptis Templariis, et Hospitalariis, et Cisterciensibus, et Præmonasteriensibus. Quin & in partibus item transmarinis honoratum fuisse accepimus. Et ne in verbis nostris quid subesse suspiceris, quod offendat delicatiores aures, ac si hæc plane fingeremus, ecce ipsum de se loquentem Ricardum (nam hæc uberius disputare, & fusius, mihi non est in animo) sub anno MCCXV. p. 72.*

An-

Anno (ait) 1215, celebratum est Concilium Lateranense, quod inchoavit in Crastino Omnium Sanctorum, et solutum est in Crastino Sancti Andree, sub Domino Innocentio Papa Tertio. Cui interfuerunt, Patriarcha Constantinopolitanus, Ierosolymitanus, Aculegensis, Venetianus; et Alexandrinus Fratrem suum Procuratorem destinavit. Interfuerunt etiam quadraginta [vel potius quadringenti] Episcopi, et octingenti Abbates et Priores; et, inter ceteros, Ricardus Prior Dunstapliæ interfuit: et rediens Parisius, in Scholis Theologiæ eodem anno integro remansit. Parisiis, ut mihi videtur, tamdiu non mansisset, nisi multos ibi amicos, qui in summo honore habendum esse existimabant, nactus fuisset, qui & idcirco colebant, quod in Concilio Lateranensi eruditionem ac iudicium minus vulgare prodiderat. Ceterum, ne frustra Parisiis bonas horas collocasse opineris, verisimillimum est, eam ob causam tempus Parisiis (ubi maxime in Scholis Theologiæ versabatur) trivisse, ut in Angliam reversus, ad rationem docendi apud Gallos Scholas Dunstaplienses disciplinis Scholasticis eo facilius instrueret; quas tamen Disciplinas non alias fuisse conjicerem, quam Grammaticas & Rhetoricas, non vero Academicas. non diversas scilicet ab illis Disciplinis, quibus Scholas suas (non alias utique à Grammaticis) instituerat Sigebertus, rex Orientalium Anglorum, de quo

ve-

nerabilis Beda aliique Historici veteres. Verum ea de re apud Caium nostrum, quem adifis. Neque quis censeat, de nihilo fuisse, quod in gratiam puerorum tantis laboribus in Gallis se frangeret Ricardus, totque curis vigiliisque angere- tur, quum mea quidem ferat sententia, metho- dum, Grammaticam docendi apud nos in Anglia usurpatam, admodum fuisse obscuram, atque ita perdurasse, donec diu postea Joannes Lelandus Grammaticus (vir perspicacissimus, litterisque Latinis, ut temporibus illis, satis eruditus, quem Oxonienses nostri maxima cum admiratione suspexerunt) regulas, ad puerorum intellectum atque captum longe accommodatiores, adhibe- ret, quas magna ex parte ipse probavit Guiliel- mus Lilius, qui & monita pædagogica Lelandi, hinc inde mutata, tanquam propria, divulgavit, sicuti tum ex aliis operibus nostris constare po- test, tum ex Reliquiis quibusdam antiquis, in Bibliothecis nostris (quibus Bodleiana jure opti- mo annumeranda est) conspiciendis. Quæ mo- nita & in ipsis recentioribus Lillii Grammaticæ editionibus rectissime retinentur, quum his no- stris temporibus juventus fere ita prolapsa sit (nam pravæ consuetudines naturam ipsam per- vertunt) ut non desint, qui existiment, præce- ptoribus optimis opus esse, qui doceant ac eru- diant, refrenentque etiam atque coërceant, quo munere reipublicæ afferri majus meliusve nullum

posse, jam olim optime (quicquid sentiant quidam Misotullii) judicavit Marcus Tullius Cicero, dono quodam (ut videtur) singulari Providentiæ genitus natusque, ut in eo totas vires suas experiretur eloquentia.

§. XXI. Alia hîc attexerem de diligentia Ricardi de Morins in munere suo, si opus esset. Sed quo minus plura scribam, obstat opus illud Ricardi, quod nunc in lucem profero, unde absque ulla difficultate permulta colliges, quæ in Ricardi honorem vehementer cedant. Imo ex hoc opere, aliisque, quæ nunc emitimus, ni fallor, mecum fateberis, Ricardum hunc non modo opinionem vicisse omnium, quæ de virtute ac industria ejus erat, sed etiam gloriam superiorum. Quod si scire aveas, quamdiu cœnobium rexit, illud profecto manifestissimum esse videtur è Serie Willisiana, in qua enarratur, Ricardum animam exhalasse A.D. MCCXLII. illoque ipso anno in Priorem electum fuisse Galfridum de Barthon. Testem advocat Registrum Lincolnense Willisius. Aliter sentit cl. Tannerus, Episcopus Asaphensis. Is enim per litteras monuit, se existimare, Ricardum ante A.D. MCCXLII. diem obiisse, eo quod in Codice quodam repererit MS. Galfridum de Barton in Priorem de Dunstaple admissum fuisse anno quinto Pontificatus Roberti Grosstest, episcopi Lincolnensis, mortuo jam ultimo Priore ipso Ricardo. In Ricard-

cardi igitur locum fuffectum fuiſſe Galfridum inter Maii 18. MCCXXXIX. & Maii 17. MCCXL. pro certo ſtatuit Tannerus. Eſto. demus, ſi velis, illo tempore electum fuiſſe Galfridum, at tam cito mortuum fuiſſe Ricardum quo minus credamus, obſtat Chronicon, quod edimus, ubi ſub anno MCCXLII. litteris mandatum video, eoſe anno ipſum fatiſ ceſſiſſe. *Eodem anno [MCCXLII.] Quinto Idus Aprilis, mortuus eſt Bonæ Memoræ Ricardus de Morins, quondam Prior de Dunſtable.* Sunt ipſa verba Chronici noſtri, p. 252. Neque opera luditur, quod citaverim. Nam inde apertiffime diſcas, A. D. MCCXLII. Ricardi noſtri annum fuiſſe emortualem; quemadmodum & è voce *quondam* colligas, ipſum jam antea munere Prioris exutum fuiſſe, non utique per *mortem*, ſed, quod arbitror, per *reſignationem*, quam *voluntariam*, non *coactam*, fuiſſe confidenter dixerim. Neque mirum, ipſum, jam ſenectute conſectum, reſignaffe.

§. XXII. Sed quamvis admodum ſenex eſſet Ricardus, quonam tamen ætatis anno mortuus fuerit nondum didici. Uti neque conſtat, Galuſne an Anglus fuerit. Anglum fuiſſe cenſeo. Alioqui minus diligens fuiſſet in rebus Anglicis recensendis. Saltem non adeo leviter de rebus Gallicis egiffet. Et tamen cognomen Gallicum fuiſſe videtur. niſi idem atque *Moran*, vel *Morans*, fuiſſe potius putes. quod ſane vel ad *Morans*

rans Court in Cantia, vel ad Doran in Cornubia pertinuerit. ad utrum vero, investigent alii. At è manu Gallum fuisse se deprehendere existimant nonnulli, in quibus Humphredus Wanleius. Vereor autem ne frustrà sint. Nam è manu nihil certò colligendum. Nec quidem mihi manus Gallica fuisse videtur. Si quis colligat è Mabillonio, illud nunc, ut puto, inter omnes fere constat, (certe apud plerofq; nostros omnes eruditos, quibuscum commercium habui litterarium, in confesso est) manus apud Mabillonium, nescio quonam casu, fictas, magna ex parte, fuisse. id quod etiam supra innuimus. ne quid dicam, manus Gallicas adamussim imitari potuisse Anglos nostros, eo modo, quo & tum olim, tum & nunc accuratissime imitantur manus Italicas; ita scilicet, ut quis fere, ab Anglis exarata sive scripta esse incius, pleraque ab ipsis hominibus Italicis re vera emanasse juraverit. Quid, quod & pariratione quis contenderit, alienigenis manuum illam diversitatem tribuendam esse, quam in variis Codicibus propria sua ipsius manu expressit Hestera English, femina proculdubio ingenio divino?

§. XXIII. Possèm & alia addere, quibus, Ricardum Anglum fuisse, probarem; monstraremque quoque, antiquitus nonnullos fuisse homines binomines, qui tamen nullo gaudebant cognomine. Talis erat Berowaldus Flandrensis, de quo

quo sequens habetur Charta, Berowaldo concessa à Malcolmo, Scotorum Rege, *Virgine* dicto, in Codice recenti manu exarato atque hoc pacto inscripto, *Historicall Account of the origine and succession of the family of Innes. Collected from authentick Writts in the Charter Chest of the same.* Hunc Codicem (admodum mendosum) mutuo accepi à viro (pace ipsius dixerim) spectatæ probitatis H. Wilbrahamo, Collegii ænei Nasi Socio. Berowaldus in Flandriam profectus fuerat ; (quo anno, non liquet.) Inde in Charta *Vox Flandrensis*, etsi Scoto-Britannus re vera esset Berowaldus. Patronymica exigebant, ut ejusmodi in usu esset distinctio, antequam jam cognomina recepta fuissent. id quod satis clare ostendit Codicis, quem dixi, auctor, (Generosus vir D. Duncanus Forbesius de Colloiden, Antiquitatum studiosissimus¹) in primis Innesianis rationibus eruditus. Ejus si argumentum valeat (& certe auctori, qui nihil comminisci videtur, fidem abrogare nollem) hoc in exemplo, valeat id necesse est etiam in aliis vetustatis exemplis. Charta sic se habet :

Malcolmus, *Rex Scotorum, omnibus probis hominibus totius terræ suæ Salutem. Sciatis, me in² feuda et hereditate dedisse Berowaldo Flandrensi in provincia de Elgine Ineefs et Etherurecard, per*

¹ *Coll. nostr. MSS. Vol. 140. p. 132.* ² *Sic.*

rectas eorum divisas, Tenendum sibi et heredibus suis de me, et heredibus meis, hereditarie, libere, quiete, in Bosco, in plano, in Campis, pratis, pascuis, in moris et aquis. Faciendo mihi inde servitium unius militis in Castello meo de Elgine.
¹*Prætera ei dono in burgo meo, cum prædicto feodo suo, ita libere et ita* ²*quite, sicut aliquis ex paribus suis liberius et quietius tenet toftum suum aut feudum suum, test: Wilielmo Maroviensi Episcopo sedis* ³*apostolice legato, Merlesvano filio Colbani,* ⁴*Wiliemo filio Frisgin, apud Perth in Natali Domini proximo post concordiam Regis et Sumerledi.*

§. XXIV. Hac in Charta præter vocem *Flandrensis*, sunt et alii nodi, quos dilucide, & sine ulla latebra obscuritatis, expedit auctor Codicis, quem diximus, qui floruit A. D. MDCXC-VII. Sed solutio, quam dedit, nihil ad rem nostram. Itaque (sicut æquum est) prætermittamus. Certe tacuisse, nullum erit famæ, rerumve dispendium. Sufficit, quod paucis verbis negotium confecerim. Ad institutum ut redeamus, alia, ut innui, hinc loci adjici possent, quibus, Anglum fuisse Ricardum nostrum de Morins, evinceretur. Sed nil refert, utrum Anglus vel Galus esset. Et tamen id sane mihi argumento est (ne omnia confecer) Anglum fuisse, quod in

1 Sic. 2 Sic. 3 Sic. 4 Sic.

Principem, five Regem, nostrum admodum effet fidelis. Possunt quidem exteri in Principes nostros esse fidelissimi, at id à nostratibus potius, quam ab alienigenis, exspectandum est. Et fide sua clarissimum fuisse, non est cur quispiam dubitet, qui vel Chronicon hocce, vel etiam Chartularium perlegerit. Eo profecto retulerim estimationem, quam apud Principem obtinuit. per *Principem* vero intelligerem ambos Principes, sub quibus præfuit Prioratui; tam nimirum Johannem, quam & Johannis Filium Henricum III. Favor hicce apud Principem Oppidanis, five Burgensibus, Dunstapliensibus admodum displicuit; qui proinde invidia in Priorem Canonicosque commoti, Prioratum crebro injuriis affecerunt, minime parcentes tyronibus etiam omnibus, qui se Prioratus felicitatis studiosos fuisse profitebantur. Rectissime autem Canonici illorum invidiam contemptui habebant, solatium sibi quærentes è gratitudine animorum suorum, beneficiorumque memoriâ; quæ sane beneficia eo pluris facienda esse existimabant, quod Principibus accepta retulerint. Nam benefica collocantium dignitas beneficia ipsa facit magis laudabilia. Hinc sane ea beneficia (quæ quamplurima sunt) quæ in Universitatem Oxoniensem contulit CAROLUS PRIMUS, idcirco maximi æstimanda esse duco, non tantum quod à Principe venerint, sed quod eorum auctor

Et or effeſt Principum omnium Optimus, ne quidem excepto ALVREDO illo MAGNO, Collegii Universitatis (licet verum dicere sine invidia, mihi præfertim, res antiquas caute exquirenti) fundatore munificentissimo, qui tam ex æquo & bono, quam ex lege jus dicere solebat, idque etiam rebus arduis ita exigentibus Oxonii, modo fides Afferio Menevensi, à Camdeno edito. Quæ CAROLI (Principis proculdubio humillimi, quemadmodum & ipsius Regina HENRIETTA MARIA, femina pulchritudinis eximiæ, humilitate sua itidem erat conspicua, faſtentibus id profecto Puritanis, HENRIETTÆ formam diligenter contemplatis, è quibus erat Simondſius D' Eweſius¹, qui alioqui ob religionem, quam profitebatur, culpandam animadvertunt) Beneficia & illa ipſa de cauſſa celebranda puto, quod Beneficia plane omnia perinde magna habentur, ut libenter & tenuibus

¹ On thurſday the 30. & laſt day of this inſtant June [1625.] I went to Whitehall, purpoſelte to ſee the Queene, which I did ſullie all the time ſhee ſate at dinner, & perceived her to bee a moſt abſolute delicate Ladie, after I had exatly ſurveyed all the features of her face, much enlivened by her radiant and ſparkling blacke eye. Beſides, her deportment amongſt her women was ſo ſweete & humble, & her ſpeech & lookes to her other ſervants ſoe milde and gracions; as I could not abſtaine from divers deepe ſetched ſighs, to conſider, that ſhee wanted the knowledge of the true religton. Ita in vita Simondſii D' Eweſii, à ſeiſpo conſcripta, in Bibliotheca Harleiana, f. 79. b.

dantur. At ea omnia libentissime contulit CAROLVS, eoque etiam tempore, quo necessitate summa premebamur, oppidanis aliisque hostibus (nam ad oppidanos confluere solebant perditii homines, qui aliquoties cum manu non parva manentes in tesquis ad infidias, & per vias vicofque foeda immanitate, & infestis signis ac agminibus, grassantes, DEUM non verebantur) nos quotidie pene interpellantibus. Ceterum Beneficiis his concessis à Principum optimo, mirum est quantopere fremuerint hostes. incassum tamen. Nam ut CAROLVS amicorum nostrorum longe summus erat, ita & Academicos plerosque perquam fideles semper est expertus, idque etiam (male metuo, ne succenseant Puritani) illis ipsis diebus, quibus Britannia nostra funestissimis bellis urebatur, hominesque, probitate colendi, miserrime dilaniabantur. quod postquam sensissent oppidani, & ipsi etiam magna ex parte fidem suam testari optabant, in bello utique illo civili (cujus quasi incendio tota Anglia deflagavit) & ipsi proinde auxilium Principi ferentes, etsi longe lentius pigriusque quam tulerant Academici, quemadmodum partim discas ex Armilustriis Academicorum anno MDCXLVI, quando res CAROLI nutare cœpit, à Briano Twyno (qui antiquitatibus Oxoniensibus magnum lumen prætulit) ut mihi videtur, memoriæ proditis, à nobis vero ad calcem operis nostri

stri editis¹; ubi² & apposuimus Epistolas aliquam multas (unde Commissionariorum Scotico- rum nequitia satis aperta erit) ad CAROLI PRIMI fugam (de qua in Hemingfordio nostro) ab Oxonio pertinentes (& à doctissimo Tannero nobiscum communicatas) Girardique five Giraldi Cornubiensis³ (Historici vetusti, de quo mentionem fecerunt Thomas Rudburnus⁴ Franciscusq; Thynnus⁵) Historiam Guidonis de Warwick (qui per totam vitam multas exforbuit difficultates) è Codice MS. in bibliotheca Collegii Magdalenensis Oxonii à nobis descriptam. Tam libenti autem animo hoc Girardi opusculum profero (quippe qui prodesse civibus nostris qua re cumq; possum cupio sitioq;) quam & mihi Codicem, in quo continetur, porrexit amicissimus Lovedaius. Neque, ut spero, displicebit, quod his omnibus subnexuerim⁶ historiolum, ad Oliverum illum spectantem Cromwellum, quem summam rerum in hoc regno aliquot annos per vim administrantem, callideque omnia facientem (nam subactò & versuto ingenio erat) perduellium ac dissimulatum facile principem dixeris. quam quidem jam nuper in libro Nigro Scaccarii (ubi aliquid de Olivero notatu perquam dignum) edi-

¹ *Append. Num. IX.* ² *Append. Num. X.* ³ *Append. Num. XI.* ⁴ *Hist. Maj. Wint. apud Whartoni Angl. Sacr. Part. I. p. 186, 189, 193, 201, 204.* ⁵ *Ad calcem Hollinshedi, p. 1590.* ⁶ *Append. Num. XII.*

diffem, modo ad manum adfuiſſet. Scripſit ami-
cus noſter (vir ſumma eruditione & ſingulari
integritate) quem ſæpe laudavimus, Thomas
Smithus. Mecum communicavit Guilielmus Bed-
fordius (Hilkiæ filius) rei medicæ ſumme ſtu-
dioſus. Bene vale, Lector, & macæ hac hiſto-
riola eſto. Ex Aula Edmundiana Oxonii Dec.
XI. M. DCC. XXXIII.





NOTITIA
CHARTULARII DE
DUNSTAPLE

In Bibliotheca HARLEIANA

Per HUMFREDUM WANLEIUM.

E Catalogo Codicum MSS. in dicta Bibliotheca à
Wanleio consignato.

Vide Præf. nostr. §. XIII.

94. B.11.



CODEX membranaceus,
(sed diversis in locis muti-
latus) nempe Liber Irrotu-
latorius seu Regestum Car-
tarum Prioratus de Dunsta-
ple, Ordinis S. Augustini,
in Agro Bedfordiensi per
Henricum I Anglorum Regem fundati.

Hoc

Hoc in Codice, perinde ac in hujusmodi quamplurimis aliis, cernuntur diversæ diversorum seculorum manus, cum Cartis nonnullis autographis confutis, et adnotationibus Historicis, &c. de quibus infra plura. Verum, cum non postulet hujusce Brevioris Catalogi ratio, ut omnes Cartas, Epistolas, Placita, &c. singillatim recenserem; de iis solum mentionem faciam, quæ involvendo Codice, rariora saltem, si non memoratu digniora, visa sunt. *scil.*

1. Syllabus Cartarum de Terris et Tenementis ad Monasterium Dunestapliense pertinentibus; maxima ex parte per Ricardum de Morins, ejusdem Domûs Priorem, exaratus. Fol. 3. & Fol. 11. b.
2. *Inquisitio de Redditibus in Bradenham, assignatis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Bedeford; facta, A. D. 1294. fol. 5. b.*
3. Notulæ Historicæ, cum particulari Descriptione Terrarum prædicti Cœnobii, manu supramemorati Prioris, ut videtur, scriptæ. Fol. 6.
4. Indotatio *Vicariarum perpetuarum in Ecclesiis de Stodham, Toternho, Chaugrava, Hesseburna, et Segenho; per Hugonem Episcopum Lincolnensem. Fol. 13. (fol. 18. &c.)*

5. Lit-

adhuc
94. B. II.

5. Litteræ patentes *Nicholai, Archidiaconi Bedefordiensis, ad Ricardum, Archiepiscopum Cantuariensem, super Pœnitentia Gileberti de Saunervilla, coram Archidiaconali Synodo, et ut credidit Lepra tacti, eo quod Edgarum Sacerdotem ejecit de Capella de Rokesbac, quam Pater ejus Philippus de Saunervilla Monasterio concesserat. Singularis est temporis designatio Pœnitentiæ illius injunctæ, atque Litterarum scriptarum. Hoc totum completum est antequam Rex Angliæ filiam prænominati Gileberti de Saunervilla cum Hereditate sæpe memorato W. concessisset.* Fol. 20. b.

6. In hac parte Codicis, habentur plurimæ Cartæ de Ecclesiis et Capellis, putà *de Ecclesia de Stodham. Fol. 18. — de Ecclesiis de Chaugrave et Aspele. fol. 18. b. — de Ecclesia de Thoternho. fol. 19. — de Ecclesia de Pateskulla. ibid. — de Ecclesia de Segenbo. ibid. — de Ecclesia de Heccham. fol. 19. b. — de Capella de Rokeshoc. ibid. — de Ecclesia de Flittecwic. ibid. — de Ecclesia de Hufseburne. fol. 20. — de Ecclesia de Neubotle. fol. 21. — de Ecclesia de Herlingedune. ibid. — de Ecclesia de Pullokeshulle. ibid. — de Ecclesia S. Mariæ in Bedeforda. fol. 21. b. — de Ecclesia de Cublinton et de Gledele. fol. 22. — de Ecclesia de Steppingele. fol. 22. b. — de Ecclesia de Merstun. fol. 23. — de Ecclesia de Cestresham. fol.*

Chartularii de Dunstaple.

LXXI

23. b. — *de Ecclesia de Britbulla. fol. 30. b. adhuc 94.*
et 31. et 61. b. B. 11.

7. *Litteræ Pandulfi Legati, omnibus Prælatibus
Lincolniensis Diocesis destinatæ, quos hortatur
ut multis et variis quibus Dominus Rex oppri-
mitur Necessitatibus consideratis, manum Au-
xilii de mera gratia porrigerent liberaliter et li-
benter, ut tam à Sede Apostolica (in cujus Cu-
ra et Custodia ipse Rex Henricus III consistit)
quam ab Ipso cum ad ætatem perveniret, meri-
to deberent commendari. fol. 39. col. 2.*

8. *Compendium Bullæ Innocentii III Pontifi-
cis Maximi, Abbatibus de Sancto-Albano et de
Woburna, et Majori Celerario de Sancto-Albano,
ad Instantiam Canoniorum de Dunstaplia desti-
natæ; contra quosdam eorum Vicarios, quibus
quædam Ecclesiastica Beneficia liberaliter contu-
lerunt, Dei timore postposito, Mulieres Fornica-
rias et Adulteras (i. e. Uxores) in suis præsu-
mentes domibus publice detinere; et licet fuerint
sæpe commoniti, eas nolunt abjicere, in Scanda-
lum Populi et Obprobrium Clericale. fol. 39.
col. 1. §. 2.*

9. *Initium Annalium Dunestapliensium, ma-
nu Ricardi Prioris ejusdem Domûs exaratum;
de quo, infra plura sunt nobis dicenda. fol.
40. b.*

10. *Cartæ de Ecclesia de Bradeburna. fol. 43. b:
fol. 55: et fol. 61.*

adhuc 94.
B. II.

11. Decisio Litis inter Priorem et Canonicos de Dunstaplia ex una parte, et *Alexandrum Juvenem cum populo* ejusdem Villæ ex altera; *super Decimis Negotiationis, et Oblationibus; per Johannem Archidiaconum Bedefordiæ; An. D. 1221, fol. 49.*

12. Litteræ Ricardi Prioris Dunestapliæ ad Robertum Episcopum Lincolnensem, *super cantaria in Capella de Bareworthe. A. D. 1326. fol. 50.*

NB. Litteras excipit Adnotatio cujusdam Neoterici, hisce Verbis, *There is now noe such Chappell or Chantrie.* videlicet etiam fol. 51. Col. 1. & fol. 56.

13. *Concordia de Wybbesunade;* sive ut idem Neotericus voluit, *The Bounds of the Parishes of Stodham, and Whippsnaid, and part of Toternhoo. fol. 52.*

14. Concordia super annua quadam Pensione ex Ecclesia de Cublintonia persolvenda. A. D. 1239. fol. 54. b. (v. fol. 59.)

15. Concordia super Decima Turbarum [Turfs] persolvenda Ricardo Priori de Dunstaple. A. D. 1236. fol. 55.

16. Adnotationes ex Rotulis publicis, de Misericordiis (ut aiunt) variis per Priorem et Canonicos Dunstaplienses de jure captis, aut recuperatis. fol. 56.

17. Breve Regis Henrici III contra Malefacto-

- Stores publice Itinerantes, et tam de Die quam de Nocte, sine Impedimento Ballivorum vel aliorum, multa mala contra Pacem suam facientes; cum certus fuerit quod hæc facere non possent, nisi consensu et manifesto receptamento multorum cum quibus pernoctantur; et qui eis Cibaria et alia necessaria inveniunt, sine quibus non possunt diutius moram facere in aliquibus partibus.* fol. 57. b. adhuc 94.
B. 11.
18. *Redditus qui debent solvi de Domo de Dunstaplia.* fol. 64.
19. *De Decimis Frugum in Cherltona.* fol. 69. col. 2.
20. *De Advocatione Ecclesiæ S. Petri de Bedeforda.* fol. 70. b.
21. *Carta Originalis R. Henrici II, qua confirmat Willelmo de Basenvilla quinquaginta Solidatas Terræ in Buttebroc, quas Ricardus de Luci ei dedit de Honore Boloniæ.* Confuitur fol. 70.
22. *De Ecclesia et Decimis de Toternho.* fol. 71.
23. *Syllabus Terras Tenentium in Parochia S. Cudberthi de Bedeforda.* fol. 71. b.
24. *Compositio Litis inter Conventum et Homines de Dunstaple, per Ottonem Legatum Romanum.* fol. 72.
25. *Determinatio Litis super Ecclesia de Tundinguna.* fol. 72. b.

adhuc
94. B. II.

26. *Admensuratio Manerii, Terrarum, et Bosci de Shortegrave, et Extenta.* fol. 73. b.
27. *Verdictum Juratorum super Consuetudinibus quibusdam Burgi de Dunstaple.* [manu Ricardi de Morins.] fol. 75.
28. *Breve Regium de Affidatione [sive Affessione] Auxilii, scil. Quadragesimæ partis omnium Bonorum mobilium in Parlamento concessorum, per Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Priores et Clericos (Terras habentes quæ ad Ecclesias non pertinent,) Comites, Barones, Milites, Liberos Homines et Villanos.* Ibid.
29. *Professio Ordinandi in Episcopum.* fol. 75. b.
30. *Professio Regis Coronandi, imperf.* *ibid.*
31. *Placita de Quo Waranto* (sc. super Privilegiis Monasterii Dunestapliensis) *apud Bedford coram Roberto de Arderne, et Sociis suis Justiciariis Itinerantibus ibidem, die Lunæ proxima post Festum Nativitatis Beati Johannis Baptistæ, Anno R. R. Edwardi III à Conquestu, quarto.* fol. 76.
32. *Iter de Dunstaplia, coram Roberto de Arderne, Johanne de Cauntebrigge, et Thoma de Louthe Justiciariis Domini Regis Itinerantibus in Comitatu Bed.* eodem anno &c. fol. 81. b.
33. *Continuatio ejusdem coram Johanne de Cauntebrigge, et Sociis suis Justiciariis post Sessionem Roberti de Arderne.* fol. 84. b.

Chartularii de Dunstaple.

LXXV

34. *Placita Coronæ coram Roberto de Arderne et sociis suis Justiciariis Domini Regis, Itinerantibus in Comitatu Bed. die Lunæ, &c. (ut supra in §. 31.) fol. 89.* adhuc 94.
B. II.
35. *Placita Coronæ coram Roberto de Arderne &c. (ut supra) fol. 90.*
36. *Litteræ Patentès R. Ricardi II; in quibus, per Inspeximus (ut aiunt) recitantur Cartæ Regum Edwardi III, Edwardi II, Henrici III, Henrici I, Ricardi I, Henrici II, de Fundatione et Indotatione Prioratûs S. Petri de Dunstaplia. fol. 95. b.*
37. *Narratio Historica de Placitis supra memoratis, deque Gravaminibus Priori et Conventui Dunstapliensi illatis, è quibus orta sunt. fol. 98.*
38. *Taxatio Bonorum Spiritualium atque Temporalium ejusdem Prioratûs. fol. 107. b.*
39. *Allocationes Amerciamentorum Nobis (i. e. Conventui) factæ in Scaccario Regis. fol. 110.*
40. *Narratio alia de Placitis, super Libertatibus et Privilegiis ejusdem Monasterii, regnante Rege Edwardo III. fol. 111.*
41. *Carta Originalis Ricardi de Lega, quâ concedit Canonicis de Bissemade totam Terram suam in Beresford, ad Sustentationem unius Canonici, qui in prædicta Domo de Bissemedè, pro anima sua, &c. Missam cantaret: (adnectitur folio 117.)*

adhuc 94.
B. 11.

42. Breve Regis *Edwardi III*, de constituendo *Thoma de Smynforde in Vice-Comitem Comitatum Bed̄ & Buck*, ac *Escaëtorem ibidem*; una cum Forma Juramenti per eundem Thomam præstandi. fol. 118. b.
43. *Placita apud Westm̄ coram W. de Thorpe et Sociis suis Justiciariis de Banco, de Termino Trin̄ anno 36. R. Edw. III*, super Ecclesia de *Wymyngtone*. fol. 119.
44. De eadem Ecclesia *Termino S. Hill anno 23 R. Henrici VII*. fol. 119. b.
45. Adnotationes de Placitis eandem Ecclesiam tangentibus, A. D. 1362. fol. 121.
46. *Placita apud Westm̄ coram Thoma de Weyland et sociis suis, Termino S. Hillarii anno 16. R. Edw. I*, super *Jure Pannagii in Toternho*. fol. 121. b.
47. *Bona et Proventus Rectorie de Bradburne, cum appendiciis, anno regni Henrici Vii. post conquestum quarto, deducta Portione Vicarie ibidem*. fol. 122. b.
48. Breve R. *Henrici IV*. [vel potius forsitan (nam deest numerus in Cod. MS.) *Henrici V*.] de *Armatis, et perturbatoribus Pacis*. fol. 123. b.
49. Breve de *Statuto de Ingressu Manu forti*. fol. 124.
50. Writt of K. *Edward IV*, for receiving the Oath of *John Hampdene* for the Office of *Escheator* in the Counties of *Bed and Buk*; (with

Chartularii de Dunstaple. LXXVII

(with the Form of the same Oath in English) adhuc 94.

Dec. 8. a^o. reg. 19. fol. 125. b.

B. 11.

51. Processus coram Homagio de *Flamstede*, de Terris Prioratûs de Dunstaple in eadem Villa. fol. 126.

52. Testimonial Letter or Certificate of many of the Inhabitants of *Dunstaple*, *Edisburgh*, *Whipsnade*, *Tilsworth*, *Stanbrigge*, and *Kemesworth*, touching the Right of Common of Pasture claimed by the Inhabitants of *Houghton* and *Sewelle*, in the Fields of *Eytone* and *Toternbo*. Yoven 9 Marche, anno 15 Edw. IV. fol. 126. b.

53. Carta Originalis *Nicholai Burre*, qua quietum clamat D^{no} *Johanni Warwykhille* perpetuo Vicario de *Toturnbo*, totum quod habuit Jus in dimidia *Acra Prati* in *Toturnbo-Fenne-Mede*. Dat. 4 die Junii, anno 11 R. Henrici VIII. fol. 128.

54. Dispensatio Originalis *Reginaldi Poli*, Pontificis Romani, Legati à Latere ad RR. *Philippum* et *Mariam*, Joanni cuidam *Wardo*, Scholari *Londonensi*, de Sacris Ordinibus capeffendis. Dat. prid. Idus Febr. A. D. 1556. fol. 129.

Hanc propriæ suæ Manûs subscriptione munivit *Reginaldus*.

55. A Latin Hexastich, which Technically (for Memorie's sake) includeth the Cheif Points de-

adhuc 94.
B. 11.

determined in the *Synod* A.D. 1640; with an Explication of the same in English. fol. 129. b. So far touching this valuable Book; it now remaineth that I should say somewhat concerning him, by whose Command, it seemeth to have been first made, and of whose Hand-writing much remaineth therein, still to be seen. I mean Richard De Morins, who was made Prior of Dunstable A.D. 1202. and deceased A.D. 1242, as will appear anon; a Man Eminent in his time, and yet not remembered by any that have treated of our English Writers, so far as I can hitherto learn.

That he was an Historian or Annalist, is plain from the Beginning of the Annals of Dunstaple, to be found in this Book written with his own Hand, at fol. 40. b. (of which above §. 9.) and of which this is the first Sentence, “ *Ab Adam usque ad Nativitatem Cristi,*
“ *fluxerunt Anni, secundum Hebræos, tria mi-*
“ *lia. 900 - 48; secundum Septuaginta Inter-*
“ *pretes 5 Milia - 100 - 96; et exinde usque*
“ *ad Octavum annum nostrum 1000. 200. 10.*”
And this Man therefore was made Prior A.D. 1202, in which year, in the Dunstaple-Annals now in the Cottonian-Library, inscribed TIBERIVS A. 10. I find these Words;
“ *Anno 1202, Ricardus Canonicus Meretonie,*
“ *ad-*

“*adhuc Diaconus, fit Prior de Dunstaplia; et* adhuc 94.

“*Sabbato Quatuor Temporum Ordinatus, die* B. 11.

“*Sancti Mikaelis primam Missam celebravit.*”

This is the Man, who seemeth to have been him, who caused our present Chartulary to be made up; and began the same partly with his own Hand, and partly by the Hands of Others as Occasion Offered. After the Entries of many Matters, at fol. 40, b, (according to the present Numeration of the Leaves; for it is 93. b, after Old Figures) he began his Annals with his own Hand; but then, perchance, considering that they would, in time, come to be the Foundation of the Annals of the House, he kept on this Book for the Chartulary, and began his Annals again, in the same Words, and with the same (that is his own Hand) in another Book, namely that Cottonian MS. abovementioned, which is often cited by our Modern Writers by the Title of the Chronicle or Annals of Dunstaple. Although He proceeded with his own Hand in these his Annals not much farther in one Book, than in the other; I may beleieve that he might often dictate the Matter, even when he himself is mentioned in the Third Person, as we see that Moses often writeth of himself in that manner.

As to the Actions of this Prior Richard,
with-

adhuc 94.
B. 11.

without doubt, much may yet be found which is not recorded in this Chartulary, nor in the Cottonian Book; but forasmuch as I have not now time to search elsewhere, I shall content myself with citing some Places of the Annals, (according to the Transcript which I made of them the last Winter¹) and also hint at some others in the Chartulary, and so conclude.

“ Anno 1203, dictus Ricardus Prior, intrante Februario, Romam pro Domino Rege perrexit; et prospere reversus circa festum S. Jacobi, secum adduxit Legatum unum, scilicet Abbatem de Casemare, ad componendum inter Reges”.

“ Anno 1205. — Eodem anno Ordinavimus super Priorem apud Rokeshac; et disposuimus de Elemosinario et Sacrista, quid recipere et quid facere debeant annuatim”.

“ Anno 1206 — Eodem anno, Ricardus Prior noster, auctoritate Johannis Diaconi-Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati, factus est Visitator omnium Virorum Religiosorum per Episcopatum Lincolnensem, exceptis Templariis, et Hospitalariis, et Cisterciensibus, & Præmonasteriensibus.”

“ Anno 1212. — Eodem anno, mense Octobri, missi sunt Inquisitores per omnes Episcopatus Angliæ ad inquirendum de ablatis, et

¹ Mr. Wanley began his Transcript Octobr. 10. 1713.

“damnis Anglicanæ Ecclesiæ illatis. Et inter ^{adhuc 94.}
 “ceteros, missus est Prior noster per Episcopa- ^{B. 11.}
 “tum Lincolnensem.”

“Eodem anno, mense Septembri, misit Papa
 “tres Prædicatores in Angliam; scilicet Ma-
 “gistrum Willelmum de Lundonia, et Magi-
 “strum Leonem Decanum Wellensem, et Ma-
 “gistrum Philippum de Otheford. Qui cum Pri-
 “vilegiis multis per se et Coadjutores suos, mul-
 “tos signaverunt ad Honorem Crucis, multa col-
 “ligentes, et Truncos per singulas Ecclesias sta-
 “tuentes. In quo Officio vicem eorum gessit Prior
 “de Dunstaple in Comitatu Ontedoniæ, et Bede-
 “fordiæ, et Hertfordiæ”.

Anno 1213. — “Eodem anno, in Festo San-
 “cti Luca, Dedicata est Ecclesia de Dunstaple
 “ab Hugone Secundo Lincolnienſe Episcopo, præ-
 “sentibus Comitibus et Baronibus, Abbatibus et
 “Prioribus, et Nobilibus multis, et Plebe cujus
 “non erat numerus. Ubi Pœnitentibus vere
 “Confessis, infra quindecim Dies illuc venienti-
 “bus, facta est remissio Triginta dierum; et ex-
 “inde in perpetuum, ad Anniversarium Diem
 “Dedicationis, vel infra Octo Dies sequentes ve-
 “nientibus, facta est ibidem Remissio Viginti
 “Dierum per eundem Episcopum: à quo Reli-
 “quæ multorum Sanctorum, per Priorem à mul-
 “tis amicis acquisitæ, repositæ sunt in Majori
 “Altari.”

adhuc 94.
B. II.

“ Anno 1215, celebratum est Concilium La-
“ teranis, quod inchoavit in Crastino omnium
“ Sanctorum, et solutum est in Crastino Sancti-
“ Andree, sub Domino Innocentio Papa Tertio.
“ Cui interfuerunt, Patriarcha Constantinopoli-
“ tanus, Ierosolymitanus, Aculegensis, Venetia-
“ nus; et Alexandrinus Fratrem suum Procu-
“ ratorem destinavit. Interfuerunt etiam qua-
“ draginta Episcopi, et octingenti Abbates et
“ Priores; et, inter ceteros, Ricardus Prior
“ Dunstapliæ interfuit: et rediens Parisius, in
“ Scholis Theologiæ eodem anno integro reman-
“ sit. Sed alii redeuntes, insidias vix evase-
“ runt: quidam etiam intercepti sunt, alii apud
“ Redecofne gravem Redemptionem subierunt.

Anno 1219 — “ Eodem anno, die Sancti
“ Benedicti, Ricardus Prior apud Dunstaple te-
“ nuit Curiam suam de omnibus Placitis Coro-
“ næ et Capitulis, coram Justiciariis Itineranti-
“ bus usitatis. Et tunc assidebat ei Stephanus
“ et Mauritius Justiciarii Domini Regis; et
“ formata sunt Furamenta sub hac forma, Hoc
“ audis, Domne Prior Justicie Sancti Petri
“ de Dunstaple, &c. Et tunc habuit ibi Placi-
“ ta Coronæ; nominatim de Thesauro invento
“ contra Godefridum Maschun: item, de novis
“ Dissessinis; et de Fuga Incarceratorum; et
“ de morte multorum; et de Dotibus Mulie-
“ rum”.

“ Anno

Chartularii de Dunstaple. LXXXIII

Anno 1220. — “Eodem anno, Prior di-^{adhuc 94.}
ad huc
B. II.

“rationavit apud Scaccarium, Misericordiam

“Stephani Vinitoris, et Petri Vinitoris. . . .

“sui, sicut scriptum est in Rotulo Domini Re-

“gis Anni Quarti”.

“Eodem anno, Idem Prior fecit Concordiam

“cum Marjoria de Bukleshore et Sororibus suis :

“quæ Rotulata est coram Justiciariis in Ban-

“cho. Quo anno, idem Prior contra multos

“Parochianos suos Decimas de Fæno obtinuit”.

“Eodem anno, Prior de Dunstaple tractus in

“causam contra Ricardum de Stepingle, per

“Breve Domini Regis de Ultima Præsentatio-

“ne, recessit quietus à judicio, et alter in Mise-

“ricordia remansit. Similiter tractus in Cau-

“sam per Alis Martel, per Breve de Dote, de

“Terra de Bokeleshore, quietus à Lite reman-

“sit”.

Anno 1221. “Eodem anno, Ricardus Prior

“movit Controversiam contra quosdam Burgen-

“ses de Dunstaplia : et tandem contra omnes,

“super Decimis Negotiationis (vide supra §. I I.)

“ubicunque exercitæ ; et super Decimis Fæni et

“Molendinorum ; et super quibusdam Oblatio-

“nibus, de quibus Compositio facta est coram Jo-

“hanne Archidiacono Bedesfordiæ, et coram Po-

“pulo Dunstapliæ, in Ecclesia recitata est, et

“ab omnibus approbata ; et per Judices à Pa-

“pa delegatos confirmata”. &c.

adhuc 94.
B. II.

* Ricardi
decessio-
nem.

† Legem
Moisis.

“ Eodem anno, Mossy filius Brun Judæus, ve-
“ xavit Ricardum Priorem de Dunstaple, et Ec-
“ clesiam suam, super septingentis Libris, per
“ quandam Cartam; quæ ideo probata est falsa
“ per Dominum Martinum de Pateshulla et alios
“ Justiciarios Domini Regis, quòd Carta loque-
“ batur de mutuo accepto per Priorem * Thomam,
“ et sigillum appositum expressit nomen Ricardi.
“ Ipsa etiam Carta fuit lota; et insuper falsam
“ Grammaticam continebat. Unde dictus Ju-
“ dæus incarceratus fuit in Turri Londoniæ per
“ Annum et amplius, quia alii Judæi dederunt
“ Regi unam Marcam Auri pro Judicio deferen-
“ do. Et postmodum, cum amplius prorogare
“ non possent, dederunt Regi centum Libras ne
“ suspenderetur in Ligno, in opprobrium Legis
“ suæ. Et sic super † Rotulum suum dictus Ju-
“ dæus abjurans Regnum Regis, et Outlagatus
“ est”.

Anno 1223. — “ Eodem anno, Prior Dun-
“ stapliæ factus est Visitator Ordinis nostri in
“ Provincia Eboracensi, una cum Abbate de Der-
“ leia. Qui pacifice exsecuti sunt Officium suum
“ usque ad Ecclesiam de Kircham. Ubi occur-
“ rens eis Prior de Novo-burgo, contra ipsorum
“ Officium appellavit; quem Ipsi in recessu suo
“ Excommunicaverunt.”

“ Anno 1224 formatum est Cirograffum in
“ Curia Regis, inter Priorem de Dunstaple et
“ Wil-

Chartularii de Dunstaple. LXXXV

*“Willelmum Filium-Baldewini, de Terra Johan- adhuc 94-
“nis Nerbonensis”. B. II.*

*“Eodem anno, formatum est Cirograffum in-
“ter Priorem de Dunstaple et Ricardum Pirot,
“super Ecclesiam de Helingedune.”*

*Anno 1228. — “Eodem anno, Prior de
“Dunstaple celebravit Curiam suam apud Dun-
“staple, assidentibus ei Domino Stephano de
“Segrave, et Willelmo Londone. In qua Curia,
“Prior constituit Coronatores Helyam de Capel-
“la, et Willelmum Filium-Willelmi, qui jura-
“verunt, quod ita se haberent in Burgo, sicut
“alii Coronatores extra Burgum se habent. Eos-
“dem etiam fecit Prior Custodes Mensurarum;
“scilicet de Ulnis, et Galonibus, et Buffello, et
“Latitudine Pannorum”.*

*“Eodem Anno, die Sancti Stephani, inventus
“fuit Tesaurus in Cimiterio de Husseburne, va-
“lens circiter quinquaginta Marcas; quem co-
“acti fuimus presentare coram Justiciariis tunc
“Itinerantibus; Et sub eorum Sigillis, delatus
“fuit Londonias coram Rege. Et quia tam E-
“piscopus Lincolnie, quam Prior Dunstaplie,
“quam etiam Rex Ipse dictum Tesaurum vendi-
“cabant; provisum fuit, ad preces Domini Regis,
“quod Episcopus et Prior concesserunt dictum
“Tesaurum Novo Hospitali de Doura, Salvo ju-
“re cujusbet.”*

*“Eodem Anno, impetratae sunt tres Furatae
“con-*

adhuc
94. B. II.

*“contra Priorem, de Muro qui est circa Car-
“dium, et dixit Furata contra Priorem”.*

*“Eodem Anno, orta fuit Dissentio inter Prio-
“rem de Dunstaple et Decem Burgenses ejus,
“super subtractione Oblationum. Conspirave-
“rant enim, quod in Nuptiis, vel Purificationi-
“bus, vel præsentiibus Corporibus Defunctorum,
“Principalem Personam tantum duæ personæ se-
“querentur; et pro hoc, illi Decem fuerunt Ex-
“communicati. Sed Populus, hoc non obstante,
“Communicavit eis; et Ipsi passim intrabant Ec-
“clesiam, et Populus cum eis: ita quod tam Con-
“ventus quam Presbiter Parochialis, à Missis
“sollennibus cessaverunt in Ecclesia, à Kalendis
“Augusti usque ad festum Sancti Dionysii: in-
“terim in Capella Infirmariæ sollenniter celebran-
“tes. Qua de causa, Episcopus Lincolnia ac-
“cessit ad locum, cum multitudine Clericorum
“et Capellanorum; et in Pulpito Ecclesiæ sollen-
“niter excommunicavit dictos Decem, si de ce-
“tero Ecclesiam intrantes Divinum Officium tur-
“barent; Item, omnes alios, qui de cetero eis
“Communicarent; et tam illos quam omnes alios,
“si infra proximum Festum Sancti Martini non
“satisfacerent Ecclesiæ de subtractis; et hoc,
“sciente et præsente Sacrista: Item omnes illos,
“qui de cetero, propter aliquas lites vel odium
“alicujus personæ, aliquid subtraherent Eccle-
“siæ de Oblationibus debitis, vel Consuetudini-
“bus,*

Chartularii de Dunstaple. LXXXVII

“bus, vel Venationibus, ante lites motas usitatis ^{adhuc 94.}
“ibidem. ^{B. II.}

“Eodem die, mediantibus de Lincolne et de
“Bedeforde Archidiaconis, et Magistro Step-
“no de Ekingtone, Compositum fuit in hac forma.
“Quod Excommunicati in forma Ecclesie absol-
“verentur; et postea invadiarent Priori Viginti
“Libras, quas Prior remitteret eis, ad preces
“Mediatorum; usque ad Quinquaginta solidos,
“infra dimidium annum Priori solvendo. Et
“postea sub Juramento injunctum fuit eis, quod
“in Sententiis Ecclesie de ceteris essent obedi-
“tes; et quod, de cetero, nihil subtraherent Ec-
“clesie de Decimis vel Oblationibus, vel aliqui-
“bus Venationibus, ante tempus Litis in dicta
“Ecclesia usitatis: et de tunc subtractis satis-
“facerent infra proximum festum Sancti Marti-
“ni Ecclesie Sacriste. Similiter, quotquot eis
“Communicaverant, sub simili Juramento, et
“Disciplina, ad Ostium Ecclesie sollenniter sunt
“absoluti, et similia sunt eis injuncta. Et sic,
“qui de cetero aliquid subtraxerint, non solum
“in Sententiam Episcopi, sed in Perjuriatum
“incidunt.”

“Eodem Anno, de Dunstaple et de Neuham
“Priores, per Generale Capitulum statuti Visi-
“tatores visitaverunt Monasteria sui Ordinis per
“Episcopatum Lincolnensem et Coventrensem:
“et tunc renuntiant Priore de Sancta-Fretheswi-
“tha,

adhuc 94.
B. 11.

*“tha, substitutus est ei alius, nomine Helias. Si-
“militer et Prior de Griseleya Prioratum suum
“resignavit”.*

*Anno 1229. — “Eodem Anno, Mense Maio,
“Henrico Rege transeunte per Dunstapliam, et
“in Prioratu hospitato, Ricardus Prior humi-
“liter ei supplicavit, quod sicut totius Regni
“gubernaculum accepit, et specialiter ipse Ec-
“clesiæ habuit Patronatum; super Discordiis or-
“tis inter Priorem et Burgenses, Pacem Deo ac-
“ceptabilem faceret: et tam Ecclesiæ quam Bur-
“gensibus utilem provideret. Tunc Rex, de Con-
“silio H(uberti) de Burgo, mediantibus majori-
“bus de Curia Regis, videlicet, Luca Dublinensi
“Electo, Radulfo Filio Nicolai Senescallo, Ro-
“berto de Lexingtona, Johanne de Monemue,
“R(adulfo) Episcopo Cicestrensi (Domini Regis
“Cancellario) et aliis multis, quandam Pacem
“formavit, quam Majores populi de Dunstaple,
“Rege præsentem, admiserunt. Sed post recessum
“Regis, penitus contradixerunt. Ideoque Prior
“per Breve Domini Regis fecit eos citari, cujus
“verba sunt hæc: Rex &c. — Postmodum,
“dictis Burgensibus coram Bancho constitutis,
“ipsi Justiciarii, habito consilio cum Domino Re-
“ge et Primatibus ejus, ipsam Pacem apud
“Dunstaple prius formatam, partibus præfenti-
“bus recitarunt. Quam postmodum Vicecomiti
“Bedef. mandaverunt, ut eam faceret observari.*

“Cu-

Cujus verba sunt hæc. Henricus &c. ——— adhuc 94.
B. 11.

*Quoniam vero Burgenses per has Literas, pro
Vice-comite, noluerunt in Tallagium consen-
tire, nisi haberent Mandatum Regis super hoc
speciale: ideo Dominus Rex iterum scripsit Ei
in hæc verba. Rex &c. ——— Cum igitur
Vice-comes hac Auctoritate vellet talliare Bur-
genses, responderent, quod tantum in Capite
Tenentes de Priore, et non alios permetterent
talliari. Et accedentes ad Regem, impetrave-
runt ab eo Literas in hæc verba: Rex &c.
——— Cum vero Prior, hiis Literis impedi-
tus, vellet saltem in Capite Tenentes talliare,
vocavit in Medium Duodecim Burgenses, quos
Fideliores aestimavit. Qui Juramento corpo-
raliter præstito, quod rationabiliter assiderent
Tallagium, nec æmulos injuste gravarent, nec
deferrent amicis: assiderunt tantum sexagin-
ta-tres solidos: Ita quod ditiores Burgi non
erant assisi nisi ad tres Solidos. Huic autem
perjurio manifesto successit tantus furor Popu-
li, quod in odium Ecclesiæ subtraxerunt Deci-
mas et Oblationes. Ita quod funere præsentis,
vel Muliere se purificante, unum tantum De-
narium obtulerunt. Fabricam etiam Ecclesiæ
admodum dissipatæ pro derelicto habuerunt.
Blasphemias et minas Canonicis et eorum fa-
mulis intulerunt; et per impositionem falso-
rum Criminum eos per totam Angliam diffam-*

adhuc 94.
B. 11.

"marunt. Bannum etiam in Ecclesia publice
 "proposuerunt, quod nullus Burgensium moleret
 "ad Molendina Prioris. Bladum etiam Domi-
 "nicum ipsius Prioris in viis antiquitus usitatis
 "prostraverunt in Terram, et Equum sub sua
 "Custodia incluserunt; qui, aliquando per Præ-
 "positos, aliquando per Vicinos Capellanos, ali-
 "quando per ipsum Decanum vix poterat libe-
 "rari. Corruerunt etiam Ballivos Nobilium
 "Vicinorum, ut Nos et Res nostras in suis Ter-
 "ritoriis impedirent; quod frequenter Muneri-
 "bus illecti fecerunt. Cum autem hæc omnia Do-
 "mini Regis Cancellario, et Stephano de Segrave
 "Domini Regis Capitali Iusticiario, in hujus
 "Persecutionis fervore per Burgum de Dunsta-
 "ple transeuntibus, Prior ostenderet; videban-
 "tur turbari, et pro malo habere, et cæperunt
 "Burgo comminari. Veruntamen illis receden-
 "tibus, Malitia non cessavit. Hiis omnibus ac-
 "cessit, quod cum Ballivus Vice-comitis vellet
 "pingnora capere pro Tallagio non soluto; tam
 "Masculi quam Feminae de Burgo insurrexerunt
 "in Eum, omnimodam Distractionem fieri prohi-
 "bentes. Et quamvis, ad instantiam Prioris,
 "Domnus Lincolnensis Episcopus per vicinos
 "Burgos et vicinos Decanatus præfatos malefa-
 "ctores diebus Sollennibus Excommunicari ius-
 "sisset; tamen ab incepto furore et Malitia non
 "cessarunt: sed profitebantur, se esse Excommu-
 "nica-

Chartularii de Dunstaple.

XCI

*“nicatos, et se velle potius ad Infernum descen-
“dere, quam in Causa Tallagii succumbere. Pro-
“locuti fuerunt etiam cum Willelmo de Cantelu-
“po, quod in Campo, Vicino Burgo de Dunstaple,
“concederet eis quadraginta Acras, in quas Ta-
“bernacula sua transferentes habitarent, à Tal-
“lagio et Teloneo quieti. Hac igitur Tempesta-
“te utriusque Fori Iudices per frequentiam que-
“relarum Prioris fastiditi, quasi per accidiam
“victi, dissimulando stupuerunt, et tantam Uni-
“versitatem Populi scandalizare abhorruerunt.
“Et quia tanta Multitudo fuit in Causa tam
“Munerum quam Populorum; infinita scelera
“remanserunt impunita. Cum itaque tanta ini-
“quitas habundaret, ecce repente visitavit Do-
“minus Spiritum Magistri Johannis, Archidia-
“coni Bedefordie. Qui inter Partes amicabili-
“ter composuit, et procellas pestilentes subito
“convertit in speciem lenitatis. Sicut per Cy-
“rographum factum in Curia Domini Regis, et
“Cartam Prioris et Conventus manifeste patet;
“quæ inferius subsequuntur.”. (vid. etiam co-
dicis præsentis fol. 66. b. et fol. 74. b.)*

adhuc 94.
B. 11.

*“Anno 1233. — Eodem anno, recessse-
“runt Walterus Professus, et Johannes non Pro-
“fessus, Canonici Dunstaplienses, sine Licentia;
“et per fenestram fractam exeuntes, et Murum
“Monasterii transilientes, inter Fratres Mino-
“res Habitum Oxoniæ susceperunt. Quos Prior*

H. Wanleii Notitia

“de Dunstaple, Oxonia et alibi, denuntiari fe-
 “cit Excommunicatos. Unde Walterus cum
 “tribus Fratribus de Ordine Minorum rever-
 “sus, ad Capitulum Dunstaplie humiliter petiit
 “absolvi. Et juravit, quod pareret Mandatis
 “Prioris in Omnibus, salvo Ordine suo. Et sic
 “Absolutus est, jussu Prioris, à tribus Canonicis,
 “per Corporalem Disciplinam; et postmodum à
 “toto Conventu voce tenus. Demum injunctum
 “est ei, ut in primis restituat Quaternos et Pan-
 “nos, quos asportavit; et infra annum delibe-
 “ret, ut si Ordo Minorum arctior est nostro, ibi
 “remaneat, sin autem, ad nostrum Ordinem re-
 “vertatur, ubi Gratiā valuerit invenire. Jo-
 “hannes vero Londonie inventus à Priore in-
 “vento similiter absolutus est,” &c.

“Anno 1241. — Eodem anno, obiit Ead-
 “mundus, Cantuariensis Archiepiscopus, in Bur-
 “gonia, sepultus apud Punteniacum: Pro cujus
 “meritis operatus est Deus Miracula multa,
 “tam ubi Corpus jacet, quam apud Cateby in
 “Anglia, ad tactum Pallii, quod Idem Archie-
 “piscopus Sorori suæ Moniali de Cateby contu-
 “lerat. Et quoniam idem ante recessum suum
 “Monachos Cantuarienses excommunicaverat,
 “duo Monachi Romam profecti, Litteras Abso-
 “lutionis ad Abbatem et Priores de Dunstaple
 “et de Sancto Albano impetraverunt, ne præ-
 “textu Excommunicationis Eorum Electio im-
 “pe-

“pediretur, et ne Eorum Ecclesia à Fidelibus vi-
 “lior haberetur; et quod facerent Dispensatio-
 “nem cum Monachis, si post Sententiam, con-
 “tra Conscientiam celebrantes, Irregularitatem
 “contraxerint. Salvo tamen in Omnibus jure
 “ Archiepiscopi successuri. Et licet Archidiacono
 “nus Cantuariensis in principio se objecerit;
 “postea tamen se subtraxit.” &c.

adhuc 94.
B. 11.

Anno 1242. — “Eodem anno, quinto I-
 “dus Aprilis, mortuus est bonæ memoriæ RI-
 “CARDVS DE MORINS,
 “quondam Prior de Dunstaple.

Thus far I have taken from the Annals; I shall now hint at some few other Matters relating to our Prior Richard out of the Chartulary, which I have not yet mentioned in describing it.

He seemeth to have studied the Canon Law, not only by the Nature of the several Employments abovementioned, but by some Notes of his own Hand, still to be seen at Fol. 74.

His Hand is like a French Hand, and his Name looks like a French Name; but whether he was a French Man, or descended of a French Family, I know not.

He seemeth to have been a Man of a griping and exacting Temper, which often brought him

adhuc
94. B. II.

him into troublesome Suits of Law with the Towns-men, and others his Tenants and Neighbours.

He was Prior 39 Yeares, and what by Grants of Corrodies, Money, Letters of Fraternity, or other ways, he got much Land which enlarged the Revenue, and also amplified the Monastery it self with divers costly buildings.

56. In his time, (notwithstanding the Canons of Councils) divers of the Clergy were Married Men, and left their Benefices to their Children, as may be seen by one of his Complaints or Accusations about Bradbourne Church, (fol. 44.) which beginneth thus, "*Conquerimur Deo et Vobis de Roberto, et Wilhelmo, et Henrico, Persona et Vicariis de Bradburne, quod contra Iusticiam impediunt Institutionem nostram in Ecclesia de Bradburne et Capellis suis: et ideo injuste, quia Robertus filius est Godefridi qui proxime ministravit in eadem Ecclesia, et imitator paternæ Incontinentiæ. Henricus similiter filius fuit Johannis Vicarii ejusdem Ecclesiæ, et Patri suo in medietate successit, et paternæ Incontinentiæ imitator existit. Willelmus similiter focariam publice tenet, canibus venaticis insistens, Tonsuram et Clericale Officium relinquens.*" This dispute was terminated in the seventeenth Year

Year of Pope Innocent, that is, about A. D. ^{adhuc 94.}
1214. ^{B. 11.}

I mentioned above, (pag. 339) the Trouble this Prior met with, at the forging Hands of Mossy the son of Brun the Jew, which he seemeth partly to have deserved because he brought the Jews to Dunstable, and had dealings with them there ; as may appear by these extracts from our Chartulary.

57. *“ Ricardus Prior de Dunstaple, et totus ejus-*
“ dem loci Conventus. — Sciatis, nos con-
“ cessisse — Flemengo Judæo de London̄ et Leoni
“ filio suo, et suis, et servientibus eorum, ire, et
“ venire, et manere in Villa de Dunstaple, bene
“ et in pace, quiete et honorifice. Concessimus
“ etiam eisdem Flemeng et Leoni omnes Liber-
“ tates et liberas Consuetudines Villæ de Dun-
“ staple, sicut aliquis de hominibus nostris de villa
“ eas melius et plenius habet. Nec Nos, nec
“ Nostri impedimentum faciemus prædictis Ju-
“ dæis, quin lucrum suum fideliter faciant in vil-
“ la nostra secundum Consuetudinem Judæorum.
“ Et nos manutenebimus prædictos Judæos, et
“ suos, et eorum servientes, et res suas in villa
“ rationabiliter, sicut faceremus si de nobis tene-
“ rent. Pro hac autem Concessione nostra, dabit
“ nobis prædictus Flemeng, quam diu ipse moram
“ fecerit in villa Dunstapliæ, singulis annis duo
“ Coclearia argentea, quorum utrumque duode-
“ cim

adhuc 94.
B. II.

“*cim denarios ponderabit. — Si autem præ-*
“*dictus Flemengus absens fuerit, prædictus Leo*
“*filius ejus eadem Colearia eisdem terminis*
“*persolvet. Hæc autem Concessio et Conventio*
“*tota vita prædictorum Judæorum durabit —*
“*fol. 35. b.*

“*Ricardus Prior de Dunstaple, &c. —*
“*Sciatis, Nos, de Consensu totius Capituli no-*
“*stri, dedisse & præsentî Carta confirmasse Jo-*
“*sep, filio Rogeri Blundi, unius Canonici Conre-*
“*dium — Pro hac autem Concessione nostra*
“*dedit Nobis prædictus Josef tredecim Marcas*
“*Argenti, ad redimendum illud idem Conredium*
“*de manu cujusdam Judæi, cui Willemus de*
“*Husseburne illud impignoraverat, et qui de no-*
“*bis, jure prædicti Willemi, hoc ipsum Conre-*
“*dium percipere solebat. Et hoc quidem fecimus*
“*Consilio et Assensu Domni W. Lincolnensis E-*
“*piscopi, ut sic Bona Ecclesiæ nostræ, cum ali-*
“*ter non possemus, de manu Judæi liberaremus”.*
Ibid.

59. “*Willemus de Husseburne — Sciatis,*
“*me reddidisse — Priori et Conventui de Dun-*
“*staplia totam præbendam meam, quam idem*
“*mihî concesserant, — Cartas etiam, quas su-*
“*per prædictis de prædictis Canonicis habui, in*
“*manus eorum omnes resignavi, — Quare*
“*volo et concedo, quod prædicti Canonici tam*
“*prædictam Præbendam, quam prædictam Ter-*
“*ram*

Chartularii de Dunstaple.

XCVII

ram — Pro hac autem dimissione et quie- adhuc 94.
B. 11.
ta clamazione, et presentis Cartae confirmatio-
ne; predicti Prior & Conventus adquietave-
runt me erga Flamengum et Bendinum, et Aa-
ron, et Jacobum, et Leonem, Judæos; de Sexa-
ginta et decem Marcis. Et siquis Judæus,
vel Judæa, occasione alicujus Invadiationis per
me factæ, de Prædictis Præbenda vel Terra,
prædictos Pirorem et Conventum vexare vo-
luerit, ego eos per omnia adquietabo". f.42.b.

Many other of the Actions of this Prior Richard may be collected from this Chartulary, which I shall omitt for the present, thinking that what is already done may suffice.



THE NAMES OF THE
SUBSCRIBERS.

NB. An Asterisk is put before those that subscrib'd for large Paper, a Dagger after those that subscrib'd for several Copies.

A.

Edward Acton, LL. B. Rector of Bentworth in Hampshire.

John Antis, Esq. Garter, Principal King of Arms.

Edmund Archer, D. D. Archdeacon of Wells.

The Right Reverend Father in God Thomas (Tanner)
Lord Bishop of St. Asaph.

* The Honourable Mr. Arundell.

Le Marquis d' Aubais près de Nismes en Languedoc.

B.

* Thomas Bacon, alias Sclater, of Catley near Linton in
Cambridgeshire, Esq.

The Reverend Mr. John Baily, M. A. Rector of South
Cadbury in Somersetshire.

Thomas Baker, B. D. of St. John's-Coll. Cambr.

William Baker, D. D.

Mr. George Ballard, of Campden in Gloucestershire.

* Richard Banner, of Perry Hall in the County of Staf-
ford, Esq.

* Oliver Battely, M. A. Student of Christ-Church Oxford.

Mr. William Bedford.

Bea-

SUBSCRIBERS' NAMES.

XCIX

Beaupré Bell, Esq. M. A. of Trin. Coll. Cambr.
 Thomas Bowdler, Esq. †
 Henry Bradshaw, of Marple in Cheshire, Esq.
 * William Brome, of Ewithington near Hereford, Gent.
 * William Bromley, Esq. Member of Parliament for Warwick.
 * The Right Honourable Francis Greville Lord Brooke.
 Thomas Bryan, Esq.
 Edward Burton, of the Middle-Temple, Esq.

C.

The Reverend Mr. Thomas Carte, M. A.
 Seymour Cholmondeley, of Holford in Cheshire, Esq.
 * The Hon^{ble}. George Clarke, Esq. D. Civ. L. Member of Parliament for the University of Oxford, and Fellow of All-Souls-College in the same University.
 Walter Clavell, of the Inner-Temple, Esq. F. R. S.
 Richard Clements, of Oxford, Bookseller.
 * Edward Collingwood, of Newcastle, Esq.
 The Reverend Mr. George Coningsby, M.A. Rector of Bodenham in Herefordshire.
 * The Honourable Cuthbert Constable, Esq. †
 Nicholas Corfellis, Esq. B. Civ. L. of Lincoln-Coll. Oxon.
 Sir Clement Cottrell, Kt. Master of the Ceremonies.
 * Thomas Crowe, of London, M. D.

D.

Peter Davis, Esq. Recorder of Wells.
 The Hon^{ble}. Alexander Denton, of Hilliden in the County of Bucks, Esq.; one of his Majesty's Justices of the Court of Common-Pleas, and Chancellor to his Royal Highness Frederick Prince of Wales.
 Francis Dickens, L. D. Regius Professor of Law of the University of Cambridge.

E.

* Sir Richard Ellys, of Nocton in Lincolnshire, Barr.
 Sir John Evelyn, of Wotton in Surrey, Baronet.
 * Sir Robert Eyre, Kt. Lord Chief Justice of the Common-Pleas.

SUBSCRIBERS NAMES.

F.

- * The Rt. Hon^{ble}. Thomas Ld. Foley, Baron Foley, of Kidderminster in Worcestershire.
- * Martin Folkes, Esq.
- Richard Frewin, M. D. Camden Professor of History in the University of Oxford.
- Thomas Frewin, of Lincoln's-Inn, Esq;.

G.

- The Hon^{ble}. Roger Gale, Esq. F. R. S.
- Samuel Gale, Esq.
- The Reverend Claude Gilbert, D. D. Vice-Provost of Trinity-College in Dublin.
- Thomas Girdler, D. D. Rector of Reedham in Norfolk.
- Charles Godwyn, M. A. Fellow of Balliol-College Oxford.
- * Thomas Goodman, M. D. Physician in ordinary to his Majesty.
- The Reverend Dr. Richard Goodwin, Rector of Tankersley in Yorkshire.
- The Reverend Zachariah Grey, LL. D. Rector of Houghton-Conquest Com. Bedf.
- * The Honourable Francis Gwyn, of Ford-Abbey in Devonshire, Esq.
- Fletcher Gyles, of London, Bookseller.

H.

- George Harbin, M. A.
- * Philip Harcourt, of the Inner-Temple, Esq.
- * Edward Harley, Esq. M. A. of Christ-Church Oxford.
- Charles Hornby, of Gray's-Inn, Esq;.
- The Reverend Mr. John Hotchkin, M. A. Rector of Abbat's-Ripton in Huntingdonshire.

I.

- * James Joye, of Duke street Westminster, Esq.
- Sir Justinian Isham, Baronet, Knight of the Shire for the County of Northampton.

SUBSCRIBERS NAMES.

cr

Euseby Itham, D.D. Rector of Lincoln-College Oxford.
Benedict Ithell, of Temple Dinsley in Hertfordshire,
Esq.

*William King, D.Civ.L. Principal of St. Mary-Hall Oxon.

L.

*Lincoln-College Library Oxon.

*The Right Honourable George Henry (Lee) Earl of
Litchfield.

John Loveday, Esq. B.A. of Magd. Coll. Oxon.

Francis Lutterell, of the Middle-Temple, Esq.

*Charles Lyddell, B.Civ.L. Rector of Ardingly in Suffex.

*Richard Lyddell, Esq.

M.

*Richard Mead, M. D. F. R. S. †

Conyers Middleton, D.D. Principal Librarian of the U-
niversity of Cambridge.

Sir Charles Mordaunt, Baronet.

*Richard Mostyn, of Penbedw, Esq.

*Sir Roger Mostyn, Baronet.

Mr. John Murray, of London. †

N.

*His Grace Thomas Holles (Pelham) Duke of Newcastle.

Mr. Francis Nicholson, of Stockport in Cheshire.

John Nicoll, D.D. chief Master of Westminster School.

O.

*The Rt. Honourable Edward (Harley) Earl of Oxford
and Earl Mortimer. †

P.

*The Right Honourable the Lord Polwarth.

Thomas Prowse, Esq.

Walter Pryse, Esq.

R.

Thomas Rawlins, of Pophills in Warwickshire, Esq.

* Ri-

SUBSCRIBERS NAMES.

* Richard Rawlinson, D. Civ.L. of St. John's-Coll. Oxon.
and F. R. S.

Richard Richardson, of North-Bierly in Yorkshire, M. D.

* Mr. Thomas Richardson, of London.

S.

Mr. Isaack Sampson.

Joseph Sanford, B.D. Fellow of Balliol-College Oxon.

* Sir Thomas Sebright, Baronet. †

Edward Sheldon, Esq.

Matthew Skinner, of Lincoln's-Inn, Esq. Serjeant at
Law, and Recorder of the City of Oxford.

Sir Hans Sloane, Baronet, President of the College of
Physicians, &c. †

George Smith, of Burnhall near Durham, Gent.

* William Stuart, D. D.

Sir Philip Sydenham, Baronet.

T.

* John Ivory Talbot, of Lacock in Wilts, Esq.

* Timothy Thomas, M. A. Rector of Presteign in Rad-
norshire.

William Thomas, Esq.

John Thorpe, of Rochester, M. D. F. R. S.

John Tottenham, M. A. Rector of Allerton and Vicar of
Cheddar in Somersetshire.

John Turvin, Esq.

Richard Tyson, of London, M. D.

V.

* Arthur Vanfittatt, Esq.

William Vesey, B. D. Fellow of Lincoln-College Oxon.

W.

Thomas Ward, of Warwick, Esq.

Lee Warner, Esq.

The Rt. Rev. Father in God Thomas (Milles) Lord Bi-
shop of Waterford and Lismore.

Mr. William Webber of Exeter.

Sir

SUBSCRIBERS NAMES.

CIII

Sir Anthony Wescombe, Baronet.

*James West, Esq. M. A. of Balliol-Coll. Oxon. and
F. R. S.

Robert Woodforde, B. Civ. L. Rector of Yeovilton in
Somersetshire.

Christopher Wren, Esq. F. R. S.

William Wright, of Offerton in Cheshire, Esq.



Ad-

Advertisement.

THE Publisher is now printing, from a MS. in the Harleyan Library, *Benedictus Abbas Petroburgensis de vita & gestis Henrici Secundi & Ricardi Primi*. To which will be added, *An authentick Evidence concerning the Relick of the Blood of Hales*; by the help of which Evidence the mistakes of several Historians will be rectify'd, and some of the many calumnies, that have been thrown upon the Religious Houses, will be detected. The Price of this Work, which will make two Volumes in 8^{vo}, and was never before printed, will be (the same with that of *The Chronicle or Annals of Dunstaple, viz.*) two Guineas the large, and a Guinea the small, Paper; which Money is to be paid all together at the time of Subscribing. Subscriptions are taken in either by the Publisher at Edmund-Hall, or by Joseph Brookland at the THEATER Printing-House, in Oxford.



ANNALES
 RICARDI DE MORINS
 PRIORIS DUNSTAPLIÆ,
 CUM CONTINUATIONIBUS
 è Cottonianæ Bibliothecæ Codice MS.
 TIBERIUS A. IO.

(v. A. D.
 1242.)



B Adam usque ad Nativitatem D. fol. 3.
Cristi, fluxerunt anni, secun-
 dum *Hebræos*, tria millia 948.
 Secundum Septuaginta Inter-
 pretes, 5 Milia 196. Et ex-
 inde usque ad Octavum An-
 num nostrum 1210.

8 ann Ric.
 Prioris.

Anno 33. *Cristus* Crucifixus est, octavo Kalen-
 das *Aprilis*.

Anno 34. *Stephanus* lapidatur; et *Paulus* eo-
 dem anno convertitur.

Vol. I.

A

An-

Chronicon sive Annales

Anno 37. *Matthæus* scribit Evangelium.

Anno 38. *Cathedra Petri* apud *Antiochiam*.

Anno 40. *Pilatus* seipsum interimit.

Anno 50. *Claudius* Imperator ¹ *Secundus* subjugavit *Britanniam*.

Anno 45. *Cathedra Petri Romæ*.

Anno 47. *Marcus* ² Evangelista, quæ *Romæ* scripsit, in *Egypto* prædicavit.

Anno 49. Assumptio S. *Mariæ* Matris Domini.

Anno 61. *Jacobus* Frater Domini lapidatur à *Judæis*.

Anno 68. *Petrus* ordinavit *Linum* & *Cletum* Episcopos.

Anno 69. Passio Apostolorum *Petri* & *Pauli*. Successit *Linus* Papa.

Eodem anno, *Nero* seipsum interfecit.

Anno 72. *Titus* *Jerusalem* subvertit.

Anno ³ 88. *Cletus* Papa.

Anno 83. *Johannes* in *Pathmos* Insulam relegatur; ubi scripsit *Apocalypsim*.

Anno 85. *Clemens* Papa; qui misit *Parisiensibus* *Dionysium*; *Silvanectensibus*, *Regulum*; *Rotomagensibus*, *Nigasium*; ⁴ *Limonis*, *Martialem*;

¹ Potius secundo, ut in *Chartulario MS. de Dunstaple* (ubi fol. 40. b. initium horum *Annalium*, propria ipsius auctoris manu exaratum, habemus) in *bibliotheca Harleyana* adseruato, legitur. ² *Ewangeliu*, quod *Romæ* *Chartular.* ³ L. 81. è *Chartulario*. ⁴ *Limovicis*, *Chart.*

Prioratus de Dunstaple.

3

Cenomannicis, Julianum; ¹ Bebiacensibus, Lucianum.

Anno 96. *Dionysius* cum Sociis Martyrizatur. *Johannes* Apostolus ab Exilio revocatur.

Anno 99. *Anacletus* Papa.

Anno 112. *Euaristus* Papa.

Anno 123. *Alexander* Papa.

Anno 132. ² *Sixtus* Papa, qui statuit *Sanctus* ³ter in Officio Missæ dici.

Anno 138. *Telephorus* Papa.

Anno 143. ⁴ *Ignius* Papa.

Anno 146. ⁵ *Annutius* Papa.

Anno 156. *Pius* Papa. Hucusque Ecclesia vocata est *Virgo*: sed *Thobites* ⁶eam turbavit, qui injuste voluit Episcopari.

Anno 169. *Sother* Papa.

Anno 178. *Eleuther* Papa; sub quo *Lucius*, Rex *Britanniæ*, baptizatus est. Tunc erant in *Britannia* 28 Flamines, et tres Archi-Flamines. Ubi Flamines, ibi Episcopos; ubi Archi-Flamines, ibi Archiepiscopos posuerunt *Faganus* & ^{*} *Duvianus*, qui Regem Baptizarunt. Tunc *Londoniæ* Archiepiscopo subjacuit *Loëgria* & *Cornubia*; *Eboracensi*, *Deira* et *Albania*; *Urbi-Legionum*, *Kambria*.

* Sic etiam,
94. B. 11.
* Annucius,
94. B. 11.

* Sic, 94.
B. 11.

¹ Beluacensibus, *Chart. rectius.* ² Xystus al. ³ Vide *Platin. p. 15. Col. Agr. M. DC. XXVI.* ⁴ F. Iginus (*id est*, Higinus.) ⁵ F. Anicetus. *Et tamen Annucius in Chartulario.* ⁶ Eam primo turb. *Chart.*

Chronicon sive Annales

Anno 193. *Victor* Papa.

Anno 204. *Zepherinus* Papa.

Anno 212. *Severus Romanus* transtulit Bel-
lum in *Britannos*, et liberavit Provinciam à Bar-
baris. Et Ipse sepultus est *Eboraci*.

Hoc tempore floruit *Origenes* in *Alexandria*.

Anno 221. *Calixtus* Papa.

Anno 225. *Urbanus* Papa.

Anno 235. *Pontianus* Papa.

Anno 239. *Anterius* Papa.

Eodem anno, *Fabianus* Papa.

Anno 246. *Philippus* Imperator baptizatus
est.

Anno 252. *Decius* Imperator persecutus est
Ecclesiam.

* Sic, 94.
B. 11.

Anno 253. *Cornelius* Papa. Hic de * Cathe-
cumbis levavit Apostolorum corpora; et *Pauli*
ossa posuit Via Hostiensi, ubi decollatus est: *Pe-
tri* juxta locum, ubi crucifixus est.

Anno 258. *Lucius* Papa.

Anno 259. *Stephanus* Papa.

Anno 263. ¹ *Sixtus* Papa; cum quo *Lauren-
tius* Martyrizatus est.

Anno 265. *Dionysius* Papa; sub quo fuit Con-
cilium *Antiochenum*.

Anno 267. *Felix* Papa.

* Sic 94 B.
11.

Anno 269. * ² *Euticianus* Papa.

1 *Sive*, *Xyflus*. 2 *Vulgo* *Eutichianus*.

Prioratus de Dunstaple.

5

Anno 274. *Aurelianus* Imperator. Hic usum Porcinæ Carnis invenit.

Anno 277. *Ganus* Papa.

Anno 286. * *Dioclitianus* Imperator. Usque ^{* Dioclitianus 94. B. 11.} ad suum tempus quievit in *Britannia* Religio ^{11.} *Cristiana*. Sed ejus tempore subversæ sunt Ecclesiæ; Scripturæ Sacræ mediis focus exustæ; Sacerdotes cum Fidelibus sibi subditis trucidati;

inter quos ^{i?} * ¹ *Albanus* Beatus migravit ad ^{* Albanus 94. B. 11.} Dominum.

Anno 288. *Marcellinus* Papa.

Anno 296. *Marcellus* Papa.

Anno 301. *Eusebius* Papa.

Anno 303. *Melchiades* Papa.

Anno ² 308. *Silvester* Papa: sub quo, *Constantinus* Imperator cum *Galliam*, *Hispaniam*, et *Britanniam* regeret, obiit *Eboraci*: cui *Constantinus* Filius ejus in *Britannia* creatus est Imperator, et Patri successit.

Anno 333. *Marcus* Papa: sub quo, mandato *Constantini*, Gentilium Tempia destruuntur.

† Anno 336. *Julius* Papa: sub quo, fuit Synodus ^{† D. fol. 3, b.} *Nicena*. Et *Helena*, mater *Constantini*, *Crucem Ierosolymis* invenit. Et *Nicholaus*, *Myrreorum* Episcopus, claruit.

Anno 347. *Liberius* Papa.

¹ Sic *Apogr. Wanl.* At *Albanus* plane in *Chartulario*.

² 306. *Chartular.*

Anno 357. *Felix* Papa. Sub quo, *Juliani* mandato, *Judeos*, Templum (quod *Ierosolymis* subversum erat) reædificare volentes, ultrix Flamma coërcuit. Cujus etiam tempore, Beatus *Ambrosius* floruit, et octava die post baptismum Episcopus ordinatur.

Anno 369. *Damasus* Papa. Hic ¹ Adulterio accusatus, purgatur à quadraginta Episcopis; et Accusatores ejus ab Ecclesia expelluntur. Quo tempore floruit *Hilarius Pictavensis* Episcopus, quo tempore Papa statuit, *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto* dici in Ecclesia, et Hymni, et Antiphonæ per *Ambrosium* in Ecclesia canebantur. Et celebratum est Concilium *Constantinopolitanum*.

Anno 390. *Siricius* Papa.

Anno 391. *Anastasius* Papa. Sub quo, Undecim Milia Virginum passæ sunt apud *Coloniam*.

Anno 392. *Innocentius* Papa. Sub quo, *Martinus* ² Episcopus, *Turonensis* Episcopus, floruit, et ³ *Guittamus*, *Londoniensis* Archiepiscopus, *Britones* à *Pictis*, & *Scottis*, & *Hunis* ⁴ oppressit, collectis viribus liberavit. Quo etiam tempore, *Pelagius* Hæreticus *Anglicanam* Ecclesiam turbavit. Et eodem tempore *Johannes Crisostomus*, et *Augustinus*, et *Ieronymus* claruerunt.

* Sic 94.
B. 11.

1 F. Adulterii. Et tamen Adulterio etiam in Chart. 2 F. delend. Nam deest certe in Chart. 3 L. Guittelinus cum Chart. 4 F. Oppressos. At oppressit quoque in Chart.

Prioratus de Dunstaple.

7

Anno 417. *Zozimus* Papa; qui decrevit Cereum Sabbato Sancto *Pasce* benedici.

Anno 420. *Bonifacius* Papa, Antipapa *Eulalio*.

Anno 426. *Celestinus* Papa. Sub quo, *¹ ex-^{* Sic 94+}
cepti sunt ad Missam *Introitus*, *Gradale*, et *Of-*
^{toria ?}
fer . . .

Anno 432. *Celestinus* Papa; qui misit *Palladium* ad *Scottos*.

Anno ² 433. ³ *Sixtus* Papa; qui accusatus coram 56 Episcopis se purgavit.

Anno 441. *Leo* Papa; qui Omelias composuit. Sub quo, apud *Ephesum* Septem Dormientes à fomno surgunt. Et *Saxones* in *Britanniam* venerunt: et Concilium *Calcedonense* celebratum est contra *Euticen*.

Anno 462. *Hilarius* Papa; sub quo pictor quidam cum Salvatore secundum similitudinem *Jovis* pingere voluisset, aruit manus ejus.

Anno 467. *Simplicius* Papa.

Anno 482. *Felix* Papa.

Anno 487. *Gelasius* Papa.

Anno 491. *Anastasius* Papa.

Anno 493. *Symachus* Papa, Antipapa *Laurentio*. Qui *Symachus* accusatus ⁴ Concilio 95 Episcoporum, se purgavit.

¹ F. excerpti vel excerpta. (de Psalmis scilicet.) Vide *Dufresnii Gloss. voc. Gradualia*. Excepti autem in *Chart. etiam in quo & Offer duntaxat, per compendium*. ² 434. *Chart.*
³ Vel *Xyftus*. ⁴ In Concilio CXV. episcoporum, *Chart.*

Chronicon sive Annales

Anno 508. *Hormisda* Papa.

Anno 519. *Johannes* Papa.

Anno 523. *Felix* Papa; sub quo *Arcturus*,
Rex Britonum, sibi *Franciam* subjugavit.

Anno 527. *Bonifacius* Papa.

Anno 530. *Johannes* Papa; sub quo floruit
Cassiodorus.

Anno 533. *Agapetus* Papa.

Anno 534. *Silverius* Papa.

Anno 535. *Vigilius* Papa; sub quo *Theophilus*
Cirografum suum recuperavit.

Item, *Arcturus Lucium*, reipublicæ Procura-
torem, occidit. In *Britanniam* rediens, *Modre-*
dum, nepotem suum, devicit: fauciatus, in In-
sulam *Avalonis*, ad vulnera sananda, secessit.

Anno 552. *Pelagius* Papa; sub quo, *David*,
qui et *Demi*, *Denebensis* factus est Episcopus¹.

† D. fol. 4. † Anno 584. *Benedictus* Papa.

Item *Pelagius* Papa.

Anno 589. *Gregorius* Papa; sub quo, *Augu-*
stinus, in *Angliam* transmissus, *Athelbertum*, Re-
gem *Cantiæ*, ad Fidem *Cristi* convertit.

Idem *Gregorius* animam *Trajani* Imperatoris
Gentilis à pœnis Inferi liberavit; *Antiphona-*
rium regulariter tonizavit; *Kyrieleison* et
Alleluia cantari præcepit ad Missam.

1 Hic desinit Fragmentum in Chartulario Harleyano.

Prioratus de Dunstaple.

9

Sub quo, *Augustinus Londoniensem* ordinavit *Mellitum* Episcopum; et *Iustum* in Civitate *Kofensi*.

Item *Athelbertus* Rex construxit Ecclesiam Sancti *Pauli Londoniæ*.

Anno 606. *Sabinianus* Papa.

Item *Bonifacius* Papa. Hic obtinuit à *Foca Cæsare*, ut vetus fanum, quod *Pantheon* dicitur, consecraretur in Ecclesiam.

Anno 614. *Deus-dedit* Papa; sub quo exulaverunt *Mellitus* & *Iustus* Episcopi. Tandem *Mellitus Cantuariensis* Archiepiscopus.

Item *Laurentius* fit *Cantuariensis* Archiepiscopus.

Anno 623. *Honorius* Papa; qui scripsit *Cantuariensi* Archiepiscopo in hæc verba: *Auctoritate beati Petri præcipimus, ut in Dorobernia Civitate semper in posterum Metropolitana Sedes totius Britannia habeatur; omnesque Provinciae Regni Anglorum præfatæ Sedi subjiciantur.*

Hoc tempore beatus *Paulinus* fit Archiepiscopus *Eboracensis*: et *Honorius* Archiepiscopus *Cantuariensis*.

Anno 633. *Severinus* Papa.

Item *Johannes* Papa.

Hoc tempore floruerunt *Aidanus* Episcopus in *Scotia*; *Birinus* in *Anglia* Episcopus de *Dorchesterre*; et Rex *Dagobertus* in *Francia*; et *Machometus* in *Pagania*.

Chronicon sive Annales

Anno 636. *Theodorus* Papa; sub quo *Egebertus*, Rex *Cantiæ*, in regno suo destruit Idola.

Et Rex *Oswaldus* occiditur à *Penda* Rege *Merciorum*.

Et Sancta *Ositha* Monialis Deo dedicatur.

Et Rex *Kenewaldus* fundavit Episcopalem Ecclesiam *Wintoniæ*.

Anno 648. *Martinus* Papa; sub quo *Deusdedit* fit Archiepiscopus *Cantuariæ*.

Anno 659. *Eugenius* Papa.

Item *Vitalianus* Papa; sub quo, Sanctus *Wilfridus* mittitur in *Franciam* in Archiepiscopum ordinandus: sed interim Sanctus *Cedda* consecratus est in ¹ Episcopatum *Eboracensem* à Pontifice *Wintoniæ*.

Eodem tempore, *Theodorus*, Natione ^{Cilix} *Siculus*, *Romæ* ordinatus est *Cantuariensis* Archiepiscopus. Qui cum Sanctum *Ceddam* argueret non fuisse rite Consecratum; Respondit, *si hoc nosti, libenter ab Officio discedo*. Sed *Theodorus* dixit, eum Episcopatum dimittere non debere; veruntamen Ordinationem ejus denuo Catholica ratione consummavit. Hic *Theodorus* fecit *Librum Pœnitentialem*, cujus tempore fuit *Hyne* Rex *West-Saxonum*.

Anno 678. *Donus* Papa.

Item *Agatho* Papa; sub quo floruerunt Sancta *Ermenburga*, et tres Filiae ejus, *Milburga*, *Mil-*

Prioratus de Dunstaple

II

drida, Milgitha, et Merefin puer. Quo tempore fundatum est Monasterium, quod dicitur *Burg.*

Hoc tempore *Erkenwaldus*, Episcopus *Londoniae*, fundavit sibi Monasterium de *Cestis*^{unt?}, et forori suæ Monasterium de *Berkinga*.

Eodem tempore, exulavit *Wilfridus* in *Frisiam*, ubi multa milia Barbarorum ad Fidem convertit. Inde *Romam* veniens, absolutus est. Inde rediens in *Angliam*, Provinciam *Su-Saxonum* *Cristo* credere fecit.

Tunc obiit Sancta *Ætheldreda*, *Elyensis* Abbatissa.

Anno 684. *Leo* Papa.

Item *Benedictus* Papa: sub quo, *Wilfridus* pulsus ab Episcopatu, *Mediterraneorum Anglorum* suscipit Episcopatum.

Anno 688. *Sergius* Papa; sub quo, *Britwaldus* fit Archiepiscopus *Cantuariensis*, et Consecratus est à *Godwino* Metropolitano *Walliarum*.

Anno 702. *Johannes* Papa.

Item *Johannes* Papa; sub quo, *Wilfridus* ad propriam Sedem revertitur.

Anno 706. *Sisinnius* Papa.

Item *Constantinus* Papa; sub ^{quo?} *Conred & Offa*, Reges *Anglorum*, cum *Egwino* *Romam* veniunt; & ut Monachi, attonsi Deo militarunt.

1 *Cherteseam* vocant alii. Vide *Sprotti Chron.* p. 101.

Chronicon sive Annales

Tunc fit Monasterium de **C**wetham.

Tunc *Beda* floruit; et Sanctus *Wilfridus* obiit.

Anno 715. *Gregorius* Papa Secundus.

Anno 731. *Gregorius* Papa Tertius; sub quo,
¹ *Tawine* fit *Cantuariensis* Archiepiscopus: cui
Nottelmus, *Londoniensis* Presbyter, successit.
 Sub quo, *Carlus Martel* fuit Rex in *Francia*.
 Quo tempore, Corpus *Beatæ Mariæ Magdalænæ*
 ab Urbe *Aquensi* transfertur in Coenobium *Vice-*
liacum.

Eodem tempore *Cuthbertus* fit Archiepiscopus
Cantuariæ.

† D. 4, b. † Anno 750. *Zacharias* Papa.

Item *Stephanus* Papa; sub quo *Breowinus* fit
 Archiepiscopus *Cantuariæ*.

Anno 761. *Paulus* Papa; sub quo, *Lambertus*,
 Abbas *Sancti-Augustini*, fit Archiepiscopus
Cantuariæ.

Anno 769. *Stephanus* Papa, anti-papa *Con-*
stantino.

Anno 772. *Adrianus* Papa. Hic ad tuendas
 res Ecclesiæ *Karolum Romam* accersit; qui *Desi-*
derium Regem, *Papiae* cepit. Huic *Karolo* de-
 dit Papa jus eligendi Pontificem, et Dignitatem
 Patriciatus. Hic *Karolus* subjugavit *Hispaniam*.

Anno 796. *Leo* Papa. Hic vexillum *Romanæ*
 urbis misit *Karolo* Regi.

1 *Vel* *Tatwine*.

Prioratus de Dunstaple.

13

Hoc tempore, ¹ *Adlardus* fit Archiepiscopus **Cantuariæ**.

Hoc tempore, Sol ² obtenebratum est per dies decem & septem.

Romani Leonem Papam capiunt, Linguam ei & Oculos evellunt; Cui, Voce & Visu reddito divinitus, iterum Ei Oculos & Linguam eruunt. Sed à *Karolo* rege propter hoc dampnantur. Quo tempore, *Wlfredus* fit Archiepiscopus **Cantuariensis**.

Anno 816. *Stephanus* Papa.

Item *Paschalis* Papa.

Item *Eugenius* Papa.

Item *Valentinus* Papa.

Anno 830. *Gregorius* Papa, qui et *Leo* Papa, quartus. Sub quo, ³ *Feologildus* fit **Cantuariensis** Archiepiscopus. Et postea, ⁴ *Ceonodus* fit **Cantuariæ** Archiepiscopus.

Anno 843. *Sergius* Papa; sub quo, *Normanni* per Mare *Britannicum* progressi, urbem *Nannetem* invadunt; inde *Andegavis* occupant; et *Turonis* Templum Sancti *Martini* incendunt.

Anno 851. *Benedictus* Papa, anti-papa *Anastasio*.

Anno 857. *Nicholaus* Papa.

Item *Adrianus* Papa; sub quo, *Ædeldredus* fit **Cantuariensis** Archiepiscopus.

¹ *Vel* Athelardus. ² *Sic* Apogr. Wanl. ³ *Vel* Fleogildus *sive* Theogildus. ⁴ *Celnothus al.*

Chronicon sive Annales

Anno 873. *Johannes* Papa.

Item ¹ *Marinus* Papa; sub quo ² *Suitelmus*, *Sireburnensis* Episcopus, Eleemosynam Regis *Alveredi* ad *Sanctum-Thomam* in *Indiam* detulit, indeque prospere rediit.

Hoc tempore, *Normanni*, auxilio *Danorum*, *Franciam* devastarunt.

Anno 889. *Adrianus* Papa.

Item, *Stephanus* Papa: sub quo, fit *Monasterium Cluniaci*: et *Plegemundus* fit *Archiepiscopus Cantuariensis*.

Anno 903. *Bonifacius* Papa, anti-papa *Formoso*.

Item *Stephanus* Papa; sub quo, *Arnulfus* Imperator consumptus pediculis expiravit.

Anno 904. *Romanus* Papa.

Item, *Theodorus* Papa.

Anno 906. *Benedictus* Papa.

Item *Leo* Papa, anti-papa *Cristoforo*.

Anno 909. *Sergius* Papa; sub quo, *Rollo*, *Dux Normannorum*, cum Gente sua *Baptizatus* est; qui fuit *Willelmi Longespate*. Quo tempore ³ *Attelmus*, *Willelmsis* Episcopus, fit *Archiepiscopus Cantuariensis*.

Anno 917. *Anastasius* Papa.

Item *Lando* Papa.

¹ *Martinus al.* ² *Swithelmus & Sigelmus al.* ³ *Vel Aldelmus.*

Item

Prioratus de Dunstaple.

15

Item *Johannes* Papa ; sub quo, ¹ *Wilhelmus*, *Willelmsis* Episcopus, fit Archiepiscopus *Cantuariensis*.

Anno 930. *Leo* Papa.

Item *Johannes* Papa.

Item *Leo* Papa.

Item *Stephanus* Papa ; sub quo, *Odo* fit Archiepiscopus *Cantuariensis*. Quo tempore, *Edmundus* Rex *Anglorum* floruit, et *Willelmus Longa-spata* Dux *Normanniæ*.

Anno 941. *Stephanus* Papa.

Item ² *Marinus* Papa ; sub quo, *Ricardus* fit Dux *Normannorum*.

Anno 955. *Agapitus* Papa.

Item *Johannes* Papa ; sub quo, ³ *Elsinus*, *Wentanus* Episcopus, fit Archiepiscopus *Cantuariensis*.

Anno 964. *Johannes* Papa ; sub quo, *Dunstanus*, *Wigorniensis* Episcopus, fit Archiepiscopus *Cantuariensis* : Qui *Oswaldum Wigornensem* Episcopum Consecravit ; Qui post factus est Archiepiscopus *Eboracensis*. Et quia *Dani North-an-himbriam* vastaverant, simul obtinuit Episcopatum & Archiepiscopatum. Quo tempore, ⁴ *Lewinus* Episcopus simul conjunxit Episcopatum *Lincolniæ* & *Leicestriæ*.

Anno 968. *Benedictus* Papa.

¹ *Sive* *Wifelinus* vel *Wlhelmus*. ² *Martinus* al. ³ *Vel* *Eadfinus*. ⁴ *Leofwinus* al.

Item,

Item, *Leo* Papa.

Item, *Johannes* Papa.

Item, *Johannes* Papa; sub quo, Canonici Secularibus ejectis ab Ecclesia *Wintoniensi*, Monachi substituuntur. Quo tempore occiditur Rex *Edwardus* à Noverca sua.

Quo tempore, *Gerbertus* fit Archiepiscopus *Remensis*. Deinde fit Archiepiscopus *Ravennæ*. Deinde fit Papa *Romæ*; unde Versus,

*Transit ab R Gerbertus ad R. post Papa
vigens R.*

Hoc tempore, *Ethelgarus* fit *Cantuariensis* Archiepiscopus. Cui successit *Siricius*; qui expulsis à *Cantuarìa* Clericis, Monachos induxit. Quo mortuo, ¹ *Alfridus* fit Archiepiscopus *Cantuariensis*; et *Ricardus* Dux *Normanniæ* obiit.

Hoc tempore *Hinguar* & *Ubba* *Angliam* vastaverunt; et facta est eis *Anglia* tributaria in viginti quatuor millibus Librarum.

Anno 1004. *Elphegus* Episcopus *Wintoniæ* fit Archiepiscopus *Cantuariensis*; sub quo, *Dani* Custodes *Angliæ* occiduntur: pro quibus, eorum Regi solvuntur 36000 Libræ pro bono Pacis.

Anno 1012. Perolvebatur *Danis* Tributum de *Anglia* 48000 Librarum. Et tunc martyri-

¹ *Vel* *Alfricus*.

tus est *Elfegus*. † Cui successit *Livingus* (qui vocatus est *Edelstanus*) *Wellsensis* Episcopus. † D. fol. 5.

Anno 1024. Corpus Sancti *Elphegi* de *Londonia Cantuariam* est translatum. Quo tempore, *Canutus* totius *Angliæ* suscepit Imperium.

Hoc Anno, de tota *Anglia* 72000, et de *Londonia* 10000 et 500 *Libræ* Exercitui Danorum sunt solutæ; et ¹ *Ethelnotus* factus est Archiepiscopus *Cantuariensis*. Quo anno, Rex *Canutus* constituit Monachos in Monasterio, in quo Rex et Martyr *Edmundus* requiescit.

Anno 1031. *Canutus* *Romam* ivit, et Sancto *Petro* magna dona obtulit; et per *Johannem* Papam Scolam *Anglorum* ab omni Tributo liberavit; et emendationem Vitæ suæ promisit, dicens, *Præcipio Vobis Regni mei Præpositis, ut omnia debita, quæ Deo secundum Legem debemus, solvatis; scilicet Eleemosynas pro aratris, et Decimas* ² *alium hujus anni; et Denarios, quos Romæ ad Sanctum Petrum debemus; et in Festo Sancti Martini primitia[s] seminum, ad Ecclesiam in cujus Parochia quisque degit, quæ Anglice* ³ *Syrice-seat* *appellantur.*

Hoc tempore fuit *Gregorius* Papa Sextus.

Post *Canutum* successit Rex *Haraldus*; cui conregnavit *Hardecnutus*.

¹ Vel *Agelnothus*. ² *L. animalium*. ³ *L. Cyric-seat*.
Vide *Præf. nostr. ad Hemingi Chartularium Eccl. Wigorn.*
§. XXI.

Eo tempore obiit *Robertus Dux Normanniæ*, pater *Willelmi Bastard*, qui postea *Angliam* conquifivit.

Tandem *Haraldus* factus est Monarcha *Angliæ*; et ¹ *Eadsius*, Capellanus ejus, factus est Archiepiscopus *Cantuariensis*. Mortuo autem *Haraldo* successit *Hardecnutus*; quo tempore ² *Elfinus* fit Archiepiscopus *Cantuariensis*.

Anno 1048. *Leo* Papa; sub quo, *Robertus, Londoniensis* Episcopus, factus est Archiepiscopus *Cantuariensis*.

Eodem tempore, Rex *Edwardus* absolvit *Anglos* à gravi vectigali, quo *Danis* tenebantur, anno tricesimo-octavo, ³ quo primò datum fuit.

Anno 1055. *Victor* Papa.

Item, *Nicholaus* Papa.

Item, *Alexander* Papa; sub quo, *Stigandus, Cantuariensis* Archiepiscopus, depositus est.

Eo tempore, *Haraldus* Nepos *Edwardi*, filius *Godvini*, tempestate translatus in *Normanniam*, juravit *Willelmo* Duci, se *Filiam* ejus ducturum, et post mortem *Edwardi*, ad opus ejus *Angliam* fervaturum. Sed cum reversus esset in *Angliam*, Perjurii crimen elegit, et *Ædwardo* avunculo suo successit in Regnum. Cum autem idem Rex apud *Eboracum*, post occisionem Regis *Norua-*

¹ Eadfinus, al. ² Ab Eadsio sive Eadsino non diversus.
³ F. ex quo. Vide Rog. de Hoveden, p.441.

giæ et *Toisti* fratris sui, lætus de Victoria pranderet, nuntiatum est ei, *Wilhelmum* Ducem *Normanniæ* apud *Wivenseiam* applicuisse; cui Rex occurrens cum *paucis, secundo Idus *Octobris*, die *Sabbati*, cum Duce prælium commisit, et occisus est. Dux autem *Londoniæ* Consecratur in Regem.

* I nam in prælio plures ceciderunt quam 60000 Anglorum. not. marg. neoterici.

Anno 1070. Rex *Wilhelmus* Monasteria totius *Angliæ* perscrutatur, et pecuniam à divitibus ibi depositam abstulit, et in Thesauris suis reposuit. Quo tempore, *Stigando* deposito, *Lanfrancus*, Abbas *Cadomensis*, fit Archiepiscopus *Cantuariensis*. Quo tempore, Rex in *Scotiam* proficiscitur; cui Rex *Malcolmus* occurrens, Hominium ei fecit.

Anno 1074. *Gregorius* Papa Septimus; sub quo, Rex *Wilhelmus Walliam* sibi subdidit. Et postea misit Justiciarios suos per unamquamque *Scyram*, i. e. Provinciam, *Angliæ*; et inquirere fecit per jusjurandum, quot *Hydæ*, i. e. Jugera, uni Aratro sufficientia per Annum essent in unaquaque Villa, et quot Animalia? Fecit etiam inquire, quid unaquæque Urbs, Castellum, Vicus, Villa, Flumen, Palus, Silva, redderet per Annum? Hæc autem omnia in Cartis scripta delata sunt ad Regem, et in Thesauros reposita usque hodie servantur. Qui Rex moriens, Ro-

I F. Minus recte. nam &c.

berto, primogenito suo, *Normanniam* dedit; *Wilhelmo Ruffo*, secundo Filio suo, *Angliæ* Monarchiam; *Henrico*, Thesauri copiam.

* Bloet in
Marg. ead.
man.

Anno 1093. *Robertus Bluet*, Cancellarius Regis, factus est Episcopus *Lincolniensis*.

* Wulstanus
in marg. ead.
manu.

Eo tempore obiit Beatus *Wilstanus*.

Anno 1095. *Urbanus* Papa, qui *Philippum*, Regem *Francorum*, excommunicavit: quo tempore *Anselmus* fit Archiepiscopus *Cantuariensis*; qui Regis odium incurrens, exulavit, eo quod Investituram à Rege accipere noluit. Sed eo in Exilio apud *Lugdunum* existente, Rex moritur, cui Frater ejus *Henricus* successit in Regno; qui *Anselmum* ad propria revocavit. Quo tempore, inter eum et Regem orta est Contentio: Rege dicente, Investituram Episcopatum ad Eum spectare; et Archiepiscopo contradicente. Tandem, de communi Consensu, super hoc ad Papam miserunt nuntios. Qui cum nihil profecissent, † redeuntes, Archiepiscopo nuntiarunt, ne in *Angliam* rediret, nisi Consuetudinem suæ Regionis vellet servare. Substitit igitur Archiepiscopus *Lugduni* manens, bonis suis in *Anglia* denuo confiscatis. Tandem, precibus Regis, ad Monasterium *Becci* Ei occurrit; ubi Rex, sub audientia virorum Illustrium, tanquam in Jure, professus est, se nil Juris Sibi, vel Heredibus suis, in posterum in Ecclesiarum In-

ve-

† D. fol. 5, b.

vestituris vendicaturum ; nec in Electionibus faciendis aliquid aliud, quam solum Assensum, sicut Sacrorum Canonum Censura præscribit. Anselmus autem, hiis pacificatis, in *Angliam* regressus, in bona quiete consenuit.

Anno 1097. ¹ Cœnobium *Cisterciense* incipit. Quo tempore, Rex *Angliæ* *Willelmus* dum in *Novæ-Forestæ* venaretur, in die Sancti Petri ad *Vincula* à *Waltero Tirello* sagitta percussus occubuit, et in Ecclesia Cathedrali *Wintoniæ* tumulatur. Cui *Henricus* Frater suus succedens, consecratur in Regem apud *Wemuster* : qui duxit in uxorem *Matildem*, Filiam *Malcolmi*, Regis *Scotorum*.

Anno 1102. Magna discordia orta est inter Regem *Henricum* & *Anselmum* Archiepiscopum ; eo quod Archiepiscopus nollet consentire, neque Consecrare neque Communicare hiis, quibus Rex dederat Ecclesias. Unde molestiis affectus à Rege, *Romam* rediit.

Anno 1107. *Henricus* Rex in Palatio *Lundoniæ*, præsentem *Anselmum* et Proceribus multis, annuit & statuit, quod ab eo tempore nunquam per donationem Baculi Pastoralis, vel Annuli, quisquam de Episcopatu aut Abbatia per Regem, vel quamlibet Laicam manum, in *Angliæ* investiretur. Concessit quoque *Anselmus*, ut nul-

¹ Id est, ordo Cisterciensis.

lus, in Prælationem Electus, pro Hominio, quod Regi faceret, Consecratione suscepti Honoris privaretur. Quo tempore, *Willelmus Wintoniensis*, *Rogerus Sareburicensis*, *Reinelmus Herofordensis*, *Willelmus Exoniensis*, simul ab *Anselmo Cantuariensi* consecrati sunt.

Anno 1109. Obiit *Anselmus*; et Rex *Henricus* Abbatiam *Helyensem* in Sedem Episcopalem mutavit, et *Herveium* ibi præfecit. Quo tempore, *Radulfus, Roffensis* Episcopus, in Archiepiscopum *Cantuariensem* eligitur, et ab *Anselmo*, Domini Papæ Legato, consecratur.

Anno 1115. *Turstanus*, Regis Capellanus, ad *Eboracensem* Archiepiscopatum eligitur. Quo tempore Monasterium *Sancti Albani* dedicatum est à *Roberto, Lincolnienfi* Episcopo.

Anno 1118. *Gelasius* Papa.

1 θ. *Matildis* Regina, mater Imperatricis.

Anno 1119. *Calixtus* Papa. Sub quo, *Willelmus*, Filius Regis, submersus est: et *Willelmus de Curbuil* fuit Archiepiscopus *Cantuariensis*. Quo tempore *Calixtus* Papa venit in *Normanniam* loqui cum *Henrico* Rege apud *Gisors*.

Anno 1125. *Honorius* Papa: sub quo, *Willelmus*, Archiepiscopus *Cantuariensis*, dedit Episcopatum *Roffensem* *Johanni* Archidiacono.

Eodem anno, Primates *Angliæ* Regnum jura-

1 *Id est*, mortua est. Nam θ signum mortis.

verunt Imperatrici; et primus inter omnes *Stephanus*, Comes *Bolonie*. Postea *Galfridus Plantegenest*, Comes *Andegavorum*, duxit Imperatricem; et *Gilebertus Universalis* fit Episcopus *Lundonie*.

Anno 1130. *Innocentius* Papa. Sub quo, dedicata est Ecclesia *Sanctæ Trinitatis Cantuarie*.

Anno 1133. Natus est *Henricus*, primogenitus *Matildis* Imperatricis; quem Rex *Henricus*, avus ejus, fecit Heredem Regni sui. Et inter Proceres, Comes *Stephanus* primus præstitit Sacramentum apud *Weminstre*. Et obiit *Robertus Curtehoise*.

¹ 1135. Rex *Henricus*, anno 35 Regni sui, in *Francia* obiit: sed apud *Badinge* sepelitur. Qui fundavit ipsum ² Monasterium, et Abbatiam de *Cirencestre*, et Abbatiam de *Mortuo-mari*, et Prioratum de *Prato* apud *Rothomagum*, et Prioratum de *Dunstaple*.

Eodem anno, *Stephanus* Comes consecratur in Regem apud *Londoniam*, à *Willelmo*, *Cantuariensi* Archiepiscopo: *Hugone Bigod* jurante, quod Rex agens in extremis, Imperatricem et Filium ejus exheredavit, et *Stephanum* Heredem instituit. Hinc oritur *Werra*.

Moritur *Willelmus*, *Cantuariensis* Archiepiscopus.

¹ F. anno 1135. ² De *Badinge* nempe.

Rex *Stephanus* iniit foedus cum Rege *Franco-*
rum.

Et ¹ focariæ Canoniorum *Londoniæ* lubricè
tractantur apud *Turrim*.

† D. fol. 6. † Quo tempore *Lodoicus*, Filius *Lodoici Grossi*,
duxit in Uxorem *Alienor*, Filiam *Willelmi*, Du-
cis *Aquitanorum*, ex qua genuit duas Filias, quas
duo Filii magni Comitis *Teobaldi*, *Henricus* sci-
licet & *Teobaldus*, acceperunt Uxores; primo-
genitus, primogenitam.

Anno 1138. *David*, Rex *Scottorum*, cum ex-
ercitu tendens in *Angliam*, à *Turftano* Archiepi-
scopo, auxilio Provinciae suæ, repulfus est; fixo
Standart apud **Alwertaniam**; ubi duode-
cim milia *Scottorum* occifa sunt.

Eodem anno, *Teobaldus*, Abbas *Beccensis*, fit
Cantuariensis Archiepiscopus.

Anno 1139. Rex *Stephanus* cepit **Salebu-**
riensem et **Lincolniensem** Episcopos; quia Ipsi
Castella sua reddere noluerunt. Tunc Impera-
trix venit in *Angliam*, et *Turftino* **Eboracensi**
fucceffit *Willelmus*.

Anno 1140. *Stephanus* Rex obsedit **Lincol-**
niam, sed capitur, et **Bristollia** coram Impe-
ratrice præsentatur. Sed anno fequente, capi-
tur Comes *Robertus*, Frater Imperatricis; et ha-
bita mutua Compensatione competitorum, hinc
Rex, hinc Comes, à vinculis absoluti recesserunt.

Prioratus de Dunstaple.

25

Anno 1142. *Cælestinus* Papa; sub quo, Rex *Stephanus* obsedit Imperatricem apud *Drexforde*. Quo tempore, *Lucius* Papa misit Pallium *Henrico Wintoniensi* Episcopo, cui proposuerat assignare septem Episcopos.

Anno 1143. *Galfridus*, Comes *Andegaviae*, cepit *Rothomagum*; et ex tunc Dux *Normannorum* appellatus est.

Anno eodem, *Eugenius* Papa.

Rex *Stephanus* cepit in Curia sua *Galfridum de Magnivilla*, et *Ranulfum* Comitem *Cestriae*. Et postea Rex *Stephanus* *Lincolniæ* Coronatur.

Anno 1146. *Eugenius* Papa; à quo *Petrus* consecratus est *Bituricensis* Archiepiscopus. Quod quia sine consensu Regis factum est, juravit, quod quoad viveret dictus Archiepiscopus Civitatem *Bituricam* non intraret: et sic per triennium Persona Regis Interdicto subjacuit. In quamcunque Civitatem, Castellum, vel Vicum intrabat, Celebratio Divinorum suspendebatur. Tandem *Bernardo Clarevallensi* suadente, Cor Regis ad hoc inclinatum est, ut Archiepiscopum reciperet, et pro transgressione Juramenti se repromitteret *Ierosolymam* profecturum: quod et factum est. Quo tempore, *Sugerius*, Abbas de *Sancto-Dionysio*, deficientibus aliis Regni Principibus, solus in se Regni suscepit Custodiam.

i Pro Magnavilla.

Vol.I.

D

An-

Anno 1147. *Eugenius* Papa *Remis* Concilium celebravit. Et *Robertus de Cheinei* fit Episcopus **Lincoln***ie*.

Anno 1148. *Henricus* Secundus fit Miles à *David*, Rege *Scottorum*. Qui fecit Homagium *Lodoïco*, Regi *Francorum*, de Ducatu *Normann**ie*, et Comitatu *Andegavia*.

Eodem anno obiit *Galfridus Plantegenest*.

Anno 1151. Celebratum est Divortium inter Regem *Francorum* et Reginam *Alienor*, quam *Henricus*, Dux *Normann**ie* et Comes *Andegavia*, duxit: et sic factus est Dux *Aquitanorum*. Quo tempore Regina *Matildis* Uxor Regis *Stephani* et *Eustacius* Filius ejus sepeliuntur apud **Feberesham**; unde humiliatus est Rex *Stephanus*.

Anno 1152. Dux *Henricus* intravit in *Angliam* in manu valida; et cepit Castellum de **Mau-**
mesburi. Et tunc *David*, Regi *Scottorum*, successit *Malcolmus* Nepos ejus. Et *Ricardus* fit **Lundoniensis** Episcopus.

Anno 1153. *Anastasius* Papa.

Obiit Abbas *Bernardus*; et *Henricus Ebo-*
racensis Archiepiscopus.

Facta est eodem tempore inter Regem *Stephanum* et Ducem *Henricum* Concordia: Ita quod Rex arrogavit Ducem in Filium & Successorem, Regalia, passim à Proceribus usurpata, post Mortem Regis ¹recepturus. Addito, quod

Munitiones, Regis tempore fundatæ, diruentur ; quarum numerus usque ad undecies Centum quindecim excrevit.

Quo tempore, *Willelmus Eboracensis*, depositus ab *Eugenio* Papa, restitutus est per *Anastasi-um*.

Anno 1154. *Rogerus, Cantuariensis* Archidiaconus, fit Archiepiscopus *Eboracensis*, Consecratus ab *Teobaldo, Cantuariensi* Archiepiscopo, apud *Wemuster* ; sed Professionem non fecit.

Rex *Stephanus* octavo Kalendas ¹ *Septembris* Obiit. Et Dux *Henricus* mense ² *Octobris* Consecratur in Regem apud *Lundoniam* à *Teobaldo, Cantuariensi* Archiepiscopo, præsentem *Rogero, Eboracensi* Archiepiscopo ; qui tamen manum non appofuit.

† Hic est *Henricus* Secundus Rex *Angliæ*, cui ^{† D. fol. 6, b.} Mater *Matildis* Imperatrix ; cui mater *Matildis*, Regina *Anglorum* ; cui Mater *Margarita*, Regina *Scottorum* ; cujus Pater *Edwardus* ; cujus Pater *Edmundus Ferreum-latus* ; cujus Pater *Ædelred* ; cujus Pater *Edgarus* Pacificus ; cujus Pater *Edmundus* ; cujus Pater *Edwardus Senior* ; cujus Pater Nobilis *Aluredus* ; qui fuit filius *Ead-mlfi* Regis ; qui fuit filius *Egbrithi* ; cujus Pater *Alcmundus* ; cujus Pater *Effa* ; cujus Pater *Ep-*

1 F. Novembris. 2 F. Decembris.

pa; cujus Pater *Ingels*; cujus Frater fuit famosissimus Rex *Ine* nomine; quorum Pater *Keored*; qui fuit filius *Ceomald*; qui fuit *Cutha*; qui fuit *Cuthwiunum*; qui fuit *Chelulin*; qui fuit *Chenric*; qui fuit *Chreoda*; qui fuit *Ceodric*; qui fuit *Elefa*; qui fuit *Ecla*; qui fuit *Genuis*; iste fuit Caput Gentis suæ, à quo et tota gens illa nomen accepit. Hujus Pater fuit *Wig*; cujus Pater fuit *Frewine*; cujus Pater *Freodegar*; cujus Pater *Brand*; cujus Pater *Bealdes*; cujus Pater *Woden*: qui fuit *Frederewold*; qui fuit *Freolf*; qui fuit *Fredewif*; qui fuit *Frigoldwlf*; qui fuit *Geta*; qui fuit *Geatwa*; qui fuit *Beu*; qui fuit *Sceldwa*; qui fuit *Heremod*; qui fuit *Itermod*; qui fuit *Bathka*; qui fuit *Wala*; qui fuit *Beadwid*; qui fuit *Sem*; cujus Pater *Noë*.

Thomas, Cantuariensis Archidiaconus, Beverlaci Præpositus, fit Regis Cancellarius.

Anno ¹ *Adrianus* Papa, qui dedit *Henrico* Regi licentiam subjugandi *Hiberniam*, salvo jure Ecclesiarum illius Regni; et faciendi eam tributariam Ecclesiæ *Romanæ*, et solvendi de singulis Domibus unius Denarii annuam pensionem in perpetuum.

Anno 1155. Natus est *Lundoniæ*, de Regina *Alienor*, *Henricus*, Filius *Henrici* Regis, et *Henricus*, *Wintoniensis* Episcopus, absque licentia

¹ *Addend. forsitan 1154. vel (ut alii) 1155.*

Regis, recessit ab *Anglia*; Ideoque sex Castella ejus diruta sunt.

Willelmus Peverel de *Spothingham*, causa Beneficii, quod fuerat propinatum *Ranulfo*, Comiti *Cestrensi*, exheredatus est; et tunc reddita sunt Regi Turris *Gloucestriæ*, et Castellum de *Brugges*.

Anno 1156. *Alienor* peperit Regi *Angliæ* *Matildem*.

Anno 1157. Natus est Rex *Ricardus* apud *Oxoniam*. Quo tempore *Melcomus*, Rex *Scotorum*, reddidit Regi *Carliul*, et *Waenburc*, et *Nobum-Castrum* super *Tinam*, et Comitatum *Lodonensem*.

Anno 1158. Rex *Henricus* ultimo Coronatus est apud *Wigorniam*; et Regina peperit Ei *Galfridum*.

Nova Moneta in *Anglia*.

Tunc *Thomas* Cancellarius accepit *Margaretam*, Filiam Regis *Franciæ*, *Henrico*, Filio Regis *Angliæ*, in Uxorem.

Anno ² 1149. Rex *Henricus* duxit exercitum versus *Tolosam*.

Alexander Papa, Antipapa *Octaviano*. Sed Papam receperunt Reges *Franciæ* et *Angliæ*; antipapæ autem adhæsit *Federicus*.

Anno 1161. *Ricardus* fit Episcopus *Cobentrensis*, et Consecratur à *Teobaldo*.

1 L. apud. 2 F. 1159.

Tunc Episcopi & Proceres *Angliæ*, mandato Regis, Fidelitatem juraverunt *Henrico* Filio suo. *Thomas* Cancellarius primus omnium fecit Ei Homagium, salva fide Regis quam diu viveret, et Regno præesse vellet.

Eodem anno fit *Thomas* Archiepiscopus *Cantuariensis*, statim Cancellariæ Sigillum resignans, unde Regis Indignationem incurrit.

Quo tempore *Robertus de Muntfort* cum *Henrico de Effexia* certamine singulari congregiendi, Victoriâ reportavit: et *Henricus* fit Monachus apud *Hadingum*.

Eo etiam tempore, sub *Alexandro* fit Concilium *Turonis*, cui *Thomas Cantuariensis* interfuit, cum *Rogero Eboracensi*, et quibusdam Suffraganeis.

Eodem quoque tempore, *Malcolmus* Rex *Scotia*, et *Resus* et Principes *Walliæ* fecerunt Homagium Regi *Angliæ*.

Anno 1164. Rex apud *Clarendonam* impetravit, ut Regni Consuetudines Archiepiscoporum et Episcoporum auctoritate firmarentur, et Scriptis. Quod *Thomas* dum ad cognitionem Papæ pertulisset, ab obligatione, quam inierat, absolutionem petiit et impetravit.

Thomas Cantuariensis super Administratione tractus in Causam apud *Northamptonam* comparuit: respondens, se non teneri, quia ante Pallium susceptum liber & absolutus ab omni

† ra-

† ratiocinio fuit assignatus Episcopus; et quod^{† D. fol. 7.} ipse Pater & Judex non debuit à Filiis & Subditis judicari: & super hiis Sedem appellans Apostolicam, recessit: sed Proceres¹ nicilominus in eum Sententiam intorserunt. Ille vero, nocte sequenti Villam latenter egrediens, Diebus latitans et noctibus Iter agens, apud *Santwicum* navicula fragili in *Flandriam* transfretavit.

Anno 1165. Natus est *Philippus* Regi *Franciae*. Et *Alexander* Papa à *Francia* recedens *Romam* tetendit. Quo tempore everfa sunt Altaria per *Angliam*, super quæ Missam celebravit *Coloniensis* Archiepiscopus Schismaticus, qui venit in *Angliam* accipere Filiam Regis *Matildam*, uxorem *Henrico* Duci *Saxonie*.

Eodem tempore, quidam Publicani apud *Oxoniam* deprehensi, cauteriatis frontibus ab *Anglia* expelluntur. Die autem *Ascensionis*, *Thomas* Archiepiscopus apud *Viceliacum* solenniter excommunicavit instigatores, et defensores, et observatores Consuetudinum, quas in Regno *Anglorum* avitas appellant, scilicet, *Ricardum* de *Luci* et plures alios; qui postmodum, mandato cujusdam Legati, absoluti sunt.

Eodem anno, *Alienor* peperit Filium *Johannem*.

Anno 1167. Duo Legati apud *Munmirail* Re-

1. Sic Apogr.

gem & Archiepiscopum convocarunt. Sed licet Archiepiscopus eos certa ratione susceptos haberet, tamen sibi & suis Restitutionem fieri petiit, paratus postmodum subire Judicium super principali, quia nudus contendere non debebat. Quod cum Illi nec vellent nec ¹ possint, infecto Negotio ad Curiam redierunt.

Eo tempore, Collectam, *Ierosolymitanorum* usibus destinandam, truncus in singulis deputatus Ecclesiis adacta fera conclusit; præstito per *Angliam* publice Juramento, Denarios quatuor à singulis Marcatis emungens.

Eodem anno, obiit *Robertus* Episcopus *Lincolniæ*. Et *Ricardus* Filius Regis *Anglorum*, Dux *Aquitanniæ*, Filiam Regis *Francorum* accepit in Sponsam.

Similiter, mortuo *Conano* Comite *Minoris Britanniae*, *Gaufridus* [Filius] Regis *Angliæ* Ejus Filiam & Heredem duxit in Uxorem. Et *Alienor*, filia Regis *Angliæ*, nupsit *Aldefunso*, Regi *Castellæ*.

Anno 1170. Apud *Ambaxium*, singulis Articulis ad simplicem Intellectum reductis, Rex et Archiepiscopus Concordiam inierunt; procurante Pacem *Rotrodo*, *Rotomagensi* Archiepiscopo: quod Rex *Henricus* scripsit Filio suo *Henrico* in hæc Verba, "Sciatis, quod *Thomas*, Can-

1 F. possent.

"tua-

“*tuariensis* Archiepiscopus, Pacem mecum fecit
“ad voluntatem meam; et ideo præcipio, ut
“Ipse et sui Pacem habeant, et faciatis habere
“Ei et suis, qui pro Eo exierunt de *Anglia*,
“omnes Res suas bene et in pace, et honorifice,
“sicut habuerunt tribus Mensibus antequam ex-
“iret ab *Anglia*”. Quo facto, Archiepiscopus
venit in *Angliam*.

Anno 1171. Quinta die *Natalis Domini*, cir-
citer horam vespertinam, ex parte Regis vene-
runt ad Archiepiscopum *Willelmus de Traci, Re-*
ginaldus Filius-Urfs, Hugo de Morevilla, Ricardus
Brito: denuntiantes ei, ut Episcopos *Angliæ*
Suspenfos & Excommunicatos absolveret. Qui-
bus respondit, “non esse Judicis inferioris, ut
“superioris Judicium solvat. Si tamen Episco-
“pi jurare velint mandato Ecclesiæ parere, pro
“Pace Ecclesiæ & Reverentia Domini Regis il-
“los absolvemus.” Milites autem recesserunt
irati; sed hora vespertina redierunt, clamantes
in Ecclesia, *Ubi est proditor Regis? Ubi est Ar-*
chiepiscopus? At ille, “si quæritis Archiepisco-
“pum, Ecce me paratum mori, qui Vitæ præ-
“fero assertionem Justitiæ, & Libertatem Ec-
“clesiæ: Deo autem commendo meipsum et
“Ecclesiæ Causam”. Et sic dicens, coram Al-
tari, inclinato Capite, percussus occubuit.

inci-
pit
novus
annus.

Anno 1172. *Albertus & Theodinus*, Aposto-
licæ Sedis Legati, absolverunt dictum Regem

à Morte dicti Martyris. Qui juravit, beatum *Thomam* nec Voluntate sua, nec Conscientia, nec Mandato, fuisse occisum: sed quia Iratus ei fuerat, sui eum occiderunt. Unde, promisit sustentare ducentos Milites per annum, ad defensionem Terræ *Ierosolymitanæ*. Promisit etiam, quod licebit Appellationes libere fieri. Et quod Consuetudines, contra Libertatem Ecclesiæ suo tempore introductas, revocaret in irritum. Et, quod Possessiones *Cantuariensis* Ecclesiæ, quæ post egressum Archiepiscopi fuerant ei ablatae, restituerentur in integrum. Et, quod Clericis & Laicis utriusque sexûs, qui pro Archiepiscopo de Regno † exierant, cum Pace Regis libere redire licebit, et Beneficia sua recipere. Et hoc totum promittere & facere ex parte Domni Papæ Regi injunctum est, in Remissionem omnium Peccatorum suorum. Idem juravit et promisit Rex Filius ejus.

† D. fol. 7, b.

Eodem anno, orta est Guerra inter Patrem & Filium: et, consilio Matris, *Ricardus* Dux *Aquitanniæ* et *Galfridus* Dux *Britanniæ* Fratri potius quam Patri adhæserunt. Ad instantiam autem dictorum Legatorum, *Henricus* Rex Pater in *Anglicana* Ecclesia Liberas Electiones fieri et permisit, et scripsit. Proinde vacantium Ecclesiarum conveniente Clero, *Ricardus* *Pictaven- sis* ad *Wintoniensem*, *Galfridus* ad *Heliensem*, *Galfridus* *Lincolniensis* Archidiaconus ad *Lin-*
col

Prioratus de Dunstaple.

35

colniensem, Reginaldus ad Bathoniensem, Robertus ad Herefordensem, ^{cestr?} Johannes ad ² Cisteriensem apud Memustre, Electi sunt, præsente Justiciario Regis, et assensum præbente.

Postmodum vero, eodem anno, Ricardus Prior fit Archiepiscopus Cantuariensis, qui Regi Fidelitatem juravit, salvo Ordine suo.

Eodem anno, obfessa est Legecestria; et in Northfolcia capiuntur Comes et Comitissa Leicestriae, Hugo de Castella, et Walterus de Wabulla.

Interim in Normannia capiuntur à Rege Patre Comes Cestrensis, Radulfus Fulgeriarum, Radulfus de Haia, Willelmus Patricius, et Milites octoginta.

Interim in Anglia capitur Rogerus de Mubrai: similiter et Rex Scotiae.

Tandem Rex Pater in Angliam rediens tenui dieta utitur, scilicet Pane & Aqua, et à Rerum suarum dispositione, et ingressu Civitatum abstinens, ad Sanctum Thomam sub Orationis voto perrexit. Quo cum ³ propriaffet, Equo defiliens, nudus Pedes faciem Poenitentis assumpsit: et quarto Idus Junii, Feria Sexta, cum Gemitibus & Suspiriis Martyris Tumbam petiit, et diu ibidem oravit; et ab Episcopis, qui aderant, Ab-

¹ Is fuit Johannes de Grenesford. ² L. Cisteriensem. Etsi non desint, qui Cicestriam & Cestriam confundant. Sed peperam, ut monui in Præf. ad Thomam Otterbournium & Johannem Wbethamstedium. ³ F. propriaffet.

solutionem petiit, et Carnem suam Disciplinæ subponens, Virgis cæsus est, et à singulis Viris Religiosis (quorum Multitudo convenerat) ternos Ictus suscipiens. Insuper etiam, præter munera pretiosa, quæ obtulit, assignavit annuos Redditus quadraginta Librarum, ad Luminaria circa Tumbam Martyris jugiter habenda.

Hostibus itaque profligatis in *Anglia*, Rex Pater transfretans in *Normanniam*, Pacem iniit cum hostibus; cuius formam Fidelibus *Angliæ* scripsit in hæc verba: “Noverit dilectio vestra, quod Pacem, Dei gratia, feci cum Rege *Francorum*, et Filiis meis, et Hominibus meis, ad Honorem Dei et meum. In pactioe autem est, quod Primogenito Filio meo dabo singulis Annis quindecim Milia Librarum *Andegavensium*, et duo Castella in *Normannia* ad Voluntatem meam. *Ricardo* vero medietatem Reddituum *Pictaviæ*, et duo Castella unde mihi nocere non possit: *Gaufrido*, medietatem Reddituum *Britanniæ*. Omnia vero Castella, quæ habebam, vel Homines mei in omnibus Terris meis, in initio reddita sunt mihi; et illa, quæ infortiata fuerunt contra me, redigentur ad illum statum, in quo fuerunt quando *Guer-ra* incepit.”

Eodem anno, *Willelmus*, Rex *Scotiæ*, devenit Homoligius Regis *Angliæ* de *Scotia*, et de omni-

bus Terris suis. Et convenit, quod omnes Episcopi et Abbates Terræ Regni *Scotiæ*, et Successores sui, faciant Fidelitatem Regi *Angliæ* sicut Ligio Domino, et Heredibus suis post illum, sicut alii Episcopi sui Ei facere solent. Similiter de Comitibus, et Baronibus, et Heredibus eorum convenit.

Anno 1175. Everfa sunt per *Angliam* et *Normanniam* Castella, quæ tempore Guerræ facta fuerant contra Regem Patrem.

Eodem anno, *Willelmus*¹, Abbas de *Burgo*, depositus est à *Cantuariensi* Archiepiscopo. Et *Galfridus*, *Weverlaci* Præpositus, fit Cancellarius Regis Junioris. Et *Ricardus*, Comes de *Striguil*, *Hiberniæ* fines invasit.

Eodem anno, Rex scripsit Papæ in hæc Verba: “Propter Reverentiam Sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ, atque Devotionem, quam erga eam, et Paternitatem ac Dilectionem vestram, et Fratrum vestrorum, habemus et semper habuimus; licet plurimum resisterent et reclamarent Regni nostri Majores et magis Discreti: ad instantiam Viri discreti et Sapientis *Hugonis Petrileonis* Sanctæ *Romanæ* Ecclesiæ Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legati, Amici et Cognati nostri, Capitula, quæ subscripta sunt, in Regno nostro tenenda concessimus. Videlicet,

1 De Waterville. Vide *Lelandi Coll. Vol. VI. p. 150.*

“quod

“quod Clericus de cetero non trahatur ante Ju-
 “dicem Secularem in Persona sua de aliquo
 “Criminali, neque de aliquo Forisfacto, exce-
 “pto Forisfacto Forestæ meæ; et excepto Lai-
 † D. fol. 8. “co † feodo, unde Mihi vel alii Domino Secu-
 “lari Laicum debetur Servitium. Concedo etiam,
 “quod Clerici non cogantur facere Duellum.”

Eo tempore, *Willelmus*, Comes *Gloucestriæ*, dum filium non haberet, *Johannem*, Filium Regis, Heredem instituit. Et tunc *Johanna*, Filia Regis, nupsit *Willelmo*, Regi *Siciliæ*.

Anno 1177. Amotis Canonicis Secularibus, substituti sunt Regulares in Ecclesia de *Waltham*.

Eodem anno facta est Pax inter *Alexandrum* Papam et *Federicum* Imperatorem apud *Venetiis*. Et *Galfridus*, Regis Filius, fit Miles.

Anno 1178. *Johannes* in Scismate vocatus Papa *Calixtus*, Papalia deposuit Ornamenta, *Alexandri* Papæ provolutus ad Pedes.

Eodem anno, Sol patitur Eclipsim.

Anno 1179. Synodus 310 Episcoporum habita est *Romæ*, 14 Kalendas *Aprilis*, *Laterani*.

Eodem anno obiit *Rogerus*, *Wigorniensis* Episcopus.

Anno 1182. Obiit *Rogerus*, *Eboracensis* Archiepiscopus. Et *Henricus*, Dux *Saxonie*, calculo sententia prolato, cogitur exulare: Et *Walterus*, *Koffensis* Episcopus, obiit: cui *Gual-*
le-

lerannus Archidiaconus substituitur. Qui per Textum Evangelii de manu Archiepiscopi Spiritualem Curam Episcopatus; per Annulum autem Regalium Possessionem accepit.

Anno 1183. *Walterus de Constantiis* fit Episcopus *Lincolniensis*.

Eodem anno moritur *Henricus* Rex Junior, anno vicesimo-octavo ætatis suæ, apud Castellum *Martel*, in festo Sancti *Barnabæ*. Et Magister *Gerardus*, vocatus *Puella*, in Episcopum *Cestrensem* eligitur; qui tantum decem et septem Septimanis sedit Episcopus.

Anno 1184. *Ricardus*, *Cantuariensis* Archiepiscopus, obiit, cum sedisset annis novem.

Eodem anno *Walterus*, *Lincolniensis* Episcopus, fit *Rothomagensis* Archiepiscopus.

Eodem anno *Baldewinus*, *Wigornensis* Episcopus, fit Archiepiscopus *Cantuariæ*

Eodem anno *Jocelinus*, *Salisburyensis* Episcopus, obiit.

Anno 1185. *Heraclius*, Patriarcha *Ierosolymitanus*, in *Angliam* venit; et *Johannes*, Filius Regis, factus Miles in *Hiberniam* transfretavit.

Eodem anno fit Terræ-motus apud *Lincolniam*, et Sol patitur Eclipsim Kalendis Maii. Et *Gilebertus*, *Lexoviensis* Archidiaconus, fit Episcopus *Roffensis*, à *Baldewino Cantuariensi* con-

1 *Lichfeldensem & Coventriensem.*

secratus. Circa dies istos *Andronicus* Imperator occiditur.

Eodem anno Rex *Francorum* Regem *Anglie* ægotantem apud *Belver* visitavit, faciens ibi moram per triduum.

Eodem anno, *Lucio* Papa sepulto, *Urbanus Tertius* succedit.

Anno 1186. Inter *Henricum*, Regem *Teutonicum*, et *Constantiam*, Filiam *Rogeri Siculi* Regis, celebratum est Matrimonium. Dux *Burgundie* *Guidonem* Castellanum de *Vergeio* diebus multis obsidione vallavit.

Eodem anno, et Mense *Mai*, Luna patitur Eclipsim; et alia die post, Sol patitur Eclipsim.

Quo etiam anno, *Willelmus de Ver* fit Episcopus *Herefordiæ*; et *Hugo*, Prior *Cartusien* Ordinis in *Anglia*, fit Episcopus *Lincolniensis*. Et *Willelmus de Norhalla* fit Episcopus *Wigornien*sis. Et *Johannes* fit Episcopus *Exoniensis*. Et moritur *Galfridus*, Dux *Britanniæ*.

Anno 1187. *Hugo Cestrensis* Electus habens Legationem in *Hiberniam*, ut dicebat, cum in aliquibus locis per *Angliam* Signa Papalia ferens, sollenniter reciperetur; nihil statuens, infra paucos dies ab *Anglia* recessit. Et *Gilebertus Foliot*, *Lundoniensis* Episcopus, moritur. Et *Arturus* die Sancto *Pascæ* nascitur.

Eodem anno, Philippo, Regi *Franciæ*, *Lodovicus*

Prioratus de Dunstaple.

41

cus Filius nascitur; Crux Sancta capitur, et Civitas Sancta *Jerusalem* captivatur: *Ricardus*, Comes *Pictaviae*, Cruce Signatur.

Gregorius Octavus, eodem anno fit Papa; qui post duos menses obiit.

Clemens Tertius, eodem anno fit Papa.

Anno 1188. Rex *Franciae* & Rex *Angliae* in Colloquio apud *Gisfortium* sumpserunt Cruces; et multi cum Eis. Et convenit inter eos, ut Subditi Regis *Francorum* fusciperent Cruces Rubreas; et Subditi Regis *Angliae* Albas; et Subditi Comitis *Flandriae* Virides.

Eodem anno, *Ricardus*, *Wintoniensis* Episcopus, obiit.

Anno 1189. Oritur Guerra inter Reges *Franciae* & *Angliae*; et Regi *Franciae* adhæsit Comes *Ricardus*. Tandem inter eos fit pax in hunc modum. “*Anglorum* Regi restituentur omnia, “tam *Castrum Radulfi* quam alia post susceptam “Crucem ablata. Et ipse dabit Regi *Franciae* “Viginti Millia Marcarum, nomine Expenfarum quas fecit”. Et postea fecit Homagium Regi *Franciae*; et quicquid possederat in *Alvernia* quietum clamavit eidem. *Galfridum* etiam de *Meduvana*, & *Guidonem* de *Valle*, et *Radulfum* de *Fulgeriis* in Ligantiam *Ricardi* Filii sui, vellet nollet, transire concessit †.

† D. fol. 8, b.

Eodem anno, *Henricus* Rex *Angliae*, cum regnasset annis 34 et mensibus 7, in Octabis Apo-

stolorum¹ moritur apud *Chinonem*. Sepelitur apud *Fontem-Ebraldi*; et *Ricardus Comes* interfuit. Cujus Epitafium est hoc:

*Sufficit hic Tumulus, cui non suffecerat Orbis;
Res brevis est ampla, cui fuit ampla brevis.*

Eodem anno, moritur *Matildis, Ducissa Saxoniae*.

Tandem, *Ricardus* quia post Crucem susceptam Arma moverat contra Patrem, beneficium Absolutionis suscepit. Et inde *Rothomagum* veniens, ab Archiepiscopo tam Ensem quam Vexillum de Ducatu *Normanniae* ante Majus Altare suscepit.

Inde veniens in *Angliam*, Hereditario Jure promovendus in Regem, post Cleri & Populi solennem Electionem, triplici involutus est Sacramento. Scilicet, quod Opem impendet pro viribus, ut Ecclesia Dei Populusque *Cristianus* veram Pacem obtineat. Quod interdicit omnibus Rapacitatem. Quod in ²Judicii æquitatem præcipiet & Misericordiam. Tunc Dominus *Can-
tuariensis* Divina celebravit; et Nocte sequenti plures *Judeorum* occisi sunt, et plures Rebus spoliati. Rex autem primitias Deo consecrans, Centum Marcas annuas assignavit Capitulo *Cisterciensi*.

Demum, apud *Wipeuella*³ *Ricardus Heliensis*

¹ Petri & Pauli. ² F. Judiciis. ³ *Ricardus Nigellus* (si-
ve

fit Episcopus **Lundoniensis**. *Godefridus de Luci*
fit Episcopus **Wintoniensis**: *Hubertus Walteri*
fit **Saleburiensis**: *Willelmus de Lungo-campo* fit
Episcopus **Heliensis**.

Eodem anno, *Treverensis* Archiepiscopus moritur in *Anglia*; apud *Sanctum Andream* sepultus est *Northamptoniæ*. Et *Willelmus de Magnavilla*, et *Willelmus Rex Siciliae*, obierunt.

Eodem anno, facta est Decimatio generalis rerum Mobilium per *Angliam* ad Subventionem Terræ *Ierosolymitanæ*, tam in Clero quam in Populo.

Eodem tempore, *Baldewinus, Cantuariensis* Archiepiscopus, peregre profecturus, *Londoniensi* Episcopo Vices suas commisit. *Koffensis* Episcopus, ab antiquo, Vicarius Archiepiscopi tam in Territorio *Cantiæ* quam in Ecclesiis *Maneriorum* Archiepiscopi, Curam Pastoralem suscepit.

Eodem anno *Judei* passim per *Angliam* jugulantur.

Anno 1190. Habitu est Concilium apud *Wemustre*, præfidente *Willelmo Heliense* Episcopo, et Apostolicæ Sedis Legato.

Eodem anno, Rex *Tancredus* dedit Regi *Ricardo* 40000 Uncias Auri pro Bono Pacis.

Ibidem, Rex *Ricardus Arturum* Heredem suum instituit, si sine prole decefferit.

ve Ricardus Filius-Nigelli, vulgo Fitz-Neale) Heliensis Episcopus, fit Episcopus &c.

Præterea, Rex *Ricardus* ¹ quietam-clamavit ~~Wareth~~ in omnibus Terris suis.

Rex *Francorum* quietum-clamavit Regem *Angliæ* de Sorore sua ducenda, numeratis sibi decem Millibus Librarum. Clamavit etiam clamationem quietam imperpetuum quam habebat de *Gisors*, et de toto *Welchesin*.

Tandem, quarto Idus *Aprilis*, ascendit Rex *Ricardus* Navim cum Exercitu suo, cum 156 Navibus, et Buteis 24, et Galeis 39. Et duxit secum *Berengariam* Uxorem, et *Johannam* fororem.

Anno 1191. *Baldvinus Cantuariensis* Archiepiscopus moriens, *Hubertum Salesburiensem* Executorem Testamenti sui constituit. Qui de Bonis defuncti, Viginti Milites & Quinquaginta Servientes stipendiavit; et residua Pauperibus erogavit.

Eodem anno, *Clementi* Papæ succedit *Celestinus* Tertius; qui Feria secunda *Paschæ*, *Henricum* Regem *Teutonicum* consecravit in Imperatorem *Romanum*. Et feria quarta sequenti, *Romani* Civitatem *Tusculanam* funditus diruerunt.

Eodem anno, *Robertus*, filius *Willelmi* Senescalli *Normanniæ*, fit Episcopus *Wigornie*.

Eodem anno, *Reginaldus*, *Bathoniensis* Episcopus, cum sedisset 16 annis, in *Cantuariensem*

¹ F. quietum-clamavit.

Archiepiscopum eligitur à Monachis, Episcopis è contra appellantis. Sed infra 29 dies sequentes mortuus est; cui substituitur *Savaricus*.

Eodem anno, post Treugas acceptas inter *Cristianos* & *Paganos*, rediit Rex *Ricardus*. Et transiens per *Venetiam* et *Aquileiam* in Terra Ducis *Austriæ* captus est in Civitate, quæ *Wena* dicitur, tertio decimo Kalendas *Januarii*. Cujus postmodum Summa Redemptionis fuit Argenti Centum Milia Librarum ad Pondus *Coloniæ*. Sed interim, *Johannes*, Frater ejus, cupiditate Regnandi illectus, mare¹ transiit, foedus iniit cum Rege *Francorum*, ut *Arturum* Nepotem suum ab ea spe, quam *Britones* super Ejus promotione conceperant, prorsus excluderet.

Eodem anno, *Saladinus* obiit: Et² *Hubertus Walteri* fit *Cantuariensis* Archiepiscopus.

Tunc *Henricus* Dux, nepos Regis *Ricardi*, *Filiam* & Heredem *Cunradi* duxit Uxorem.

Willelmus vero, Filius *Tancredi*, adhuc puer, Regni Diadema suscepit.

Eo tempore, Rex *Angliæ* sic hostibus præva-^{*} D. fol.9. luit, ut à Castello *Vernolii*, quousque perveniat ad *Crucem Caroli*, nullus ei *Rebellis* existat.

Hiis diebus indulsit Rex *Angliæ*, ut *Milites* in *Anglia* Torneamenta exercerent.

Eodem anno, Rex *Ricardus* *Viris Religiosus* &

1 F. transiit & foedus. 2 Hubertus Walterus *al.*

Clericis *Turonie* universos Redditus eorum, quos confiscaverat, in manu Domni Legati benigne reddidit.

Anno 1195. Obiit *Guarinus*, Abbas *Sancti-Albani*.

Anno 1196. *Johannes*, Decanus *Rothomagensis*, fit Episcopus *Wigornie*.

Anno 1197. *Willelmus*¹, *Helienfis* Episcopus, cum annis septem sedisset, Obiit in *Pictavia*, sepultus in Abbatia de *Pinu*.

Eodem anno, *Philippus* fit *Dunelmensis* Episcopus. Et *Marchadens* cepit Episcopum *Beluacensem*, et *Willelmum de Merlou* jure Belli.

Ut patet in
Recordo
de Anno.
Not. Marg.

Anno 1198. *Hubertus*, *Cantuariensis*² Archidiaconus, ejectis *Canonicis Secularibus*, auctoritate Domni Papæ restituit *Monachos* in Ecclesia *Cobventrensi*.

Eodem anno, *Eustacius* fit *Helienfis* Episcopus.

Eodem anno, *Lotharius* Cardinalis fit *Summus Pontifex*, et vocatur *Innocentius Tertius*.

Ricardus etiam *Lundoniensis* Episcopus, cum annis octo sedisset, diem clausit extremum.

Eodem anno, Rex *Ricardus* cepit *Castrum de Curcellis*; et inde fugavit Regem *Franciæ* usque in *Portam Gisortii*: Ita quod Pons fractus est sub Illo, submersis de suis viginti Militibus.

Interim Rex *Angliæ* prostravit *Mathæum de Monte-Morencino*, et cepit *Alanum de Rusci* et

1 De Longo-campo. 2 L. Archiepiscopus.

Fulconem de Grevalle, et Milites usque ad Centum, et Servientes quorum non est Numerus. Et dextrarii capti sunt ducenti cooperti Ferro.

Et obiit Hugo, *Cobventrensis* Episcopus.

Anno 1199. *Willelmus, dictus de-Sanctæ-Mariæ-Ecclesia, fit Episcopus Landoniæ.*

Ricardus Rex cum regnasset annis Novem et Mensibus sex, in *Aquitanico* Ducatu Castello *Caluth* septimo Kalendas *Aprilis* à *Petro Basili* sagitta percussus est; et postmodum, octavo Idus *Aprilis* die *Martis*, ibidem Obiit, sepultus apud *Fontem-Ebraldi*.

Eodem anno, *Johannes*, Frater ejus, accepit Possessionem de Ducatu *Normanniæ*, per Ensem & Vexillum, apud *Rothomagum*. Et in *Ascensione Dominica* sequenti, apud *Wemustre* sollempniter unctus in Regem, per manus *Huberti, Cantuariensis* Archiepiscopi, Coronatus est.

Anno 1200. Obiit *Hugo, Lincolnensis* Episcopus, Mense *Novembri*.

Eodem anno facta est Pax inter *Johannem* Regem *Angliæ* et *Philippum* Regem *Franciæ*: ita, quod *Lodoicus*, Filius Regis, accepit Filiam Regis *Castellæ*, Neptem Regis *Angliæ*, qui Nominem Dotis quietam clamavit *Welchesinam Normanniæ*, et numeravit Regi *Franciæ* triginta Milia Marcarum, pro quibus collectum est ¹ Carua-

¹ *Vel, Carrucagium.*

gium in *Anglia*; scilicet Tres Solidi pro quolibet Aratro.

Eodem anno, *Ægidius* fit *Herefordensis* Episcopus; et *Johannes de Gizu* fit *Portwicensis* Episcopus.

Eodem anno, *Hubertus Cantuariensis* apud *Wemustre* Concilium celebravit, et *Lateranum* Concilium jussit firmiter observari.

Anno 1201. Facta est Concordia in Curia Regis inter Ecclesiam *Sancti-Albani* et *Robertum* Filium *Walteri* super Nemore de *Port-hawe*.

Eodem anno, desponsavit *Johannes* Rex *Isabel* Reginam; et fecit eam Coronari apud *Wemustre*.

*f. Autor
Tractatus,
uti pateat
ex Initio.*

Anno 1202. *Ricardus*, *Canonicus Heretonia*, adhuc *Diaconus*, fit *Prior de Dunstaplia*; et *Sabbato* ¹ *Quatuor Temporum* Ordinatus, die *Sancti Mikaelis* Primam *Missam* celebravit.

Anno 1203. *Dictus Ricardus* *Prior*, intrante *Februario*, *Romam* pro *Domino Rege* perrexit; & prospere reversus circa *Festum Sancti Jacobi*, secum adduxit *Legatum unum*, scilicet *Abbatem de Casemare*, ad componendum inter Reges. Quod, quia facere pro *Culpa Regis Franciæ* non potuit, recedens *Franciam* Interdixit.

Eodem anno, restituit Nobis Rex totum *Dominicum de Hostuna* cum *Fructibus*, circa *Festum Pentecostes*.

Prioratus de Dunstaple

49

Eodem anno, Dedit & Confirmavit Nobis Rex Nundinas Trium Dierum in *Maio*.

Eodem anno, *Wilhelmus de Bleis* factus est Episcopus *Lincolniæ*.

Anno 1204. Dedit & Confirmavit Nobis Rex Domus suas & Gardinum in *Dunstaple*.

Eodem anno, auctoritate *Willemi*, *Lincolniensis* Episcopi, assignata est Vicaria in Ecclesia de *Bullockeshulle*. Et obiit ¹ *G. Wintoniæ* Episcopus. Et *Suffredus* Episcopus *Cicestriæ*. Et *Alienor* mater Regis. Et perdita est *Normannia*.

Anno 1205. *Galfridus de Cauceis* Dedit & Confirmavit † Nobis Ecclesiam de *Bradeburna* †^{D. fol. 9, b.} Mense *Septembri*; et mortuus est in ² *Madio* sequenti.


Eodem anno *Anor Morbanc* Dedit et Confirmavit Nobis Medietatem Ecclesiæ de *Magna-Whichulla*. NB.

Eodem anno Ordinavimus super Priorem apud *Kokeshac*; et disposuimus de Elemosinario et Sacrista, quid recipere et quid facere debeant annuatim.

Eodem anno, obiit *Tomas* quondam Prior hujus Ecclesiæ; et *Hubertus Cantuariensis* Archiepiscopus, et *Savaricus Bathoniensis* Episcopus.

Anno 1206. Mense *Februarii*, spoliati sumus Terra nostra de *Hotuna*.

¹ *Godfridus de Lucy*. ² *Vel, Maio*.

NB.  Eodem anno, Ricardus Prior noster, auctoritate Johannis Diaconi-Cardinalis Apostolicæ Sedis Legati, factus est Visitator Omnium Virorum Religiosorum per Episcopatum Lincolniensem, exceptis Templariis, et Hospitalariis, et Cisterciensibus, et Præmonasteriensibus.

Eodem anno, sub dicto Cardinali celebratum est Concilium apud *Radinum*. Die Sancti Lucæ, et Mense Junio, eisdem Loco & Anno, Jocelinus consecratur in Episcopum Bathoniensem. Et Mense ² Madio, obiit Willelmus Episcopus Lincolnia. Et Henricus Episcopus Cronia.

Anno 1207. Natus est Johanni Regi Angliæ Filius Legitimus, et vocatus est Henricus.

Eodem anno, data est Regi tredecima per Angliam; et tunc habuit Rex de *Dunstaple* Centum Marcas præter Munera Vice-Comitis, et præter Finem quem fecimus de Dominicis nostris, scilicet undecim Marcas.

Eodem anno, obiit Simon Episcopus Cisteriæ, [et] Robertus Archidiaconus de *Hunteduna*.

Eodem anno, dedicata sunt in Ecclesia nostra Altare Sanctæ Mariæ, et Altare Sancti Frehemundi, et Altare Sancti Nicholai, et Altare Sancti Jacobi.

Eodem anno, in Festo Sanctæ-Trinitatis, Ma-

1 F. Radinum die Sancti &c. 2 Vel, Maio.

Prioratus de Dunstaple.

51

MCCVII.

gister *Stephanus* ¹ Consecratus est *Romæ* in Archiepiscopum *Cantuariensem*.

Eodem anno, Monachi *Santæ-Trinitatis Cantuarie* missi sunt in Exilium, et in *Flandria & Francia* honorifice sunt suscepti; et eorum Ecclesia et Possessiones sunt Custodiæ Laicali commissæ. Et *Johannis Portuicensis* Episcopi, et Supprioris *Cantuariensis*, qui ad Regimen *Cantuariensis* Ecclesiæ fuerant Electi, Electiones cassatæ sunt.

MCCVIII.

Anno 1208. Monstra visa sunt in *Anglia*; quia Sol & Luna simul pugnauerunt. Et item Eclipsis horribilis apparuit.

Eodem anno, Dominica qua cantatur *Isti sunt dies*, Interdictæ sunt tota *Anglia & Wallia*, ita quod omnes Privilegiati cessaverunt, exceptis Monachis Albis; qui postea cum Confusione Magna ipsum Interdictum compulsi sunt observare. Tunc Corpora Defunctorum extra Cimiterium absque præsentia Sacerdotum sepeliebantur. Sponsalia et Purificationes ad Ostium Ecclesiæ fiebant, quibus Evangelium legebatur: diebus Dominicis fiebat Sermo ad Populum extra Ecclesiam: Et ibi Panis benedictus et Aqua NB. benedicta dabatur eisdem: sacerdotes in Eccle-

1 Langton.

MCCVIII.

fiis baptizabant ; et ne *Crisma* deficeret, Oleum (de Licentia Papæ) admiscebant ; et Offerre volentibus accessum ad Altaria concedebant.

- Eodem anno, in *Pascha*, iussit Rex omnia bona Religiosorum et Clericorum capi in Manus suas, et quod Terram suam exiret qui nollet Cantare. Sed post, quarto die, furore mitigato, positæ sunt Res prædictæ sub custodia Constabulariorum.

Eodem anno, Mense *Februario*, depositus est *Walterus*, Prior de *Hinzelgeturthe*, pro multis Excessibus suis.

Eodem anno, incepimus Domum Elemosinariam in *Martio* ; et ante Festum Sancti *Luce* fuit consummata.

Eodem anno, *Johannes*, Episcopus *Portwicensis*, profectus est in *Hiberniam* cum Exercitu. Et *Willelmus de Brause* Bonis omnibus spoliatus, in *Hiberniam* fugit.

Eodem anno, Nautæ de *Quinque-Portubus* velut Exules fugerunt ; sed postea Regis Gratiam redemerunt. Et missi sunt in Exilium *Galfridus*

¶ MS.

Eboracensis, et *Willelmus Lundoniensis*, et *Eustacius Heliensis*, et *Maugerus Wigorniensis*, et *Ægidius Herefordensis* Episcopi. *Saloberiensis* autem et *Koffensis* Episcopi in *Scotia* cum Regis *Angliæ* gratia moram fecerunt : et solus *Wintoniensis* remansit in *Anglia*.

Ho-

MCCVIII.

Honorius Archidiaconus *Richemundie*, bonis omnibus spoliatus, apud *Bloucestre* incarceratus est.

Eodem anno, mortui sunt *Walterus Rothomagensis* Archiepiscopus; et *Philippus Dunelmensis* Episcopus, et *Galfridus Coventrensis* Episcopus; et de *Certeſeie*, et de *Rameſeie*, et de *Maumesbure*, et de *Cineſham*, Abbates; et natus est *Johanni* Regi *Angliæ* filius, et vocatus est *Ricardus*. D. fol. 10.

MCCIX.

Anno 1209. Composuimus cum *Wilhelmo de Cantilupo* de terra de *Sceortegrabe*. Et tunc jussit Rex destrui fossata et sepes & domos de *Aſſartis*, etiam antiquis, per *Esſeriam*: et capti sunt octoginta *Forestarii* et incarcerati; et tandem pecunia redempti.

Eodem anno, Mense *Augusto* apud *Cantuariam*, prolocutum est de Pace ex parte Regis, cum Episcopis *Executoribus*, et formata est Pax, et signata: quæ postmodum, pro defectu Regis, non tenuit.

Eodem anno, *Hugo de Welles* in *Lincolniensem*, *Henricus* Archidiaconus de *Stapforda* in *Exoniensem*, et *Walterus de Grai* Cancellarius Regis in *Coventrensem*, et Magister *Nicholaus de Aquila* in *Cicestrensem* Episcopos, sunt Electi. Eo-

MCCIX.

Eodem anno, *Otto*, filius Ducis *Saxoniae*, venit in *Angliam*. Qui postmodum, eodem anno, quarto Nonas *Octobris*, apud *Romam* factus est Imperator. Qui eadem Ebdomada, gravem *Guer-*ram movit Domno Papæ.

Eodem Mense, *Stephanus*, *Cantuariensis* Archiepiscopus, cum *Lundoniense* & *Helienſe* Episcopis venit usque *Doberam* ad tractandum cum Rege de Pace; sed infecto Negotio abierunt. Unde, Mense *Novembre*, Rex *Johannes* incidit in Sententiam Anathematis. Verum illa non fuit in *Anglia*, sed in *Francia* publicata.

NB NB

† Oxniam
MS.

Postea, Mense *Januario*, jussit Rex suspendi duos Clericos apud † *Droniam*, pro qua *Causa* divisæ sunt *Scolæ*.

MCCX.

Anno 1210. *Judæi* rebus mobilibus, et immobilibus, et *Cartis*, et *Debitis*, spoliati sunt per totam *Angliam*; et omnes divites incarcerati; et plures eorum mortui.

Mense *Madio* ivit Rex apud *Doberam* contra *Cantuariensem* Archiepiscopum; sed Ipse non venit, quia *Literæ* *Conductus* displicuerunt ei.

Eadem tempeſtate, extorſit Rex *Auxilium* à

MCCX.

Religiosis *Angliæ*. Et Nos, inter ceteros, solvimus Regi viginti Marcas.

Eodem anno, impetu venti ceciderunt plures Domus nostræ; et Turris de *Sancto-Edmundo*, & duæ Turres *Citestræ*; et Turris de *Cheatham*.

Tunc, Mense *Augusto*, Rex *Johannes* tendens in *Hiberniam*, fugavit in Exilium *Hugonem de Laci*; et *Walterum*, Fratrem ejus, fecit abjurare totum, quod habuit in *Hibernia*. Tunc fecit Novam Monetam ibidem; et subjecit sibi Reges, et Regnum: et cepit *Willelmum de Laci*, et *Willelmum de Braus* Juniolem, et Sororem ejus, et *Matildam* Matrem ejus; qui in Carcere postmodum obierunt.

Interim *Galfridus Filius Petri* Justiciarius, et Comes *Cestriæ*, et Episcopus *Wintoniensis* grandes Exercitus duxerunt in *Walliam*; et contra *Wallenses* tria Castella firmaverunt ibidem. Tunc Burgus de *Dunstaplia* pro redemptione Expeditionis, solvit quatuordecim Marcas.

Ea tempestate, jussit Rex, quod nullus placitet vel placitum teneat auctoritate Papæ; et pœnam corporalem Transgressoribus indixit. Coëgit etiam Albos Monachos per spoliationem mobilium & immobilium suorum, Finem Pecuniarium facere secum. Idem Rex rediens ab *Hibernia*, multos interceptit occasione Jurationis.

tionum, quas fecerant de Dissaisinis in ejus Absentia.*

*definit prima manus.
†incipit secunda manus.

† Eodem anno, Rex *Otto* fit Imperator per *Innocentium* Papam. Et Pax formatur inter *Johannem* Regem *Angliæ* & *Willelmum* Regem *Scotiæ*. Et mortui sunt Constabularius *Cestriæ*, *Robertus de Breibroc*, *Willelmus Filius-Albani*; et apud *Hokesat* *Robertus Brun* & *Adam Malherbe*; et ibidem sepulti sunt, quia pro Corruptione transferri non potuerunt.

Eodem anno, in Nocte Sancti *Martini*, apparuerunt in Visione, Priori nostro, duo *Judæi*; qui dixerunt, anno quadragesimo sequenti nascetur *Anti-Christus*.

Eodem anno, obtinuimus contra *Henricum Brunum* in Curia Regis, super Medietate Ecclesiæ de *Bullockeshulle*. Et tunc jussit Rex omnes Clericos, ab Episcopis exulibus post Interdictum Beneficiatos, exulare, eorum Beneficiis captis in manu sua.

Eodem anno, facta est generalis Inquisitio per *Angliam* autoritate Regis, quis esset Persona Ecclesiæ cujuslibet, et ex cujus Dono? Et tunc coacti sunt *Grisei* Abbates invenire bigas cum Equis et Hominibus. Et tunc, Mense *Augusti* simul confœderati *Walenses* Marchiam *Angliæ* combufferunt. Quo audito, cum Rex se † ad

† D. fol. 10. b.

Ultionem præpararet, profectus est cum Exerci-

tu

MCCX.

tu usque ad *Notingham*, ubi suscepit rumores de Conspiratione facta contra eum à Baronibus suis; et quod Elegerant *Simonem de Monte-forti* in Regem *Angliæ*: unde turbatus, cepit Castra Baronum suorum in Manum suam. Cepit etiam *Galfridum de Norwich*, virum Fidelem & Innocentem, per Comitem *Salesburie*, juxta *Dunstapliam*: qui *Bristolis* incarceratus, per diuturnum & gravissimum Martyrium ibidem diem clausit extremum.

Eodem mense, incarceravit *Stephanum Ridel* quondam Cancellarium suum, quem postea misit in Exilium: qui post aliquot annos reversus, tandem in pace quievit.

Eodem anno, incarceravit *Petrum de Pontefracto*, quia prophetaverat, quod Rex *Johannes* non esset regnaturus ultra quatuordecim annos. Quod tamen verum fuit, quia quatuor annis sequentibus sub Tributo *Romanæ Ecclesiæ* vixit, et tunc obiit in Exilio.

Malgerus Wigornensis Episcopus Et tunc compulit Rex omnes Abbates, & Priores, & multos Clericos *Angliæ*, per Literas pendent^{patentes?}, remittere quicquid ab eis extorserat violenter.

MCCXI.

Anno 1211. Cœperunt *Londonienses* fossatum
Vol. I. H la-

latitudinis ducentorum Pedum facere circa Civitatem *Londoniæ* juxta Turrim; grave dispendium Canonicis *Santæ Trinitatis* inferentes.

Eodem anno, in Festo Sancti *Tomæ* Apostoli, audita sunt Tonitrua magna multis locis *Angliæ*; & tunc fuit tantus Impetus Venti, quod multæ Domus ex impetu corruerunt.

Et tunc, in Mense *Aprili*, de nocte, ultra *Villam de Chalgrave* visus est Arcus in Coelo rubeus, sicut Sanguis: Et tunc, Mense *Martio*, venerunt ad Regem in *Angliam*, *Henricus* Frater Imperatoris *Otonis*, & Comes de ¹ *Hotlande*, et Comes *Boloniæ*. Et Rex *Franciæ* cepit omnes Naves *Angliæ*, quæ applicuerunt in Terra sua: et ideo Rex *Angliæ* cepit multos de *Quinque Portibus*. Et tunc *Eustacius* Pirata, dictus *Monachus*, aufugit à Nobis ad Regem *Franciæ* cum quinque Galeis, quia Comes *Boloniæ* infidiabatur ei.

Eodem anno, fecit Rex fieri grave Scrutinium contra Vice-Comites *Angliæ*: unde quidam capti sunt; et quidam aufugerunt.

Eodem anno, misit Rex Centum Milites cum Armigeris in *Pictaviam* de Feodo *Eustachii*, et ² *Roberto Filii-Walteri*, et Episcoporum tunc exulantium: Et qui remanserunt, dederunt decem

¹ *F. Hollande, vel Hoilande.* ² *F. Roberti.*

MCCXI.

Marcas pro quolibet Scuto, et qui profecti sunt, sine fructu post parvum tempus redierunt.

Eodem anno, *Otto* Imperator miserabiliter fugatus est à *Frederico*, Rege *Siciliae*.

p *Saxon*

Eodem anno, destructa sunt Castra *Roberti Filii-Walteri* de *Lundonia*, et de *Beningtona*, et nemora ejusdem in *Essexia*.

MCCXII.

Anno 1212, mense *Januario*, apparuerunt duo Soles. Et eodem Mense, obiit *Johannes de Stodham*: et *Walterus Sellarius* fuit occisus.

Eodem anno, post *Pasca*, Rex *Johannes* apud *Cantuariam* congregavit Exercitum; ad quem citati sunt omnes Liberi ¹ sub nomine *Culvertagii*. Et jussum est, quod quisque Dominum suum sequeretur. Sed illuc venientes, omnes remissi sunt, nisi qui jurati fuerant ad *Loricam*, vel *Loricellam*, vel ² *Perpunctum*; et ex illis etiam multi. Tunc autem invenit Burgus *Dunstapliae* unam *Loricam*, et *Novem Loricellas*, et duodecim ^{Pierpoint} *Perpuncta*: et fuit Exercitus Ille finitus dispersus per loca Marina. Timuit enim *Anglia*, ne Rex *Franciae* eam invaderet.

Culvertagium.

Eadem tempestate misit Rex *Angliae* Exercitum Navalem ad Ostium ^{Sein} *Sechanæ*, ubi plures

1. Sub pœna confiscationis feudorum. 2. A doublet.

Naves cepit, et pluriore combuffit. Inde apud *Fescampum* idem Exercitus applicuit, et quafdam Naves inde abduxit. Deinde apud *Depam Burgum* combuffit, et circiter duodecim Captivos fecum duxit, fed totidem ibi amifit. Et fic cum victoria applicuit ad *Winthelefe*.

Iterum idem Rex Navalem Exercitum fecit de Mille trecentis Navibus; in quibus Duces fuerunt Comes *Salesburia*, Comes *Bolonia*, cum multis Baronibus; qui juxta *Flandriam*, apud *Dam*, infecuti Naves Regis *Francia*, ceperunt ex eis circiter trecentas Naves cum vidualibus & ferramentis multis: fed qui in Navibus fuerunt, aufugerunt. Comes vero *Bolonia* Terram *Flandria* cum multis *Flandrensibus* adiit, ubi cum *Francigenis* congressus, fere fuos omnes perdidit: et Ipse cum paucis vix evafit.

Interim, dum hæc agerentur, Archiepifcopus *Cantuarienfis* et Epifcopi exules in *Flandria* fuerunt cum *Pandulfo*, Domni Papæ Subdiacono. Qui clericus cum pro omnium caufa veniffet ad Regem *Anglia*, expofuit Regi Caufam adventûs; quem Rex benigne fufcipiens, In primis dedit Deo & Ecclefia *Romana* Regnum *Anglia*, et Regnum *Hibernia*; quæ Ipfe et Heredes fui

† D. fol. 11. † tanquam Feodum teneant de *Romana* Ecclefia; Reddendo inde annuatim Septingentas Marcas pro Regno *Anglia*, et trescentas Marcas pro

MCCXII.

pro Regno *Hiberniæ*, pro omni Servitio & Exactione, Exceptis Denariis Beati *Petri*; qui præter hæc, cum integritate, solventur. Postmodum juravit Fidelitatem Ecclesiæ *Romanæ*; et *Pandulfum* Domni Papæ Procuratorem de Regno *Angliæ* investivit. Deinde juraverunt quatuor Comites Mandato ejus, in *Animam Ipsius*, quod Ipse restitueret universa ablata & damna recompensaret omnibus Clericis, et etiam Laicis occasione Interdicti spoliatis, nulla pactioe obstante: et omnibus Exulibus ob illam causam, per Cartas suas singulares, præstitit Securitatem et Licentiam redeundi.

Interim Rex *Franciæ* cepit totam *Flandriam*; et Comes *Flandriæ* cum Comite *Boloniæ* divertērunt ad Comitem de *Holland*. Qui tres simul associati, recedente Rege *Franciæ* posteriores Exercitus sui graviter læserunt: et totam *Flandriam* usque ad *Sanctum-Audomarum* recuperaverunt Mense *Junio*.

Eodem anno & Mense, inprimis restituti sunt Episcopatus Senescallis Episcoporum, quantum ad Immobilia. Similiter, missi sunt tredecim Monachi *Cantuariæ* in possessionem Ecclesiæ suæ, cum pertinentiis.

Interim, misit Rex Archiepiscopis, & Episcopis, et Monachis, in *Flandriam*, Octo Milia *Marcarum* in præparationem adventûs sui. Postmo-

MCCXII.

dum vero, misit *Archiepiscopus* Priorem *Cantuarie* cum duodecim Monachis ad Ecclesiam suam, qui prospere sunt suscepti.

Eodem anno, mense *Julii*, *Stephanus*, *Cantuarie* *Archiepiscopus*, cum *Londoniensi*, *Elicensi*, & *Lincolniensi* *Episcopis*, applicuit apud *Douvre*, *Malgero*, *Wigorniensis* *Episcopo*, in Exilio defuncto. Quibus proficiscentibus ad Regem; occurrerunt eis Nuntii Regis apud *Guldeforde*, à quibus honorifice suscepti, occurrerunt Regi, et Rex Eis in Monte juxta *Worcestre*; et benigne se ad invicem susceperunt. Et sic Concordia coram Papa concepta, à Rege est corroborata, et tam Juramento quam Scriptis Comitum & Baronum confirmata. Postea vero, in die Sanctæ *Margaretæ*, apud Cathedralē Ecclesiam *Wintoniæ*, in Conspectu Cleri et Populi juravit Rex, quod servaret Concordiam ibi publice lectam in Causis pro quibus fuerat Excommunicatus: et sic sub solita Disciplina solenniter est Absolutus, et in Ecclesiam inductus, et ad Cornu Altaris reconciliatus, Conventu alta voce cantante *Te Deum laudamus*. Ibidem etiam petitus est Terminus et concessus, pro restitutione ablatorum facienda infra *Pascha* sequens; parte tamen prius solvenda ante *Natale*. Infra quod tempus, solvit eis usque ad quadraginta Millia Marcharum: et pro residuo,
con-

MCCXII.

concessit eis Libertates. Unde, Episcopo *Lincolniensi* remisit Reditum Octo Librarum de *Nundinis de Stowe*; et dedit Ecclesiæ suæ in perpetuum Manerium de *Wymbethorp* juxta *Peterk*, pretii viginti Librarum annuarum. Præterea dedit eis forum per singula Maneria sua ubicunque vellet; et licentiam includendi Nemora sua per Forestas. Hæc et alia concessit Illi & aliis, in hunc modum.

Eodem anno et die, datum est Nobis Breve Regis de Terra de *Ostona* recuperanda. Et in die *Magdalene* sequenti, missi sumus in Possessionem publice per Ballivum Regis; et habuimus de Foeno septem Bigatas. Deinde, in *Craftino Sancti Jacobi*, per Armigeros *Hugonis de Gorney* spoliati sumus eadem. Cumque super hoc conquereremur, Rex et *Galfridus Filius-Petri* Justiciarius, et eorum Ballivi negaverunt, Nos auctoritate Regis possessionem habuisse: sicque iterum querela rediit ad audientiam Archiepiscopi & Legati; deinde per Delegationem Sedis Apostolicæ, dati sunt Judices ejusdem Causæ idem Archiepiscopus et *Hugo Lincolniensis* Episcopus: sed Guerra superveniente destiterunt.

Eodem anno, in Autumno, *N. Tusculanensis* Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, venit in *Angliam* ad Instantiam Regis. Qui, convocatis
Rege

MCCXII.

Rege & Clero, primo apud **Lundonias**; secundo apud **Walingeford**; tertio apud **Kedinges**¹; sed non profecerunt ad plenum in Executione Pacis juratæ inter Regem & Clerum. Unde, infecto negotio, Mense *Februarii*, Rex transfretavit, et Legatus visitavit Ecclesias vacantes, **Wigorniensis** Ecclesiæ præficiens Cancellarium, scilicet, *Walterum de Grey*; et deposuit *Rogerum* Abbatem de **Evesham**†, cui Prior **Wigornia** constituitur in Abbatem. Et in Monasterio **Burtonensi**, præfecit Priorem **Wincestræ**. Quo tempore, Monachi **Cobentrenses** Elegerunt Magistrum **Robertum Gloucestriæ**, et Canonici **Ligefeldenses**, Abbatem de *Bello-loco*.

† D. fol. 11, b.

NB

Eodem anno, mense *Julii* obiit² Abbas de **Kedinges**; et cessante Regis Custodia, statim alter substitutus est.

NB

Eodem Anno, mense *Octobri*, missi sunt Inquisitores per omnes Episcopatus *Angliæ* ad inquirendum de ablatis, et damnis *Anglicanæ* Ecclesiæ illatis. Et inter ceteros, missus est Prior Noster per Episcopatum **Lintolnensem**. Et erat summa ablatorum & damnorum per dictum Episcopatum, circiter Viginti tria Milia *Marca*rum. Et damna Monachorum **Cantuariensium**,

¹ *Aliquid deesse videtur, viz. de regni negotiis tractare cœpit, vel quid simile.* ² *Helias. Vide Lelandi Coll. Vol. VI. p. 185.*

MCCXII.

circiter Viginti Milia Marcharum. Et dampna Canoniorum de *Dunstaplia* et Hominum suorum, quadraginta tres Libræ et quadringentæ Libræ.

Eodem anno, mense *Decembri*, solvit Rex de ablatis & damnis Archiepiscopo & Episcopis 15000 Marcas apud *Lundonias*.

Eodem anno, circa *Pascha* in Ecclesia de *Dunstaple*, Dei et Beati *Frehemundi* Regis & Martyris Miracula adeo crebuerunt, quod longe lateque diffusa est Fama: et multiplicatæ sunt in populo gratiarum Actiones.

Eodem anno, *Symon de Monte-forti* occidit in Bello Regem *Arragonum* Apostatam in Virtute Dei.

Eodem anno, mense *Decembri*, Comes *Tolosanus* Apostata, venit ad Regem *Angliæ*: et non obstante Murmure Legati vel Archiepiscopi, honorifice est susceptus. Qui tandem post *Natale* recessit; et intrante *Februario*, Ipse in *Pictaviam* transfretavit cum ducentis Militibus et amplius.

Eodem anno, in Autumno, *Alexander* Superior noster postulatus est, & Electus est in Priorem de *Caldewella*: et in Festo *Simonis et Judæ* collocatus est in Sede sua.

Eodem anno, Dux *Lovann^{is}*, gener Regis

¹ Vide *Sereni Cressy Hist. Eccl. Brit. p. 739.*

MCCXII.

Francia, Uxorem suam Regi Patri remisit; et confœderatus est cum Rege *Angliæ*, una cum Episcopo *Legionense*, et Comitibus *Flandriæ & Bononiæ*. Qui Comes *Flandriæ* veniens in *Angliam*, fecit Homagium Regi *Angliæ* de tota *Flandria*, reddendo Ei annuatim mille Libras ¹ *Arteniensium*.

Eodem anno, mense *Septembri*, misit Papa tres Prædicatores in *Angliam*; scilicet Magistrum *Willelmum de Lundonia*, et Magistrum *Leonem Decanum Wellensem*, et Magistrum *Philippum de Otheford*. Qui cum Privilegiis multis per se & Coadjutores suos, multos signaverunt ad Honorem Crucis, multa colligentes, et ² Truncos per singulas Ecclesias statuentes. In quo NB Officio vicem eorum gessit Prior de *Dunstaple* in Comitatu *Dutedoniæ*, et *Bedefordiæ*, et *Hertfordiæ*.

Eodem anno, *Calendis Novembrium*, ³ *Norenses* accedentes ad Regem apud *Walingford*, per Legatum reconciliati sunt Regi, et admissi ad Osculum Pacis: quæ Pax non tenuit, quia promissa non fuerant hinc inde soluta.

Eadem tempestate, Clerici, qui ministraverunt Regi tempore Excommunicationis in illi-

¹ *Atrebatensium, Artois.* ² *Arcellas. Vide Dufresnii Gloss. voc. Truncus.* ³ *Boreales Angli ultra Trentam fluvium, The Northern men.*

Prioratus de Dunstaple.

67

MCCXII.

citis, missi sunt *Romam*, ab Officio & Beneficio suspensi. Et inter ceteros, *Ricardus de Marisco*, et *Henricus de Veeyr*, et *Gilbertus de Aquila*.

Eodem anno, *Petrus, Wintoniensis* Episcopus, factus est Justiciarius *Angliæ*; et *Dublinensis* Archiepiscopus, Justiciarius *Hyberniæ*.

MCCXIII.

Anno ab Incarnatione *Cristi* Millesimo ducentesimo decimo tertio, Magister *Alexander Nequam* in Abbatem *Cirencestræ*; et *Simon Camerarius* in Abbatem *Redingiae*; et Prior de *Sireburna*, in Abbatem *Birtoniae*; et Prior de *Lentona*, in Abbatem de *Bardeney*; et Abbas de *Seleby*, in Abbatem de *Kamesei*; et *Robertus de Lindesei* in Abbatem de *Burgo*; et *Hugo* Monachus in Abbatem de *Sancto Edmundo*; et H¹ Prior de ²*Dorseta*, in Abbatem de *Westmostre*, Electi sunt, et Benedictiorem consecuti. Similiter, ³*Camerarius Sancti-Augustini Cantuarie*, factus est Abbas ejusdem Loci; et Supprior de *Osenepe*, factus est Prior de *Kinelwortha*; et *Robertus de Osenepe* factus

¹ Omittitur apud Lelandum, (Coll. Vol. VI. p. 123.) hinc proinde supplendum. Et tamen falli hic loci auctorem nostram existimo, vel saltem pro *Westmostre* sive *Westminster* quid aliud reponendum esse. *Parvsey* quis forstax *Wigmore* malit. At nihil temere muto. ² Vide num pro *Dorcestria*? ³ *Hugo*. At alii anno 1220 assignant. Vide *Lelandi Coll. Vol. VI. p. 115*.

MCCXIII.

est Prior *Sancti Gregorii Cantuariæ*: qui post aliquot annos Prioratum resignavit, et factus est NB. Monachus *Claræ-wallis*. *Robertus* Prior de *Dseneye* factus est Prior *Sanctæ-Mariæ Londoniæ*; et *G.* Canonicus de *Dseneye* factus est Prior *Sancti-Bartolomæi Londoniarum*; sed post paucos dies, fit Idem monachus apud *Abingdone*.

Eodem anno, obiit *Gilbertus Koffensis* Episcopus; et *Johannes Abbas* de *Sancto-Albano*; et

Prior de *Herford*; et Abbatissa de *Dnestowe*; ^{Ellen?} et Abbatissa de *Berkinge*; et *Radulfus* Abbas de *Bardona* depositus est per Legatum.

Eodem anno, *Walterus de Grey* factus est Episcopus *Wygornia*; et *Simon*, Decanus *Eboracensis*, factus est Episcopus *Eronia*.

† D. fol. 12. † Eodem anno, mense *Februario*, transfretavit *Johannes* Rex in *Pictaviam*; et confederatus cum Majoribus *Pictaviæ*, cepit *Robertum* Fratrem Comitis *Britanniæ*, et multas Civitates & Oppida recuperavit; non in Dominicum, sed Dominos Castrorum in suum Servitium.

Eodem anno, mense *Augusti*, congressus est Rex *Franciæ* juxta *Cambrey*, cum *Otone* quondam Imperatore tunc Excommunicato, et die *Dominico*; quo die facta est magna strages utriusque partis. Et tunc Rex *Franciæ* cepit Comitem

MCCXIII.

Flandriæ, et Comitem *Salesburiæ*, et Comitem *Boloniæ*, et Filium *Rogeri Bigbot*, et Comitem *Wilkinum* de *Ohtlonde*, cum trecentis Militibus: et superveniente Nocte terminatum est Bellum.

Eodem anno, multi Meliores Burgi *Angliæ* conbusti sunt Casu fortuito: et inter ceteros, *Dunstaplia*.

Anno ab Incarnatione Domini 1213. rediit Rex in *Angliam*, factis Treugis cum Rege *Franciæ* in *Pictavia*, (Magistro *Roberto de Corci* mediante, tunc Legato *Franciæ*) à proximo *Pascha* inde sequente, usque in quinque annos: ita quod mercatores hinc inde libere eant et redeant.

Et tunc *Johannes, Dorwicensis* Episcopus, obiit in *Pictavia*; et delata sunt Ossa ejus ad suam Ecclesiam Cathedrallem. Et *Hugo de Gurnaco* in *Pictavia*, sumpto Habitu *Templariorum*, et per Apostasiam abjecto, mortuus est; Ecclesiæ de *Dunstaple* de omni Dampno illato, in nullo satisfaciens.

Eodem anno, In Festo Sancti *Luçæ*, Dedicata est Ecclesia de *Dunstaple* ab *Hugone* Secundo *Lincolniense* Episcopo, præsentibus Comitibus & Baronibus, Abbatibus & Prioribus, et Nobilibus multis, et Plebe cujus non erat numerus.

Ubi

MCCXIII.

Ubi Pœnitentibus vere Confessis, infra quindecim Dies illuc venientibus, facta est remissio triginta dierum; et exinde in perpetuum, ad ^{wake} Anniversarium Diem Dedicacionis, vel infra Octo dies sequentes venientibus, facta est ibidem Remissio viginti Dièrum per eundem Episcopum: à quo Reliquiæ multorum Sanctorum, per Priorem à multis amicis adquisitæ, repositæ sunt in Majori Altari.

Eodem anno, Mense *Novembri*, concessit Dominus Rex liberam Electionem plerisque Monasteriis. Unde, Conventus *Sancti Albani* elegit *Willelmum* in Abbatem; et Conventus de *Bello*; et Conventus de ¹ *Sereby*: et Conventus de *Berkinga*; et Moniales de *Alnestowe* simili Libertate, libere Prælatos elegerunt.

MCCXIV.

Anno 1214, *Radulfus* de *Westmonasterio* Abbas, depositus est à Legato; et *Willelmus* ei substitutus, qui Benedictionem accepit ab Episcopo *Londoniensi*.

Eodem anno, in crastino ² *Sanctorum Præcessi & Martiniani*, apud *Sanctum-Paulum Londoniæ* Generale Interdictum *Anglicanæ* Ecclesiæ, per eundem Legatum relaxatur.

1 *F. Seleby*. 2 *Jul.* 3.

MCCXIV.

Eodem anno, Barones ^{north-countrey?} *Norenses*, cum *Galen-*
sibus & Scotis conquerentes de nimia Regis op-
 pressione, conspiraverunt contra Regem; et in
 Ebdomada *Paschæ* convenerunt apud *Porham-*
tone: sed Castrum volentes capere non profe-
 cerunt. Inde, per conniventiam quorundam, Do-
 minica ante Festum Sancti *Dunstani*, totam Ci-
 vitatem *Londoniarum* occuparunt, præter Tur-
 rim. Inde sumpta sunt pleraque Colloquia in-
 ter Regem et Barones per *Angliam*, mediante
Stephano, Archiepiscopo *Cantuariensi*, cum Suf-
 fraganeis ejus. Tandem apud *Kunymede* con-
 venerunt, et die *Gervasii et Protasii*, facta est
 ibidem Pax inter Regem et Barones; quæ par-
 vo tempore obtinuit. Et recepit ibi Rex Ho-
 magia, quæ Barones Ei in principio Guerræ
 reddiderant, in Diffidatione facta apud *Wals-*
lingefort per quendam Canonicum de *Der-*
ham oriundum. Et tunc restituit Rex plerif-
 que Castra et alia jura sua: et confectæ sunt
 ibidem Cartæ super Libertatibus Regni *Angliæ*,
 et per singulos Episcopatus in Locis tutis depo-
 sitæ.

Sed dum hæc agerentur, Nuntius Regis im-
 petravit ad Domnum *Pandulfum Norwicensem*
 Electum et Con-judices suos, Literas Domni Pa-

i Junii 19.

pæ,

MCCXIV.

pæ, per quas irritaverunt Cartam memoratam, quasi per Coactionem & Metum à Rege extortam: et Excommunicati sunt omnes Rebelles Regis.

Interim, etiam idem Rex misit pro ^{Braibacenis?} Barbaris Nationibus multis, ad fomentum Guerræ inter se, et subditos suos. Quo tempore, *Hugo de Boves*, qui fuerat Dux multorum Barbarorum, et qui graviter injuriatus † fuerat Ecclesiæ de *Dunstaple* circa Manerium suum de *Octone*, quasi Plumbum in Aquis vehementibus, submersus est.

† D. 12, b.

Eodem anno, obiit *Eustachius, Elyensis* Episcopus.

Eodem anno, Consecrati sunt in Episcopos, *Willelmus de Cornilla* in *Cobentrensem*; *Benedictus* Præcentor *Londoniæ*, in *Roffensem*; *Ricardus* Decanus *Salesbyriensis* in *Cicestrensem*: qui parvo Intervallo temporis sequenti, translatus est ad Ecclesiam *Salesbyriensem*, post mortem *Herberti*, ejusdem Loci Episcopi. In Ecclesia *Cicestrensi* successit *Radulfus*, Prior *Norwicensis*, Electi ejusdem Loci Officialis.

MCCXV.

Anno 1215, celebratum est Concilium *Lateranis*, quod inchoavit in *Craftino Omnium Sancto-*

MCCXV.

Rorum, et solutum est in Craſtino *Sancti Andreae*, ſub Domno *Innocentio* Papa Tertio. Cui interfuerunt, Patriarcha *Constantinopolitanus*, *Ieroſolymitanus*, *Aculegenſis*, *Venetianus*; et *Alexandrinus* Fratrem ſuum Procuratorem deſtinavit. Interfuerunt etiam ¹quadraginta *Epifcopi*, et octingenti Abbates et Priores; et, inter ceteros, *Ricardus* Prior *Dunſtapliae* interfuit: et rediens *Parifius*, in Scholis Theologiæ eodem anno integro remanſit. Sed alii redeuntes, infidias vix evaſerunt: quidam etiam intercepti ſunt, alii apud *Redecofne* gravem Redemptionem ſubierunt.

Eodem anno, menſe *Novembri*, idem Rex obſedit Caſtrum *Koffenſe*, et tandem cepit illud, et multos Barones in illo: quos, poſt multa Tormenta, per gravem redemptionem poſtea relaxavit. Sicque demum convaluit manus ejus, quod reddita ſunt ei omnia Caſtra *Angliae*, excepta Turri *Londoniarum*, quæ tunc fuerat in manu *Cantuarienſis* Archiepiſcopi quaſi in Sequeſtro: qui, eo tempore, *Romæ* fuerat per Regales Nuntios graviter accuſatus, quod Rebellioni Baronum aſſenſum præbuiſſet. Sed Dominus ſcivit Conſcientiam illæſam, ſic et Famam ²conſervat immaculatam.

¹ *Potius*, quadringenti. ² *F.* conſervavit.

Interea, Barones *Lodovicum*, Primo-genitum Filium Regis *Franciae*, in Regem Elegerunt, ¹ et quod Ei, sicut Domino, fideliter assisterent. Et pro hoc servando, non solum ei juraverunt, sed etiam Filios Nobilium ei Obsides transmiserunt, qui, receptis Obsidibus, plures armatos *Londoniæ* præmisit, quorum Multitudo interiit, et pro Stipendiorum Penuria mendicabant: ex quibus Miles unus *Galfridum de Mandavilla* ludendo percussit, et mortuus est. Qui paulo ante *Guerram Johannam*, Comitissam *Gloucestriae*, repudiatam à *Johanne*, Rege *Angliae* (Archiepiscopo *Burdegalensi* Divortium celebrante) duxit in Uxorem, licet invitus. Pro cuius Maritagio cavit Regi de decem Milibus Marcarum et amplius, quas nunquam solvere potuit: pro quarum Solutione, destructa sunt Nemora, & Mæneria nullis Temporibus impignorata. Cui sine filiis mortuo, successit *Willelmus* Frater ejus, et Relictam ipsius duxit *Hubertus de Burgo* Justiciarius *Angliae*: quæ post paucos dies decessit, et apud *Cantuariam* sepelitur.

Interea, *Lodovicus* cum multis armatis Comitibus, Baronibus, Castellanis, et Militibus, et ² Rotariis *Franciae*, in gravi aëris intemperie, applicuit in *Anglia* apud Insulam *Cheneth*; ita

¹ F. et polliciti sunt, quod Ei. ² Vel Rutariis sive Ruptariis.

MCCXV.

quod vix die tertia secutæ sunt eum Naves suæ Maris tempestate dispersæ. Cui volenti exire de navi, occurrit Sacerdos cum Crucifixo, et volens in Terram saltare, saltavit in Aquam, et sic osculans Crucifixum, Insulam intravit.

In craftino vero transvadavit apud **Sangwiz**, ubi satis benigne allocutus est *Anglos* Ei occurrentes illius loci Incolas. Rex vero *Johannes* cum magno Exercitu Ei occurrens, Eo viso, (de Consilio *Willelmi Marscal*) se retraxit, quia de suis non plene confidebat. Tendens vero versus *Wingelethe*, obiavit *Walloni*, Apostolicæ Sedis Legato: quo osculato, processit versus *Wintoniam*. Et in transeundo, destruxit Castrum de *Eunehere*, et Castrum de *Hastinges*. Legatus vero ivit *Cantuariam* honorifice receptus à Monachis: qui cum ibi pranderet, audito *Lodovici* adventu, statim abfugit, Regem sequens usque *Bristollas*. *Lodovicus* verò venit *Cantuariam*; et redditum est ei Castrum illius loci. Postea tendens *Londonias*, cepit Castrum *Roffense*; deinde *Londoniis* apud *Santum Paulum* cum Processione receptus, cepit *Turrim* Civitatis. Et tunc reddita sunt Ei alia Castra quæ erant in *Cantia*, et *Suth-Sexia*, excepta *Dovre*. Deinde vi cepit *Sernham*, et

1 *Vel Sandwich.*

MCCXV.

Civitatem **Wintonia**, cum Castris ejus. Alia vero postmodum ejusdem Episcopatus Castra sunt

ei reddita, usque ad Castrum de ^{Cozt?} **Corwh**. Comitatus autem **Wintonia** et **Suthsexie** concessit Comiti de **Enevers**, qui † tantam Tyranni-

† D. fol. 13.

^{ex?} dem assercuit in populares, quod Nomen suum, et Nomen Domini sui *fætere fecit iu Conspectu* ipsorum. Et cum prius omnium favorem haberet, extunc factum est Scisma in populo: adeo quòd quidam *Wilkinus* cum multis fautoribus, de **Woulds**

montanis nemorosis **Suth-Sexie** insimul confederati, *Gallicos* occiderunt, ubi eis occurrere potuerunt. *Burgenses* etiam de *Quinque Portibus* Navali Exercitu Homines, Arma, et Victualia, quæ *Lodovicum* sequebantur, interceperunt: et sic factum est proelium non solum in Terra, sed etiam in Mari. Nam *Eustachius* dictus *Monachus* *Pyrata* fortissimus, et *Galfridus de Luci* ex parte *Lodovici* Insulas Regis ceperunt, et multas Seditiones ei moverunt. *Hubertus* etiam de *Burgo* Regis *Justiciarius* et *Castri de Dowe* Castellanus interim graviter persecutus est fautores *Lodovici*. Ideoque *Lodovicus* à **Wintonia** obsedit Castrum *Dorobernie*; et circumquaque erexit *Ædificia*, tanquam *Burgum* constituens;

i Vel Luci.

ubi

MCCXV.

ubi multa damna Rerum et Personarum patiens, in nullo profecit.

Eodem vero tempore, obsedit Idem Castrum de *Walindeshowres*, per Comitem de *Enevers*, et plurimos quoque Barones *Anglicos*; qui cum essent in Puncto ut Castrum redderetur, accepta pecunia à Castellano, cum Exercitu proditiose recessit.

Cum autem hæc agerentur, Rex in Marchia *Gwalliæ* destruxit et cepit Castra *Reginaldi de Brabuse*, et aliorum Hostium suorum. Dum vero quidam Barones irent in *North-folkiam*, Rex secutus est eos à Tergo. Alii vero Barones qui *Londoniis* remanserant, volentes Sociis succurrere, in manu valida insecuti sunt Regem: quod Rex audiens, versus *Lincolniam* fugit, in transitu suo omnia destruens et comburens.

Interim *Lodowicus* relicta Obsidione *Doroberniæ*, reversus *Lundonias*, obsedit Castrum *Hertfordiæ* et cepit; et tandem cepit Castrum de *Bezhamstede*, ubi *Hubertus de Burgo* tradidit Ei Castrum *Norwicense*, et Castrum de *Horeford* pro parvi temporis Treugis. Ea tempestate habuit omnia Castra *Essexiæ*, et *Suth*

¹ *Hertfordiæ* malit forsitan nonnemo. & infra *Hertford* pro *Horeford*. At non muto. Nam alibi *Hertford* & *Horeford* pro *Hertford*. Certe inferius apud nostrum (D. fol. 15.) *Hertfordensis* pro *Hertfordensis* habemus.

MCCXV.

folchia, et **North-folchia**. Et tunc, præter multa damna quæ intulerat Burgo de **Dunstable**, habuit ab eo ducentas Marcas.

Quia vero *Franci* incipientes superbire, et Nobiles *Angliæ* à suis Consiliis elongare; cœperunt eos vocare Proditores; et Castra quæ ceperant sibi retinuerunt; et *Anglis* sua jura non restituerunt: Ideo recesserunt ab eis Comes **Salesbyryæ**, et *Willelmus Junior Mareſcallus*, et multi alii Nobiles et Potentes: Et exinde, de die in diem, pars *Francorum* cœpit deficere. Nam *Eustachius de Veschi* dum obsedit Castrum *Hugonis de Baliol*, quarello percussus interiit; et Exercitus ille cum confusione dispersus. Barones etiam qui *Exoniam* obsederant, per Vigorem Comitis **Salesbyryæ** et *Falconis*, quidam capti sunt, et quidam turpiter aufugerunt. Castrum etiam **Wigornie** cepit Senex *Mareſcallus*. Infula vero *Helyensis* multociens capta est hinc inde et amissa: tandem per *Falconem*, Turris ipsius destructa: qui in eadem Infula, versus Occidentem, quoddam Castrum firmavit.

Ea tempestate, in Craſtino Sancti *Luæ*, *Johannes Rex Angliæ* in Castro de *Newerk* obiit, et sepultus est in Ecclesia **Wigornienſi**, inter Corpora Sancti *Osmaldi*, et Sancti *Wlſtani*. Qui re-

MCCXV.

liquit *Henricum* Primogenitum suum Heredem Regni; qui eodem anno, in Festo sancti *Martini* apud *Bristoliam* inunctus est in Regem, et Coronatus per manus *Wintoniensis*, et *Wigorniensis*, et *Exoniensis* Episcoporum, auctoritate *Wallonis* Legati. Et quia Rex iste juvenis Innocens erat, et nullum offenderat, multi qui fuerant æmuli Patris sui, cœperunt Ei adhærere.

Dum igitur *Lodowicus Londoniis* resideret, orta est Guerra in *Suth-Sexia* contra suos apud *Castrum Dheriam* per *Filippum de Aubeni*, et *Wil-Dezham?* *Ielnum de Wawz*, qui fuerunt ex parte Regis. † Cum verò *Lodowicus* iret suis in auxilium, Ho-^{†D. 13, b.}stes ejus ut ¹ parti cedentes in Nemora, fregerunt Pontes post Eum, et per Insidias egerunt, quod non poterant Eum sequi Victualia; et quod plures de suis perierunt, et gravissimum periculum Famis Ei immineret, nisi quod supervenit Classis magna ex *Francia*, cujus metu Hostes ejus aufugerunt. Ipse vero positis ibi Custodibus per eandem Classem profectus est in *Franciam* pro majori Auxilio: interim relinquens ² incarvī loco sui in *Anglia Hyngelram de Kurchi*, virum quidem Nobilem, sed non discretum. *Lodowicus* autem post paululum intervallum, congregato

1 F. partim. 2 Id est, curionem.

& innovato Exercitu, rediit in *Angliam*, et obsedit Castrum de *Dowre* cum Tribuchetta, et aliis Machinis multis; sed parum profecit: in
 um?
 cujus absentia *Ædificia* sua circa *Castra* combusta fuerunt.

Interim Comes *Cestriæ* cum Exercitu Regis obsedit Castrum de *Monte-Sorel*: sed Barones *Londoniis* commorantes cum Comite de *Perche*, et Marefcallo *Franciae*, et Mille Armatis, quos concesserat eis *Lodovicus*, satis innocenter per *Dunstapliam* transeuntes, et exinde multa vastantes, nec Viduis nec Ecclesiis pepercerunt. Et sic procedentes, Obsidionem Comitis à dicto Castro removerunt: et sic mutatis Custodibus Castri, et innovato Victualium stauramento, profecti sunt *Lincolniam*. Ubi cum *Gilberto de Gaunt* & aliis Baronibus qui ibi fuerant, *Lincolniæ* Castrum obsederunt: In quo Nobilis Mulier, *Nicola* nomine, viriliter se defendit. Sed post paucos dies,
 NB Legatus cum *Willelmo Marefcallo*, et cum Episcopis, & Comitibus, et Baronibus, et aliis Regis Fautoribus, Albis Crucibus in Pectore signatis, secuti sunt eos usque *ſewerchiam*: Lega-

I *Trebuchet* vel *Tribuchet* lingua Gallica. Eo nempe nomine vocabant antiquitus machinas sive catapultas majores ad projiciendos lapides majores. *Trepgetes* sive *Trappages* lingua dixerim vernacula.

MCCXV.

tus autem ulterius non processit, sed **Wintoniensi** Episcopo Vices suas commisit, ut Fideles Regis à Peccatis absolveret, et ad bene pugnandum inanimaret. Quibus ex parte Occidentis **Lincolniæ** appropinquantibus, Barones qui interiorius erant ¹ Ascias suas et Scalas extra Civitatem versus Occidentem ordinarunt. Qui videntes Regales in valida Manu venire, de quorundam pravo Consilio intra Muros Civitatis se receperunt: quos Regalis Exercitus usque ad Portas & Muros insecuti sunt versus Aquilonem. *Falco* vero velut Miles strenuus per Posticum Castrì à Constabularia introductus expugnavit Barones à tergo: Barones autem videntes inimicos ante et retro, relictis muris, verterunt gladios in *Falconem* versus **Wikeford** descendentes. Tunc *Simon de Peschi* cum *Henrico de Braibroc*, et octoginta Militibus *Francis* aufugit, et per **Lennam** & **Sanctum-Edmundum Londoniam** perrexit.

Exinde Regales ex omni parte Civitatem intraverunt, et Comitìs de *Perche* Equum primo, postea ipsum interfecerunt, in quodam Cimiterio viriliter se tuentem. Inde Cives invasit horror, ita quod fugientes multi sub Aquis perierunt. Deinde Barones successive capti sunt universi; et Civitas data est in prædam, ita quod

¹ *Malim acies. Nec est, cur ascias reponamus.*

MCCXV.

victores gratiæ sibi collatæ ingrati, etiam Ecclesias spoliarunt. Pedites autem plurimi versus *Londoniam* fugientes, et maxime *Franci*, per *Viam à ruricolis* sunt occisi. Homines vero qui capti fuerant, facti sunt ¹ Prifones eorum qui eos ceperant; et fere omnes se Pecunia redimerunt: exceptis paucis, qui usque ad *Concordiam* sequentem finem facere distulerunt.

Audiens autem *Lodovicus* quod suis apud *Lincolniam* acciderat, combustis ² *Logiis* relinquens *Obsidionem*, *Londoniam* venit; et in *Franciam* misit pro Exercitu instaurando. Ita quod *Blanche*, Uxor ejus, facta est Prædicatrix apud Nobiles *Franciae* pro Viro suo *Londoniis* quasi obfesso.

Interim, Comes *Cestriae* Castrum de *Monte-Sorel* usque ad *Solum* redegit, quod, Constabulario fugiente, vacuum invenerunt. Comes vero de *Ferers* Castrum de *Wolestovre*, et Castrum de *Beth* manu cepit armata: Sicque cum Rege & fautoribus suis fuit Manus Domini cum Prosperitate universa † disponens. Nam cum, ad dictæ *Blanchæ* instantiam, multi Nobiles & Potentes de *Francia* venissent in succursum *Lodovici*; Episcopus, & Comes *Salesbyriae*, et Justiciarius, cum Regis Exercitu, apud *Doroberniam* eos Navali Bello ceperunt; et, inter infinitos,

1 Captivi. 2 *Tuguriis, Lodges.*

MCCXV.

Eustacium Monacum occiderunt, qui utriusque partis prævaricator extiterat, solos Nobiles vitæ reservantes.

Unde *Lodovicus* præfenti auxilio destitutus, et de futuro desperans, et summa famis egestate^{e?} coactus, Pacem iniit cum Legato & Regalibus, pro se & omnibus Laicis fautoribus suis; ita quod haberent omnia Jura sua et Libertates: Sed omnes Clericos à sua Pace, licet invitus, excepit; quia Legatus non nisi cum hac Conditione Pacem admisit, ut in Guerris Laicorum decetero Clerici cautius se haberent.

Sic itaque *Lodovicus*, Civitate *Londoniensi* et Castris omnibus redditis in manu Legati, absolutus cum suis in *Franciam* remeavit; relicto in *Anglia* Marfcallo suo pro quindecim Milibus Marcarum recipiendis, quas pro ¹ Reragiis ² Teneriarum, et Expensis quas fecerat, promiserunt: Salvum etiam Conductum usque ad mare ei dederunt, et Naves invenerunt. Post cujus recessum quidam Milites ejus, per licentiam in *Anglia* remanentes, una cum *Anglicis* et aliis Alienigenis Torniamenta ad invicem exercuerunt; quæ, quia vergebant in Periculum Regis, et Pauperum jacturam, sub interminatione Excommunicatio-

¹ *Areragiis.* ² *Censuum.* Vide *Somneri Glossar.* ad X *Scriptores,* voc. *tassare.*

MCCXV.

nis interdicta sunt: et sic Alienigenæ Regnum jussi sunt evacuare.

MCCXVI.

Anno 1216, obiit *Johannes de Wohille* et *A-lardus* Decanus *Sancti-Pauli Londoniæ*. Cui successit Magister *Gervasius*, qui tanquam scismaticus & excommunicatus, depositus est à Legato; et tam Ipse quam *Simon* frater *Cantuariensis* Archiepiscopi, et *Robertus de Sancto-Germano* ita depositi sunt à Beneficiis adeptis, quod nec ipsa nec alia in *Anglia* de cetero valeant adipisci. Alii vero Clerici sic Beneficia habita perderunt, ut alia acquirendi habeant facultatem. Altaria insuper *Londoniarum*, in detestationem Excommunicatorum Missas celebrantium in eis, destructa sunt; et alia locis eorum substituta.

Eodem anno, *Walterus de Grey*, Episcopus *Wigorniensis* factus est Archiepiscopus *Eboracensis*, cassata Electione Magistri *Symonis de Langetone*. Cui in *Wigornensi* Ecclesia successit *Silvester*, Prior ejusdem loci. Et tunc *W Folioth* factus est Abbas de *Kameseye*.

Eodem anno, obiit *Aegidius*, *Herefordensis* Episcopus; cui successit *Hugo*, ejusdem Ecclesiæ Decanus. Sed in Hereditate successit ei Regi-

1 Hugo aliis, Vide *Lelandi Coll.* Vol. VI. p. 228.

Prioratus de Dunstaple.

85

MCCXVI.

naldus frater ejus, per Auxilium *Leulini* Regis *Walliæ*, cujus Filiam duxit in Uxorem.

MCCXVII.

Anno 1217, Mense *Novembri*, *Walterus*, Prior de *Wertone*, factus est Monachus *Cartusiæ*. Et tunc *Silvester*, Episcopus *Wigornie*, obiit: ante cujus obitum Translatio Sancti *Wlstanti*, mense *Januario* celebrata est. Et eodem anno, substitutus est ibidem in Episcopum *Willelmus*, Archidiaconus de *Bukingham*.

Eodem anno, Rex *Henricus* coepit habere Sigillum. Et *Hugo*, *Lincolniensis* Episcopus, appropriavit Nobis Garbas medietatis Ecclesiæ de *Wateshille*. Et tunc idem Episcopus auctoritate Concilii dedit Ecclesiam *Sandæ Mariæ* de *Bedeford* Magistro *Alano*, falvis Nobis viginti Solidis.

Eodem anno, Composuimus in Curia Regis de Ecclesia *Sandti Petri* de *Bedeford*. Et tunc Prior *Dorwicensis* factus est Episcopus *Cicestrensis*.

Eodem anno, dedimus Vicefimam Reddituum nostrorum secundum communem æstimationem Bonorum nostrorum, ad succursum *Terræ Sandæ*, simul de tribus annis.

Eodem anno, Legatus apud *Westmostre* fe-

1 *Radulphus de Warham.*

MCCXVII.

cit incarcerari tredecim Clericos, quia comminabantur Ei, et suis.

Eodem anno, Armigeri *Falconis* crudeliter tractaverunt Monacos de *Wardona*; unde Unus ex eis mortuus est; et alii quidam Vulnerati: Occasione cujusdam Nemoris eorum. Et circiter triginta ex eis usque ad Castrum de *Bedesford* tracti sunt per lutum violenter. Super quo †, idem *Falco* amicabiliter & honorificè satisfecit eis in Capitulo, Disciplinam accipiens; et Nemus, de quo Lis fuerat, Eis confirmans, et in futurum promittens Protectionem & Honorem. Et tunc, in Vigilia *Simonis et Jude*, visum est cuidam Canonico de *Dunstaplia* videre in Aëre quandam Crucem immensam transire, cum ingenti Gloria ab Occidente versus partes Orientales.

Eodem anno, apud *Dunstaple* Justiciarii Itinerantes Abbas de *Kameseye*, et *Stephanus de Segrave*, et alii quatuor; coram quibus, Milites et alii liberi juraverunt Pacem Sanctæ Ecclesiæ & Domini sui *Henrici Regis Angliæ*, et Regni *Angliæ* firmiter et fideliter observare, et omnes illos, qui prædictam Pacem observabunt, manutenere & defendere, bona Fide. Juraverunt etiam, quod rationabilia præcepta Regis facerent, et Jura Regia promovebunt; bonas Leges & rectas Consuetudines Regni *Angliæ* custodient

MCCXVII.

dient et tenebunt. Si vero quis contravenire præsumperit, ad mandatum Regis et Consilii sui fideliter et potenter convenient; et illud secundum posse suum emendabunt bona Fide: Et quod pro Odio, vel Favore, vel Timore, non omittent, quin prædictam Fidelitatem Observent, et Jus facient et capient, secundum rationabiles Consuetudines et Leges *Anglia*. Et hæc omnia servabunt, non obstante aliquo Sacramento facto vel faciendo contra formam superscriptam; et in hiis *Marscallum* juvabunt.

MCCXVIII.

Anno 1218, *Pandulfus* Electus *Norwicensis*, Domni Papæ Camerarius, venit Legatus in *Angliam*; in cujus adventu *Gualo* recessit. Hic imprimis liberavit Clericos à dicto *Gualone* carcere maceratos, & aliqua Beneficia Clericis restituit, quæ dictus *Gualo* prius abstulit.

Eodem anno, *Thomas* factus est Prior *Wintoniæ*: et Magister *Johannes* ¹ *Octonia* factus est Archidiaconus *Bedefordiæ*, *Alexandro* tunc defuncto succedens. Et Magister *Robertus de Bedford* factus est Episcopus ² *Lichsmorensis*, *Londoniis* Consecratus.

Eodem anno, in ³ *Madio*, Comites de ⁴ *Ce-*

¹ *Sive*, *Octon*. ² *Vel*, *Lismorensis*. ³ *Mais*. ⁴ *Cestreria* al.

MCCXVIII.

strio, de *Fereres*, et *Brion de Insula*, et *Constabularius Cestriæ*, et *Willelmus de Harcurth*, cum multis aliis, in *Terram Sanctam* profecti sunt.

Quo anno, *Otto*, Imperator *Alemannia*, obiit, Imperialibus signis in Custodia fratris sui relictis: cui successit *Fredericus*, Filius *Henrici* Imperatoris.

Eodem anno, *Simon de Monte-forti* obiit ad Obsidionem *Tolosa*, percussus Lapide *Mangu-nelli*; Genere Nobilis, sed Fidei fervore nobilior, in Armorum Exercitio Nobilissimus. Cui successit Filius primogenitus, qui Patre debilior, ab Obsidione recessit.

Eodem anno, *Robertus de Gaugi* Excommunicatus est, quia noluit reddere Castrum de *Ne-werk*; et quia destruxerat Viciniam adjacentem. Tandem vero Castrum restituere injunctus; et apud *Sanctum-Neotum* eodem anno decessit, infernali igne percussus.

Eodem anno, Obiit Dux *Burgondia* Cruce signatus. Et apud *Diamettam*, Magister *Thomas de Noyun*, et Magister *Alexander de Curtun*, et Magister *Radulfus de Bondebury*. Et *Lodovicus* Cruce signatus est contra *Albigenses*.

MCCXIX.

Anno 1219, prædicti Justiciarii fuerunt apud *Bedeford*; coram quibus Composuimus cum

MCCXIX.

Gregorio de quadam via obstructa. Et Johannes Juvenis recognovit Jus nostrum de quadam dimidia Acra. Et tunc Cirografum fecimus contra Adam, de Terra Ecclesiæ de Stodham. Et alium Cirografum contra Feliciam de Terra Burgardi. Et obtinuimus Reditum nostrum contra Henricum Bunyun de Terra Johannis Travayl. Et cassavimus Breve de Morte Antecessoris contra Willelmum de Husesburne; et Breve de Recto contra Margeriam.

Eodem anno, ibidem ¹ Dirationavimus Curiam nostram habendam apud Dunstaple, de omnibus Placitis Coronæ, per Testimonium Comitatum de Bugingham, et de Bedeford, Radulfo de Bray * & Roberto de Wiltone Vice-comi- * D. fol. 15. tibus tunc præsentibus et invitis.

Eodem anno, obsessa est Civitas Damietæ ab Exercitu Cristiano; scilicet, duobus Cardinalibus Romanis, et Rege Iherosolimitano, et Rege Ungariæ, et Duce de Ostriz, et Civibus Romanis, et aliis circumquaque fluentibus.

Eodem anno, Filippus, Rex Franciæ, impetra- vit à Papa Honorio pro Lodovico Filio suo Cruce-signato contra Albigenses, Medietatem Vice- simæ Ecclesiarum Regni sui, quæ fuerat Ierosolimam ² destinanda. Qui Peregrinationem suam

¹ Probavimus, asseruimus. ² L. destinanda.

in Manu forti incoavit; sed confusus, sine profectu remeavit.

Eodem anno, die Sancti *Benedicti*, *Ricardus* Prior apud *Dunstaple* tenuit Curiam suam de omnibus Placitis Coronæ & Capitulis, coram Justiciariis Itinerantibus usitatis. Et tunc ¹ affidebat Ei *Stephanus* et *Mauritius* Justiciarii Domini Regis; et formata sunt Juramenta sub hac forma, *Hoc audis, Domne Prior Justiciarie Sancti-Petri de Dunstaple, &c.* Et tunc habuit ibi Placita Coronæ; nominatim de *Thesauro invento* contra *Godefridum Maschun*: item, de *Novis Dissessinis*; et de *Fuga Incarceratorum*; et de *Morte multorum*; et de *Dotibus Mulierum*.

Eodem anno, Obiit ² *Hugo Herefordensis* Episcopus: cui successit *Hugo Foliot*.

Et tunc, mense ³ Madio, *Willelmus Marescallus* obiit. Et *Nemericus*, Magister Templi in *Anglia*, apud *Novum Templum* sepultus. Quo anno capta est *Damietta*; in qua Captione, tota Ecclesia prædicat et extollit Comitis *Cestrie* probitatem. In qua *Damietta*, ultione Divina, tanta fuit hominum Mortalitas, quod *Cristiani* dederunt tria Millia Bisantiorum pro trahendis ad fluvium proximum Cadaveribus defunctorum; quem dum intrarent *Cristiani*, ita fecit

¹ L. affidebant. ² *Hugo de Mapenore.* ³ *Mai.*

MCCXIX.

Dominus Nilum inundare, quod Pagani, qui extrinsecus obsederant, populum *Cristianum* appropiare, vel eis nocere non poterant. Quibus præ Confusione recedentibus, non est ausus aliquis infra duas Dietas prope residere; nec *Cristiani* ab urbe capta recedere præsumpserunt, ne captam perderent, dum alia capere niterentur.

Eodem anno, profecti sunt illuc Comes de *Arundel*, Comes *Wintoniæ*, R *Filius-Walteri*, *Baldewinus de Vehr*, G *de Luschi*, O *filius Willelmi de Aubeny*. Sed Comes *Wintoniæ*, et *B(aldewinus) de Vehr* ibidem obierunt; et R *Filius-Walteri* rediit infirmatus.

MCCXX.

Anno 1220. Post cassationem Magistri *Roberti Helyensis* Electi; substitutus est Abbas de *Fontibus* dicto *Roberto*, Beneficio ducentarum Marcarum de Maneriis Episcopi reservato.

Eodem anno, prorogatae sunt Treugæ in *Pidavia* usque ad quinquennium sequens, inter Regem *Franciæ* et Regem *Angliæ*. Quas Rex *Franciæ*, puerili ætate Regis nostri pariter et *Innocentia* consideratis, liberaliter, et absque omni Pecunia prorogavit.

Eodem anno, die Sancti *Elphegi Martyris*, *Robertus*, *Lichmorensis* Episcopus, dedicavit Ec-

1 Vide supra sub an. MCCXVIII.

MCCXX.

clesiam de **Stodham** et quinque Altaria in Eadem, et Cimiterium ampliatus Consecravit; cum annua remissione viginti Dierum. Et die præcedenti, dedicaverat apud **Dunstaple** Altare *Sanctæ-Crucis* in Honore *Omnium Angelorum*: et Altare Parochiæ, in Honore Sancti *Johannis Baptistæ*. Et in die *Sanctæ-Crucis* ab eodem dedicata est Ecclesia de **Chagrade**, cum annua Remissione Viginti dierum: et paulo post, Ecclesiam de **Dullockshille** sub remissione consimili, in Honore Sancti *Jacobi*.

Eodem anno et mense, *Hugo*, *Lincolniensis* Episcopus, fecit apud **Dunstaple** Officium Visitationis.

Eodem anno, die *Pentecostes*, *Henricus Tertius* Rex *Angliæ* apud **Westminster** sollempniter Coronatus est; præsentibus *P(andulfo)* Legato, et *S(tefano)* *Cantuariensi* Archiepiscopo Missam celebrante, et Sermonem ad Populum faciente: præsentibus etiam multis Episcopis, Comitibus, Baronibus, Abbatibus, et Prioribus, et aliis, quorum non erat Numerus. Nec est visa diebus nostris major Sollempnitas ante tempus memoratum. *Judæi* vero in Turri **Londoniarum** servabantur interim ad Cautelam. *Eboracensis* autem Archiepiscopus non interfuit: forte enim præ rubore non potuit, quia Crucem ante se deferre extra Diocesim suam tunc ei interdictum fuit.

Ba-

* D. fol. 15,
b.

MCCXX.

Barones, qui præsentibus aderant, in crastino Coronationis juraverunt, quod Castra & Wardias suas ad Voluntatem Regis resignarent; et de Firmis suis fidelem Computum ad Scaccarium redderent. Et si quis Regi Rebellis restiterit, et infra quadraginta dies post Excommunicationem à Legato non satisfecerit, quod ad mandatum Regis ei bella moverent, ut exheredetur sine fine rebellis.

Eodem anno, Burgenses de *Bedeford* in Comitatu suo, petierunt contra Nos apud *Dunstaple*, quietantiam ¹ Theloney, pro quo fuimus aliquandiu fatigati; sed tandem libere sine die recessimus.

Eodem anno, tracti in Curiam Regis per Breve, quod dicitur *Præcipe*, super Ecclesia Sancti Petri de *Bedeford* per *Radulfum* Clericum: et tunc vocavimus ² Regem Warentum, qui tunc fuerat infra ætatem; et sic sine die recessimus.

Eodem anno, Sanctus *Hugo*, Episcopus *Lincolniensis*, Canonizatus est, et Festum Ipsi iustum est celebrari ³ in diem Dominicum, videlicet quinto-decimo Kalendas *Decembris*; hoc est die Obitus sui.

Quo anno *Ysabel*, Mater Regis *Henrici*, nupsit *Hugoni*, Comiti *Marchiæ*; non obstante eo,

¹ Vel theloneii. ² Sic. ³ F. in.

quod Filia ejus fuerat ab eodem Comite ¹ affidata.

Eodem anno, mense *Junio*, apud *Eboracum*, Rex *Scotiae* affidavit Sororem *Henrici Regis Angliae*. Qua de causa, idem Rex *Angliae* remisit Ei *Quinque Millia Marcarum*; et promisit, quod duas Sorores suas, quas in Custodia habebat, infra annum, sine Disparagatione maritaret: vel Eas liberas Ei restitueret.

Quo anno, in festo *Sandæ-Trinitatis*, ob multa Maris pericula in Mari *Australi*, multi submerfi sunt Piscatores.

Eodem anno, Prior dirationavit apud *Scaccarium*, ² *Misericordiam Stephani Vinitoris & Petri Vinitoris* ³ sui, sicut scriptum est in Rotulo Domini Regis Anni *Quarti*.

Eodem anno, Idem Prior fecit *Concordiam* cum *Marjoria de Bukleshore* et Sororibus suis: quæ Rotulata est coram *Justiciariis in Bancho*. Quo anno, idem Prior contra multos *Parochianos* suos *Decimas de Fœno* obtinuit.

Eodem anno, in *craftino Octavarum Petri & Pauli*, sollempnissime *Translatum* est *Corpus Beati Thomæ Martyris*, anno *quingagesimo* à *Passione sua*; *Nobis omnibus Jubilæo*. Ubi interfuerunt *Archiepiscopi & Episcopi viginti-qua-*

¹ *Desponsata, affianced.* ² *Amerciamentum. Vide Somneri Glossar. ad X Script.* ³ *An, filii sui?*

MCCXX.

tuor, de finitimis & exteris Regionibus. Quo die *Remensis* Archiepiscopus Majorem Missam celebravit, qui die præcedenti Altare ante Feretrum ad Honorem Beati Martyris dedicavit. Ipse vero *Cantuariensis* Archiepiscopus Remissionem duorum Annorum de injuncta Pœnitentia promulgavit, per quindecim dies sequentes venientibus duraturam. Convivium autem in Cibo & Potu, et Vasis Aureis et Argenteis, et Vestibus pretiosis tale non legimus post tempus Regis *Affwari* celebratum. Præterea, præmittendum non est, quod tanto Convivio dictus Archiepiscopus condignum Palatium construxit, quale visum non credimus à tempore *Salomonis*.

Eodem anno, Mense *Octobri*, per *Hugonem* secundum *Lincolniæ* Episcopum, Ordinatae & Taxatae sunt Vicariae in Ecclesiis, quas Canonici de *Dunstaple* habent in Usus proprios; præhabita in Capitulis, in quibus consistunt, diligenti Inquisitione de Æstimatione tam Ecclesiarum quam Vicariarum; et in quibus competentiùs Vicariae consistere possent. Ordinationis vero in Scripsiis Episcopi reposita Verba sunt hæc.

“¶ Vicaria Ecclesiæ de *Stodham* debet consistere in toto Altaragio Ecclesiæ, et Crosta *Viviani* quæ continet circiter Septem Acras: salvis Priori de dicto Alteragio una Marca, et Decimis Agnorum. Valet autem prædicta Vi-
“ca-

“caria per Communem æstimationem, sex Mar-
“cas; et Ecclesia totalis, Viginti.

“Totalis Ecclesia de **Toternho** valet duode-
“cim Marcas; Vicaria vero quinque: quæ con-
† D. fol. 16. “sistit in toto Alteragio † ejusdem Ecclesiæ, et
“Redditu decem Denariorum de Terra *Ricardi*
“*Gover*, et Manso Presbyteri, et Medietate De-
“cimæ de Fœno totius Parochiæ.

“¶ Vicaria Ecclesiæ de **Chaugrave**, valet quin-
“que Marcas et dimidiam; Totalis Ecclesia,
“quindecim. Dicta vero Vicaria consistit in to-
“to Altaragio, et Manso Presbyteri, cum Gar-
“dino, et Majori Crosta ex parte Occidentis;
“quæ est quatuor Acrarum.

“¶ Vicaria Ecclesiæ de **Segenho**, valet quin-
“que Marcas & dimidiam. Et consistit in toto
“Altaragio, & Manso quod est ex parte Occi-
“dentis: salva Priori de dicto Altaragio, Deci-
“ma Agnorum. Valet autem totalis Ecclesia
“quindecim Marcas.

“¶ Vicaria de **Hulleburne** valet quinque Mar-
“cas et quatuor Solidos: et consistit in toto Al-
“taragio & Manso, cum Crosta & Prato ex par-
“te Australi. Valet autem totalis Ecclesia duo-
“decim Marcas. Et sciendum, quod Prior susti-
“nebit onera quoad Hospicium Archidiaconi;
“et Sufstentationem in Libris, & Cancellis, et
“Vestimentis, Utensilibus, et Tallagiis, pro sua
“por-

MCCXX.

“portione. Alia Onera sustinebit Vicarius.”

Eodem anno, Prior de **Dunstaple** tractus in causam contra *Ricardum de Stepingele*, per Breve Domini Regis de *Ultima Præsentatione*, recessit quietus à judicio, et alter in Misericordia remansit. Similiter tractus in Causam per *Alis Martel*, per Breve de *Dote*, de Terra de **Wokeleshore**, quietus à lite remansit.

Eodem anno, rediit Comes **Cestriæ** circa Kalendaras *Augusti* cum Constabulario **Cestriæ**, & *Brienno de Insula*.

Eodem anno, *Henricus* Comes *Cornubiæ* de More Lunaticus, castra, quæ occupaverat, reddidit Domino *Pandulfo* Legato ad opus Regis; et cavet de Voto Crucis exequendo. Similiter Comes de *Albo-mari* restituit Regi Castrum de **Hokingham** et Castrum de **Salveia**: et cavet de injuriis emendandis judicio Baronum Regni, si quis de eo conqueri vellet.

Eodem anno, Torneatores, et eorum Receptores, et eorum Fautores, et Portitores Mercium vel Victualium ad Torneamenta, jussi sunt Excommunicari in genere, per singulos dies Dominicos.

Eodem anno, Mense *Septembri* positum est Caruagium per totum Regnum ad opus Domini Regis. A quo, Archiepiscopi et Episcopi, et omnes Clerici, et omnes Viri Religiosi, et eo-

MCCXX.

rum Rustici, quieti fuerunt. Verumtamen Episcopi per suas Dioceces collegerunt Auxilium ad opus Domini Regis ab Abbatibus & Prioribus, per liberam Voluntatem eorum: et tunc Domus de **Dunstaple** solvit tres Marcas.

Eodem anno, obierunt *Adam* Decanus **Salesburiae**, Comes **Wintoniae**, *Baidewinus de Ver*, Abbas de *Sancto-Jacobo Porhamtune*, Abbas *Sancti Augustini de Cantuaria*.

Eodem anno, *Willelmus Filius Heliae* fecit Nobis Cartam de habendis quinquaginta Porcis annuatim in Nemore suo de **Dcleie**, liberis à ¹ Padnagio; et faisinam eodem anno habuimus.

Eodem anno, *Guido*, frater *Simonis de Monte-forti*, captus est ab *Albingensibus*, et interfectus, et Equis dilaniatus.

Eodem anno, *Lodoicus*, Filius Regis *Franciae*, cum infinito Exercitu *Francorum & Normannorum*, et aliis multis *gentibus, et populis, et linguis*, profectus est *Tolosam*, sed non profecit: quia in primo Congressu multos de suis perdidit. Comes etiam *Symon* ictu cujusdam Lapidis *Petrariae* subito percussus, diem clausit extremum. Ad cujus Tumbam postmodum Mira fieri perhibentur. Et sic populo paulatim dilabente, rediit *Lodowicus* conquerens de *Comitis Nivernensis*

MCCXX.

proditione; similiter et de Comite *Sancti-Pauli*. Et quia Dominus Papa querebatur, Eum medietatem Vicefimæ, Cruce-signatis de *Francia* promissæ, inutiliter expendisse; ideo, *Philippus* Rex et Pater ejus misit trecentos Milites suis sumptibus, in auxilium *Almarici de Monte-forti*.

Eodem anno, Mota est Guerra inter *Livelinum* Regulum *Guallia*, et *Willelmum* *Marscallum* Juniolem. Et cum idem *Livelinus* callide sibi adquisivisset auxilium Regis *Angliæ* de Marchiis sibi vicinis, quasi ad quosdam alios Rebelles confundendos; subito irruit in Terram *Marscalli*, et tria Castra ipsius destruxit, et interfecit omnem animam viventem, et totam Provinciam (deprædatus Animalia & Pecora) inclusit in Domibus, et sic universa conbussit. Insuper, Multitudinem armatorum, in Auxilium *Mareffcalli* de *Hybernia* venientium, idem Regulus interfecit: ita quod dampnum hujus Infortunii pretium redemptionis Regis *Ricardi* † dicitur transcendisse. Et † D. fol. 16, dicitur inde orta fuisse discordia, quod Mareffcallus, pro^{b.} quibus¹, bello captis, certæ quantitatis pecuniam solvere noluit, ut promisit.

Eodem anno, post Festum Sancti *Michaëlis*, *Stephanus Cantuariensis* Archiepiscopus, pro Negotiis Ecclesiæ et Regni; et *Ricardus Dunol-*

¹ F. quibusdam.

MCCXX.

mensis Episcopus, super multis Criminibus per Monachos suos accusatus, *Romam* profecti sunt. Post quorum recessum, *Salisburyensis* & *Elieusis* Episcopi, de Mandato Domni Papæ *Honorii*, *Dunelmiam* personaliter accedentes, Inquisitionem de Vita dicti Episcopi fecerunt; et Inquisitionem factam post Ipsum ad Summum Pontificem transmiserunt.

Eadem tempestate, Decanus & Capitulum *Lincolniæ*, *Walterum*, *Eboracensem* Archiepiscopum, Crucem ante se deferentem, cum Processione sollempniter receperunt. Ideoque per Officiales dicti *Cantuariensis* suspensa est Ecclesia *Lincolniensis*: sed tandem, præstita Cautione de parendo Mandatis Archiepiscopi cum redierit, restituta est per Eosdem.

Eodem anno, autoritate Domni Papæ, *Salisburyensis* Ecclesia Cathedralis infra Castrum sita prociñctum, translata est ad Veterem *Salisburyam*, juxta Cursum Aquæ fluentis constituta. Et tam Domus Episcopi, quam omnium Canonorum circumquaque collocatæ sunt. Pro cuius Ædificatione Canonici ejusdem Ecclesiæ per varias partes *Angliæ* missi sunt, Verbum Dei seminantes, et auxilium temporale metentes.

Hæc verba adduntur manu aliena.

(Similiter per alia Regna.)

MCCXX.

Eodem anno, Quoddam Scriptum *Arabicum* inventum est apud *Damiettam*, quod *Pelagius*, Apostolicæ Sedis Legatus, transtulit in *Latinum*; quod et *Romam* misit: et inde ad Nos perlatum est. In quo, sub quadam Verborum Obscuritate continetur *Terræ Ierosolimitanæ* Destructio, et ejusdem Recuperatio, et *Damiettæ* Captio, et tam *Ægypti*, quam Regni *Turcorum* perditio.

Eodem anno, ceperunt Pagani Civitatem *Nazareth*. Et Soldanus *Babiloniæ* obsedit Castrum Peregrinorum Mense *Octobri*; et tot, à Partibus illis redierunt *Cristiani*, quod residui non possent se tueri, nisi Novum Auxilium superveniret.

Eodem anno, Ceperunt *Cristiani* Civitatem *Tafnes*, quæ fere per dietam distat à *Damietta*: ubi est locus piscandi ydoneus, et multitudo piscium copiosa.

Eodem anno, Mense *Decembris*, *Romæ* Coronatus est *Fredericus* Imperator Cruce-signatus, præstita prius Cautione de Voto Crucis exsequendo. Qui, de Consilio Papæ, multos Milites & Armatos trans fretum præmisit; post disposita Imperii magis ardua Negotia, personaliter secuturus.

Eodem anno, *Petrus de Nerbona* et *Johannes* Filius ejus contulerunt Ecclesiæ nostræ dimidiam Hidam Terræ in Villa de *Segenbo*, pro quodam
Con-

MCCXX.

Conredio ad dicti Vitam *Johannis* præstando. Sed super eadem Terra per *R* *de Litlingtona* in Comitatu molestati, Septem Querelas, contra Nos & Nostros motas, cassavimus: solvendo dicto *R* quinque Libras, et cuidam alii tres Marcas.

aliena manu

Postmodum eodem anno obiit dictus *Petrus de Nerbona*.

MCCXXI.

Anno 1221. *Wilhelmus Comes de Albo-mari*, Mense *Januario*, visus est furtive capere Castra *Kimbolton*. de *Peutwerga*, et de *Lattford*, et de *Kinebautona*. Sed turpiter repulsus, accessit ex improvise ad *Fodringheia* in auxilio Glaciei supportatus, undique fecit Insultum, et Ignem applicuit ad Januam. Et dum duos Milites Castri, minus bene Armatos, vulnerasset ad Mortem, Castrum obtinuit. Quod cum audisset Domnus *Pandulfus* Apostolicæ Sedis Legatus, et totum Concilium Regis, quod tunc *Londoniis* pro quibusdam Regni Negotiis forte convenerat: in die *Conversionis Sancti-Pauli*, apud *Sanctum-Paulum* in primis Excommunicatus est sollempniter dictus Comes à dicto Legato, et *Eboracensi* Archiepiscopo, et aliis decem Episcopis de *Cantuariensi*

MCCXXI.

Provincia. Comes etiam *Cestria*, et Comes *Salisbury*, Candelas accensas, sicut Episcopi post Sententiam, projecerunt. Excommunicatus est autem, cum quia Cruce-signatus nec Votum redimere voluit, nec *Ierusalem* proficisci: tum quia Judicio Regni parere contempsit, quod Castrum de *Biam* adjudicatum fuit *Willelmo de Colevilla*: tum, quia Castrum Domini sui Regis proditiose cepit antequam Ipsum Diffidasset; tum quia alia vice, pro multis rapinis Excommunicatus, juravit, quod Mandato Domni Legati pareret. Cumque jussisset ei ablata reddere, obedire postposuit. Postmodum vero, communi Consilio, contra Eum indixerunt, et statim cum Exercitu Ipsum sequentes, Castrum de *Fodringheia* vacuum invenerunt, quod in Custodiam *Falco* suscepit. Deinde profecti apud *Biam*, Castrum obsederunt, et Machinas ex omni parte erexerunt; et postquam erectæ sunt Machinæ, infra sex dies captum est Castrum, et captivi ducti sunt Milites et omnes Armati: et sic combustum est Castrum cum *Ædificiis* & *Stauramento* suo, quod fuerat magnum valde. Et ad similitudinem *Ferico*, nichil est usibus hominum reservatum.

Eadem tempestate, Archiepiscopus *Eboracensis*,
hinc f. *Norroy*.
et Barones *Norrenses*, invenerunt dictum Co-

1 F. quando.

MCCXXI.

mitem in Monasterio de *Fontibus*; quem duxerunt ad Regem sub tali Conditione, quod eum in eundem locum reponerent, si apud Dominum † D. fol. 17. Regem non posset Misericordiam † invenire.

Eodem anno, et mense, *Hugo de Wirn*, Constabularius de *Bristollis*, missus est in *Pictaviam*, ut, tamquam Senescallus, ad opus Domini Regis *Pictaviam* fervet & salvet. Ad quod Officium *Philippus de Ulecote* antea destinatus, apud *Stampes* in Itinere diem clausit extremum. Idem vero *Hugo* in recessu suo Castrum de *Bristollis* Domno Legato resignavit; quod Ipse *Walranno* commisit.

Eodem anno & mense, *Willelmus, Londoniensis* Episcopus, Episcopatum in Manu Legati resignavit; retento sibi reddito Centum Librarum. Qui apud *Sanctam-Ositham* elegit sibi perpetuam Mansionem.

Eodem anno et Mense, Magister *Hugo Reone?*ctor Ecclesiæ de *Tudingd* et *Rogerus Piper*, ad invicem Confoederati sunt; salva Quæstione Terræ Ecclesiæ post Mortem alterius eorum; Omni lite usque ad diem illum mota de Dampnis, Injuriis, et Expenfis, ab utraque parte omni tempore sopienda.

Eodem anno et Mense, lata est Sententia pro

MCCXXI.

R *Liffemorensi* Episcopo, contra *R*
Waterfordensem Episcopum; tam super Possessione quam Proprietate dicti Episcopatus. Et dictus *Waterfordensis* condemnatus est dicto *R* in trecentis Marcis pro Fructibus & Litis Expensis.

Eodem anno, *Ricardus* Prior movit Controversiam contra quosdam Burgenses de *Dunstaplia*: Et tandem contra omnes, super Decimis Negotiationis ubicunque exercitæ; et super Decimis Fœni et Molendinorum; et super quibusdam Oblationibus, de quibus Compositio facta est coram *Johanne* Archidiacono *Bedefordie*, et coram Populo *Dunstaplie*, in Ecclesia recitata est, et ab omnibus approbata; et per Judices à Papa delegatos confirmata. Videlicet, quod omnes dabunt Decimas de Negotiatione ubicunque habita; et ter in anno fiet Sententia contra Detentores de Fœno & Molendinis petita, sine Dilatione: sed de Oblationibus observabitur Antiqua & Bona Consuetudo. Et insuper, dabit populus Denarios dī fabricæ Ecclesiæ in perpetuum. Et insuper Burgenses, (quotquot Prior noluit) Misericordiam suam in Manibus suis invadiaverunt.

Eodem anno, obiit Comes de *Arundel* in *Italia*; et ossa sua translata sunt et sepulta apud

MCCXXI.

Wimundeham. Paulo post, obiit ¹ *Ulianus de Cheind^{ut}?*, et Magister *Johannes* Archidiaconus *Oxonie*.

Eodem anno, Prior et Monachi *Cantuarie* impetraverunt, quod Priores illius loci perpetuo in præcipuis ² Solemnis, in Missarum Solempniis, Mitris utantur. Et hoc de assensu Archiepiscopi fecerunt.

Eodem anno, apud *Lutune*, et apud *Citone*, Castra ædificata sunt in grave periculum *Dunstaplie*, et viciniae. Et consummata est fabrica *Turris Sancti-Pauli Londonie*.

Eodem anno, *Mossy* filius *Brun Judæus*, vexavit *Ricardum* Priorem de *Dunstaple*, et Ecclesiam suam, super septingentis Libris, per quamdam Cartam; quæ ideo probata est falsa per *Domnum Martinum de Pateshulla* et alios *Justiciarios Domini Regis*, quod Carta loquebatur de mutuo accepto per Priorem *Thomam*, et sigillum appositum expressit Nomen *Ricardi*. Ipsa etiam Carta fuit lota; et insuper falsam Grammaticam continebat. Unde dictus *Judæus* incarceratus fuit in *Turri Londonie* per Annum & amplius, quia alii *Judæi* dederunt Regi unam Marcam *Auri* pro *Judicio* deferendo. Et postmodum, cum amplius prorogare non possent, dederunt

1 *Sic.* 2 *Sic.*

MCCXXI.

Regi centum Libras ne suspenderetur in Ligno,
in opprobrium Legis suæ. Et sic super Rotulum
suum dictus *Judæus* abjurans Regnum Regis, et
Utlegatus est. Quo tempore, alius *Judæus* sus-
pensus est, quia Uxorem propriam interfecit.

Eodem anno, *Honorius* Papa Tertius scripsit
omnibus Ecclesiis, “Rex *David*, qui vulgo dici-
“tur *Presbyter-Johannes*, habuit Conflictum cum
“Soldano *Persidis*; et eo fugato, per viginti
“quatuor dietas obtinuit Rex in *Perside* Castra
“& Civitates munitas, ita quod non distabat à
“famossissima Civitate *Baldas* (ubi est Papæ Pa-
“ganorum Sedes specialis) nisi per decem die-
“tas. Populus etiam *Georgianus* in Armis stre-
“nuus, in Fide Catholicus, contra *Sarasenos*,
“sibi vicinos, Guerram movit.”

Quo tempore, ad Instantiam *Pandulfi* Apo-
stolicæ Sedis Legati, facta est Promissio Regi
Ierosolimorum in subsidium Terræ Sanctæ: ita
quod quilibet Comes daret tres Marcas, et qui-
libet Baro unam Marcam, et quilibet Miles sex
Denarios, et quodlibet ¹ Astrum unum Dena-
rium.

Eodem anno, *Oliverus de Eincurt* composuit
cum Episcopo *Lincolniensi*, ita quod dictus *Oli-*

¹ Vide *Præf. nostr. ad Tho. Otterbournium &c. §.XV.*

MCCXXI.

verus dedit dicto Episcopo decem Libratas Terræ in ~~West~~ ~~Woburne~~; et quieta clamavit Ei et Ecclesiæ suæ in perpetuum Manerium de ~~Li~~ ~~dintune~~, et alia quæ petebat.

Eodem anno, vulgo dicebatur, quod apud ~~Deleford~~ in ¹ ~~C~~ ~~lexia~~, Vacca quædam enixa est Infantem sub humana Effigie.

Eodem anno, Mense ² Madio, Magister *Stephanus de Lexintonæ* ³, Vir Nobilis genere, sed scientia et Moribus Nobilior, assumptis secum septem honestis Sociis, à Scolis *Droniæ* transtulit se ad Ordinem *Cisterciensem*, apud *Quadrariam* in Insula *Vectæ*.

Eodem anno, *Ricardus* ⁴ *Dunelmensis* Episcopus à Monachis suis † apud Summum Pontificem super variis Criminibus, ita graviter fuit accusatus, quod Literas Inquisitionis impetraverunt ad *Salisburiensem* & *Eliensem* Episcopos. Qui profecti *Dunolmiam*, diligenti habita Inquisitione, Mirabilia, Abhominabilia, & Fabulis annumeranda, invenerunt. Sed antequam illuc venirent, dictus Episcopus Iter arripuit eundi *Romam*: et licet inprimis ob Infamiam suam Se-

¹ Sic. ² Maio. ³ Vide Hist. & Antiq. Univ. Oxon. l. I. p. 66. ubi Annales *Dunstapliæ*, MS. fol. 17. citantur, unde constat, eosdem ob oculos habuisse *Wodium*, eundem nimirum Codicem *Cottonianum* ad cuius fidem descriptus est Codex noster. Et tamen ex *Adversariis* nostris colligo MSS. hujus rei notitiam *Briano Twyno* acceptam retulisse. ⁴ De *Marisco*.

dem

MCCXXI.

dem Apostolicam sibi iratam habuerit, se tamen Devotionibus variis & Muneribus ita ei reconciliavit, quod super dictis Accusationibus absolutus, liber recessit; prius insuper hoc impetrato, quod Inquisitio dictorum Episcoporum, post Iter suum eundi *Romam* arreptum facta, nullius esset momenti. Episcopi vero Inquisitionem factam et Sigillis suis inclusam, nichil tale opinantes ad Domnum Papam destinarunt: Qua Domno Papæ porrectâ et lectâ et intellectâ, reputavit Se turpiter circumventum. Veruntamen Indulgentiam tam sollennem pro Instabilitatis Nota, tam subito non potuit irritare. Deus autem, qui nulla ¹ Ipocrici potuit irrideri, dictum R Episcopum tanta percussit ² obtalmia, quod vix potuit *homines sicut Arbores* intueri: et sic relictis Procuratoribus in Curia, Episcopus in *Angliam* remeavit: Prius tamen se in Curia memorata & Ecclesiam suam creditoribus oneravit tot & tantis oneribus debitorum, tum pro voto Crucis redimendo, tum pro hujus Itineris expensis, tum pro Vicesima Reddituum suorum quam Terræ *Ierosolimitanæ* debebat; quod vulgo dicebatur, quod quindecim Annis post Mortem suam futurus erat Episcopus *Dunolmensis*.

Eodem anno, *Petrus* Episcopus *Wintoniæ* et

¹ Sic. ² *Ophthalmia*.

MCCXXI.

Hugo Episcopus *Herefordensis*, de Regno *Angliæ* profecti sunt : sed quo iverint, multis erat ignotum. Alii enim dixerunt, eos ad *Sanctum-Jacobum*, alii ad Sedem Apostolicam perrexisse.

Eodem anno, post *Pascha*, *Willelmus Mare-scillus* Junior à Regali Concilio urgebatur reddere Castrum de *Merleburewe*. Quod quidem tali conditione reddidit in manum Legati : quod si alii similiter Castra sibi commendata redderent, et suum retineretur ; alioquin ei redderetur. Tandem vero post *Pentecosten*, *Petrus de Malo-lacu*, et *Ingelardus de Attie* ob suspicionem Proditionis capti sunt, nec potuerunt prius libe-

rari quam dictus *Petrus* Castrum de ^{Corf?} *Corbo* redderet, et dictus *Ingelardus* obsides sufficientes de Castro de *Windlethores* ad voluntatem Regis reddendo, invenisset.

Interim autem Domino Rege Eboracum tendente, transitum fecit per Castrum *Droniæ* ; inde per Castrum *Norhamtoniæ* ; et exinde per Castrum *Notigham* ; et Constabularios à Castris non amovit, sed de suis Militibus tot cum eis reliquit in illis, quod plena securitate fruebatur. *Eboracum* itaque veniens, Regi *Scotiæ* tunc præsentem Sororem suam, *Hugoni Brun* prius desponsatam, tradidit in Reginam ; quæ tunc un-

MCCXXI.

decim annorum dicebatur ; et valde Solempnes nuptias celebravit.

Eodem anno, venerunt hujusmodi literæ ad Regem *Henricum* à *Pelagio Legato Damietta.*

“Hæc est materia totius processûs Regis

Dari MS.

“*David*, filii Regis *Israël*, filii Regis *Sarcisci*, filii Regis *Johannis*, filii ^{torin?} de *Bulgaboga Nescormorum*, credentis in *Ihesu Cristo*.

“Rex *David*, quem Deus protegat, est minor Fratribus suis. Pater ejus Rex *Israël*, cujus memoriæ Deus parcat, habuit sex Filios; et Hic fuit minor omnibus. Mortuo Patre ejus, successit Frater ejus primogenitus, et tam Ipse Rex, quam Pater ejus Rex *Israël*, et Avi & Proavi ejus erant obedientes magno Regi *Persarum* qui vocabatur *Chan-chana*, (quod dicitur in Lingua nostra *Rex Regum* :) et Terra sua exit à *Chassar* usque *Bellagacum* ; quæ terra est ultra Flumen *Geon*. Præfatus Rex *Persarum* convocans Astrologos suos, quæsiuit ab eis, ut ei futura prædicerent ; et quæ ventura essent post Mortem ejus. Qui (juxta consuetudinem eorum) ceperunt Puerum unum Virginem, quem ^{let blood} minui fecerunt utroque brachio ; et sanguinem ejus recipientes in uno Vase, conjuraverunt il-

1 *Nescio an vox desit?*

“lum.

“lum. Puer (antequam mortuus esset) prædixit,
 “quendam Regem, *David* nomine, valde Nobi-
 “lem, debere sibi subjugare Regnum *Persarum*.
 “Super hoc eos consuluit, et si scirent in Provincia
 “illa Regem aliquem, qui vocaretur *David*? Qui
 “dixerunt, nullum scire: tamen Rex *Israël* ha-
 “buit Filium unum parvulum, qui vocabatur *Da-*
 “*vid*; qui nullius valoris est. Dixit ergo Rex
 “præfatis Astrologis, *Mittamus Fratri suo, ut*
 “*eum Nobis mittat, et sic occidamus eum, et de ipso*
 “*nos liberabimus*. Misit præterea nuntios suos
 “ad Regem Fratrem *David*, ut Ei Fratrem suum
 “mitteret, quia volebat ei benefacere, et hono-
 “rifice promovere. Frater vero *David* receptis
 “super hoc Nunciis, cum quibusdam Fidelibus
 “suis, de quibus potiùs confidebat, misit Fra-
 “trem suum ad Regem præfatum, ignorans
 “pravum ejus Consilium. Veniente Puero ad
 “Regem *Persarum*, lætatus est valde Rex de
 “Adventu suo. Puer osculatus est Terram co-
 “ram Eo, eumque devotissime salutavit: qui
 “valde formosus erat. Quem statim ut vidit
 “Rex, misertus est ei. Aderant ibi duæ Uxores
 “ipfius Regis, quarum † una erat Filia Regis
 “*Johannis*, amita Regis *Israëlis* Patris *David*.
 “Altera erat Filia Regis *Ganici*, ex qua Filium
 “habebat, qui vocabatur *Philippus*. Quæ dixe-
 “runt Ei, *Neque Tu times Deum?* Puer iste sub
 “*Fide*

† D. fol. 18.

MCCXXI.

“ *Fide vestra ad Vos venit, et est sub Umbra ve-*
 “ *stra, et pedibus tetigit Tapetum vestrum: vultis*
 “ *Eum pro nichilo morti tradere?* et valde istud
 “ ei improperabant. Nam una earum *Cristiana,*
 “ *amita videlicet Patris ipsius David; et altera*
 “ *incredula.* Sic Rex Verecundiam habuit in
 “ *Corde suo.* Demum, (permissione Divina) di-
 “ *misit Eum repatriare.* Incontinenti, Puer cum
 “ *suis equitavit, et (instinctu Divino) per Noctem*
 “ *& Diem equitavit quadraginta Leugas, tantum*
 “ *properans Reditum suum* ¹ *Equitaturus mu-*
 “ *tando.*

“ Post accesserunt ad Regem Scribæ & Astro-
 “ *logi sui, improperantes ei quod malefecerat,*
 “ *quòd ipsum redire permiserat.* Rex inconti-
 “ *nenti poenitens, misit post eum Carfores Equi-*
 “ *tes, ut Eum apprehenderent; quem invenire*
 “ *non potuerunt.* Evaferat enim *Voluntate Di-*
 “ *vina.* Ubicunque enim hospitabatur, *Gentes*
 “ *illius Regionis* ² *confluentes ad Eum, mirantes*
 “ *de Reditu suo.* Demum venit ad *Terram Fra-*
 “ *tris sui.*

“ Post hæc, spatio trium annorum, mortuus
 “ *est Frater ejus.* Omnes verò de Regno Con-
 “ *venientes Elegerunt ipsum in Regem, pro eo*
 “ *quod videbatur formosus, disertus, et magna-*
 “ *nimis à Virtute Divina.*

¹ F. Equitaturas. ² F. confluebant.

“Primo, bono omine, promoverunt eum in Or-
 “dinem secundum Consuetudinem Prædecesso-
 “rum suorum. Deinde unxerunt eum in Re-
 “gem. Demum, copulaverunt ei in Uxorem,
 “Filiam Regis *Damachagi*. Et in tantum ipse
 “laboravit, quod Gentis maximæ copiam con-
 “gregavit, quam utique dinumerare poterat. Et
 “Equitavit super Terram *Chan-Chana*, videlicet
 “Regis *Per sarum*. Cui præfatus Rex *Per sarum*
 “occurrit in multitudine Magna, et ad invicem
 “pugnaverunt. Sic Voluntate Divina, & Au-
 “xilio Vivificæ Crucis, Rex *David* prævaluit,
 “Ipsamque devicit; et major Pars Gentis ejus
 “occisa fuit; præter quosdam, qui se lavacro
 “Baptismatis abluerunt. Captus est etiam di-
 “ctus *Chan-Chana* Rex *Per sarum*, et aureis Com-
 “pedibus astrictus, super Currus ductus est Ca-
 “ptivus in Terram Regis *David*.

hujusmodi
 Epistolarum
 mens fuit
 (ut opinor)
 ad incitan-
 dos Occiden-
 talium Chri-
 stianorum
 Animos, ad
 Terram san-
 ctam recupe-
 randam.

“Prædictus Rex *David* subjugavit sibi totam
 “Terram illius, quod Regnum vocatur Regnum
 “Regis Regum *Saracenorum*. In quo sunt, Sex-
 “ginta-quatuor Civitates Magnæ, quarum una
 “vocatur *Damagatha*, alia *Chasahar*, &c. A *Cha-*
 “*sahar* usque ¹ *Pharnaga* decem Dietæ. A *Phar-*
 “*gana* usque *Chaegunt* aliæ decem Dietæ. A
 “*Chaegunt* usque ² *Racharam*, viginti Dietæ. A

1 Sic. 2 Sic.

“Ra-

MCCXXI.

“*Ragani* usque *Gamarith*, octo Dietæ. A *Gamarith* usque ¹ *Abocharith* decem Dietæ, A *Bocharith* usque *Alnar* decem Dietæ. ² A *Garmich Rabasithim* decem Dietæ.

“Postmodum venit Rex *David* ad Terram, quæ dicitur *Alaanar*; quæ est in confinio *Indiæ*. In Provincia vero, ubi præfata Civitas *Alaanar* est, sunt tot Civitates, ³ quas nemo divinare posset. Civitas, in qua Rex *Persarum* morari consueverat, ^{Casbin} *Casve* vocatur, quæ maxima Civitas est, et populosa valde. In qua sunt quingentæ ⁴ *Malmarie* et totidem Scolæ, et sex-centum ⁵ Fundeci, ubi hospitari consueverant ^{Dervis?} *Sophi Saracenorum*, qui dicuntur in Lingua nostra *Monachi*.

“Præfatus Rex *David* pugnavit postmodum cum Rege prædictæ Terræ *Alaanar*; et devicit eum: et tota fere gens ejus occisa est, præter quandam partem, quæ ad Fidem nostram est Conversa. Et subjugata sibi tota Terra illa, reversus est ad Terram, quæ dicitur *Chata*.

1 Sic. 2 Sic. 3 An, quot vel quod? 4 Vel *Maomeriæ*. *Mosks* sive *Mosques* vulgo. 5 Loca publica, in quæ convenire solebant mercatores de rebus suis & commerciis invicem acturi, quod in iis deponeretur communis eorum thesaurus vel pecunia ad eadem commercia, atque adeo merces ipsæ. Fundici tamen usitatius quam fundeci. Vide *Dufresnii Gloss.* voc. funda.

MCCXXI.

“Tunc erant Treugæ inter Regem de *Chata* et
 “*Charnamisan*; et erant inter eos Terræ pro in-
 “diviso; scilicet *Rothar*, et aliæ duæ. Præfatus
 “*Charnamusan* misit Nuntios suos ad Regem *Da-*
 “*vid*, et concordavit cum Eo: deditque Ei to-
 “tam Terram, quam habebat ultra Flumen *Geon*.

“Postquam Ipse fuit securus de Rege *David*,
 “congregavit gentem maximam, et ivit super
 “quandam Provinciam, quæ vocatur *Chorasan*;
 “et super Magnum *Arac*, et Parvum *Arac*; quæ
 “sunt magnæ Provinciæ; et *Diarbechen*: et ve-

“nit ^{*Bagdat*} *Baldac* prope, per sex Dietas. Qui misit
 “Nuntios suos ad *Caliphim* de *Baldac*, qui domi-
 “natus fuerat in *Baldach* per annos 41: qui vo-

“catur ^{*Al Mansor.*} *Almanger Ledinalla*, quod est interpreta-
 “tum Legis Divinæ: Istud etiam Cognomen
 “ejus. Nomen ejus vocatur *Romangur filius Mo-*
 “*stadi*. Unde et diffidavit eum. Caliphus ma-
 “gno timore ductus, quia Vires habere non po-
 “terat ut resisteret Ei, consuluit super hoc Fi-
 “deles suos. Qui sibi dixerunt, ut rogaret *Jaf-*
 “*seleth* Patriarcham *Nestorinorum*, quod mitte-
 “ret Regi *David*, ut Treugas frangeret *Charna-*
 “*misan*, et sic cessaret ab Infestatione sua. Præ-
 “fatus Caliphus Nocte Equitavit cum quibus-
 “dam de suis, quia Die equitare non consuevit
 “nisi statutis diebus: et ivit ad Domum Patriar-
 “chæ,

MCCXXI.

“ chæ, qui moratur intus in *Baldac*. Quem sta-
“ tim ut vidit, Patriarcha honorifice suscepit eum,
“ et lætatus est valde de Adventu suo. Tunc al-
“ locutus est eum Caliphus, dicens ei, *In maxi-*
“ *mo Articulo peto Auxilium tuum, et fidus Ami-*
“ *cus in necessitate probatur. Ecce nequam iste*
“ *Carnamusan super Nos potenter advenit, † et si* ^{† D. fol. 18.}
“ *occupaverit Terram istam, omnes Cristianos morti*
“ *tradet, quia valde eos odio habet.* De quo, ^{sic?} sibi
“ respondit Patriarcha, *Verum fere.* Tandem
“ dixit Ei Caliphus, quod *Hoc modo me juvare po-*
“ *testis. Rex David et omnes alii, qui custodiunt*
“ *Legem vestram, obediunt Vobis: Rogo, ut per*
“ *Nuntios vestros et Literas, Regi David præci-*
“ *piendo mittatis, ut Guerram moveat Charnami-*
“ *san; et sic cessabit à molestatione nostra. Scio*
“ *enim pro certo, quod si Rex David ipsum mole-*
“ *stare cæperit, incontinenti Ipse repatriabit. Nam*
“ *si hoc Mibi compleveritis, Vobis & omnibus, qui*
“ *tenent Legem Vestram, quicquid volueritis, con-*
“ *cedemus.* Respondit Ei Patriarcha, *Vos scitis,*
“ *quod sacramento tenemur omnibus Prædecessori-*
“ *bus Vestris, et Vobis, ut nullas Literas mittamus*
“ *alicui Regi Cristianorum, nec aliqua Nova signi-*
“ *ficemus Ei, de Terra vestra. Ad quod sic re-*
“ *spondit Caliphus, Propheta Saracenorum super*
“ *hoc Licentiam tibi concedo, et Literas Securita-*
“ *tis*

MCCXXI.

“*tis inde Tibi faciam.* Sic Patriarcha exaudiens
 “preces Caliphi, misit Regi *David*, ut dicto *Char-*
 “*namisan* Treugas infringeret. Quo audito,
 “Rex *David* congregavit Gentem innumerabi-
 “lem, et Equitavit super Terram *Charnamisan*;
 “qui ad propria rediit. De quo lætatus est Ca-
 “liphus valde, offerens magnam quantitatem
 “Auri Patriarchæ, quam omnino recusavit. Un-
 “de rogavit, ut faceret quandam *Maomeriam* di-
 “rui, quæ erat super Ecclesiam Patriarchæ, quæ
 “sibi magnam inferrebat Molestiam; quam di-
 “ctus Caliphus sic funditus subvertere fecit in
 “Nocte, quod in die Signum illius non compa-
 “ruit. Et istud fuit primum Malum omnis ^{Turkey} *Sarra-*
 “*cenia*. Præterea, postquam *Charnamisan* ad
 “Terram suam rediit, voluit libenter pacisci cum
 “Rege *David*; quod Ille petitus recusavit. Et
 “sic congregavit Gentem magnam, et transivit
 “Flumen *Geon*, præparans se Regi *David* poten-
 “ter oppositurum: quem Rex *David* viliter de-
 “vicit in Campo; et maxima pars Gentis suæ
 “occisa fuit. Afferunt enim quidam, eum fuisse
 “mortuum; quidam vero dubitant, ubi sit. Ite-
 “ratò congregavit Gentem maximam Rex *Da-*
 “*vid*, et sedecim alios Magnos viros, quorum
 “unus habebat Centum milia Hominum, alius

MCCXXI.

“bis Centum. Et divisit Exercitum in quadra-
“^{cru?}ginta tractibus, quarum quælibet continebat
“sub se Centum Milia Hominum. Et venit
“contra Flumen *Geon*, et cepit Viginti tres Ci-
“vitates; quæ omnes sunt Magnæ Civitates:
“præter alia parva Castra, et Villas, quæ fuerunt
“ducentæ; et Regnum Soldani *Salmar*: in quo
“sunt quatuor Civitates. Et alia Provincia,
“quæ dicitur *Delgor*, in qua sunt octo magnæ
“Civitates. Et Regnum de *Maredran*, in quo
“sunt octo Civitates Magnæ, & ducenta Castra.
“Et Terra illa in Longitudine est Viginti Die-
“rum, in Latitudine Duodecim. Et hic est Fi-
“nis Terrarum *Cuarmischa*. Regnum Soldani
“*Tagiel*, est in introitu Regni *Persarum*, quod
“dicitur *Magnum Arach*, id est *Magnum Regnum*;
“quod per tres Menses potest Equitari. Et ca-
“put hujus Regni est Civitas *Ray*. Civitates
“aliæ sunt quatuordecim, et Castra plusquam
“trecenta. In terra de *Biarchan* sunt Civitates
“sedecim: et Terra illa quadraginta-septem
“dierum in Longitudine. Item in Provincia,
“quæ dicitur *Canha*, sunt Viginti Civitates, et
“Castra Viginti-sex: et Regnum istud vocatur
“Regnum Soldani *Ebibec*, quod dicitur *Parvum*
“*Arach*, id est, *Parvum Regnum*. Omnes præ-

I F. aliam Provinciam.

“fatas Terras subjugavit Sibi *Rex David*; et di-
 “stat à *Baldas* per quinque Dietas, et à *Muse-*
 “*hec* per totidem Dietas. Et caput Exercitus
 “pervenerat in Terram *Georgianorum*, quos de-
 “vicit: et abstulit eis quadraginta Castra; quia
 “non *Veri-Credentes*. *Rex David*, qui semper
 “triumphetur et vivat! misit Nuntios suos ad
 “Caliphum de *Baldac*; qui tulerunt super Caput
 “Vexillum in quo erat Crux, quando intrave-
 “runt *Baldac*. Quibus dixerunt *Sarraceni*, *Qua-*
 “*re fertis supra Caput Vexillum, cum sitis in Bal-*
 “*dac*, (quæ dicitur *Sarracenicè Barheselem*, quod
 “Interpretatum est, *Curia Salutis*,) et in facie
 “*Sarracenorum*? Quibus dixerunt Nuntii, *Do-*
 “*minus noster Rex David præcepit Nobis, ut hoc*
 “*modo intremus Terram, aliter vero Non: quod*
 “*si* ¹ *volueritis, revertemur*. Significatum est hoc
 “*Calipho*, qui dixit, *Intrent sicut volunt*. Quos
 “ut vidit *Caliphus*, honorifice suscepit, assur-
 “gens eis, juxta se eos sedere fecit. Ad quem,
 “Nuncii, ex parte Domini sui, *per Interpretem*
 “locuti sunt dicentes, *Rex noster vos salutatur, et*
 “*significat, quod noster Jaffaleth* (id est, Patriar-
 “*cha*) *multum se commendat de Vobis, quod since-*
 “*rum semper habuistis animum erga Cristianos;*
 “et honorastis Ecclesias nostras: pro quo, Ipse

 1 F. nolueritis.

MCCXXI.

“concedit Vobis sextam partem Terræ quam tene-
 “tis. Et vult habere Baldac, ut sit ibi Sedes Pa-
 “triarchæ. Quibus dixit Caliphus, Rex Virtute
 “Divina subjugavit sibi tantam Terram; et ubi-
 “que personaliter esse non potest. Oportet, ut per
 “Terras conquistatas statuatur ¹ Bajulos suos. † Ro- † D. fol. 19.
 “go, ut me in Terra ista Bajulum suum statuatur;
 “et dabo ei tantum pecuniæ quantum voluerit.
 “Nuntii dixerunt, Non venimus ad quærendam
 “pecuniam; sed quia audivimus, vos dirui fecisse
 “Sanctam Jerusalem: et tantam Pecuniam feri-
 “mus, quod muros ipsius Auro et Argento reædifi-
 “cabitur. Obtulit Nuntiis ² Exennia, valentia
 “Centum Milia Bisantiorum, quæ Nuntii reci-
 “pere noluerunt. Contigit enim, quod Meli-
 “chalem, Soldanus Babiloniæ, miserat in Exen-
 “nium Calipho quosdam Milites Cristianos, quos
 “liberavit ad preces Nuntiorum: quorum qui-
 “dam ex eis Antiochiam venerunt, qui hæc &
 “alios rumores dixerunt. Quod quando Rex
 “David pervenit ad Terram, quæ dicitur Cha-
 “sum, quam sibi subjugavit, dimisit ibi Bajulum
 “suum cum paucis de suis. Et dimittens Ter-
 “ram ipsam post Tergum suum, homines illius
 “Civitatis interfecerunt Bajulum Regis, et alios
 “de Familia sua. Quod veniens ad Noticiam

¹ Baillivos. ² Vel Xenia.

MCCXXI.

“suam, misit partem Gentis suæ ad Obsiden-
 “dam Terram illam. Quæ obsessa fuit per sex
 “dies; et septimo die, in medio Noctis cecide-
 “runt Tres Turres, et Tres Telæ de Muris præ-
 “dictæ Civitatis: et ingredientiés *Cristiani* Ter-
 “ram illam, occiderunt in ea Octoginta Milia
 “Pugnatorum: pro quo, omnes credentes in
 “*Ihesu Cristo* orare debent, ut Ei Triumphus
 “conferretur et Salus, qui obediens est Deo &
 “Sanctæ Ecclesiæ, qui liberat Credentes de ma-
 “nu Incredentium, qui est Rex Regum, qui de-
 “struit Legem *Saracenorum*, qui tuetur Sanctam
 “Ecclesiam, qui est Rex *Orientis*.”

Eodem anno, *Almaricus*, Comes de *Monte-
 forti*, per Comitem de *Sancto-Ægidio* apud *Car-
 casum* obsessus est. Et Ecclesia Dei apud *Albi-
 geneses* gravi afflictione contrita.

Eodem anno, *Stephanus*, *Cantuariensis* Archie-
 piscopus, *Romam* profectus, cum Gloria & Ho-
 nore reversus est. Et, ne *Eboracensis* extra Pro-
 vinciam suam in *Anglia* Crucem portaret, impe-
 travit; et quod *Romanus* Pontifex Ecclesiam in
Anglia semel datam, nequaquam iterum daret;
 et quod Legatus in Vita ipsius nequaquam in *An-
 glia* mitteretur.

Eodem anno, composuimus cum Abbate &
 Monachis de *Woburne*, super Vicaria Ecclesiæ
 de *Cestresham*, ita quod ex toto, renunciavimus

Juri

MCCXXI.

Juri nostro: Et Abbas et Monachi Nobis perpetuo conferrent Reditum trium Marcarum annuatim. Quod factum est per Ordinationem de **Wedeford** et de **Huntedon** Archidiaconorum.

Eodem anno, *Petrus de Malo-lacu* per *Ricardum Minsegros* de Proditione Regis & Regni publice accusatus, per Consilium Regis absolutus est.

Et eodem mense, *Pandulphus Norwicensis* Electus, Legationem suam resignavit. Et statim pro Domino Rege profectus in *Pictaviam*, Treugas inter Nos & *Pictavenfes* prorogari impetravit.

Eodem anno, *Petrus Wintoniensis* Episcopus, et Dominus *Falco de Bz†*

perati essent Iter arripere, supervenit rumor u

Exercitus *Cristianorum* circumdatus *Nylo*, juxta C

est reddere *Damiettam*, et concedere Treug

Cristiani cum rebus suis illæsi recederetur, et omnes Captivi in

potestate Soldani *Ba* constituti, libertati restituerentur. Et hac ratione, *Ang*

stiterunt, donec à Sede Apostolica Mandatum

† hic, & exinde pars extrema foliis desideratur.

MCCXXI.

Eodem anno, Burgensibus de **Bedeforde** restituta sunt tenentibus multis occupaverat annis.

Eodem anno, dirationavimus quietantiam de passagio, quod Burgenses ant à Burgensibus de **Dunstaple** apud **Ikeliford**.

Eodem anno, *Hugo de Laci* ab *Albigensibus* exulatus, et in *Angliam* sibi restitui Terram suam de *Hibernia*. Sed quia Rex fuerat infidelis est ipsius petitio, annuo Reditu trecentarum Marcarum interim sibi continebat

Eodem anno, Mater Regis *Henrici* movit Filio suo Guerram in *Pictavia*, quia Dotem suam ? noluit ei assignare de Terris transmarinis.

Eodem anno, *Willelmus* Comes **Derebie**, confirmavit Nobis Ecclesiam de **Bredebur** na ?

Eodem anno, mortuus est Comes *Robertus de Wer*; et *Roesia de Wahulla*; ^{et} *Hubertus de Burgo*, Justiciarius Domini Regis, duxit in Uxorem Filiam Regis

Eodem anno, post *Pascha*, *Stephanus*, **Canuariensis** Archiepiscopus, apud **Droniam** Concilium convocavit, mense *Aprili*; ubi recitatum est

MCCXXI.

et observari mandatum Concilium Lat
In quo condemnatus est ad Incendium, post De-
gradationem suam, Diaconus quid^{am}, qui pro
amore cujusdam Mulieris *Judææ* fuerat Circum-
cifer; et per Balivos Regis, ibidem præsentis,
extra Burgum Igne crematus est. Alius Diaco-
nus propter Furtum ibidem degradatus est. In-
super et Mulier quædam, quæ se fecit *Sanctam*
Mariam; et Juvenis quidam, qui se fecerat *Cri-*
stum, et perforaverat sibi manus, et Latus,
et Pedes; Inmu^{ra}ti sunt apud *Bannebirri*. Et
Capitula multa sunt ibi de novo statu^{ta}.

Eodem anno, Obiit *Guar^{nerius?}* Decanus de
Berchamstuda, *Matildis de Say*, *Willelmus* Ab-
bas *Westmoustre*, *Robertus* Abbas de *Burgo*,
Thomas Prior¹, et *Walterus* Prior *Vertoniae*, et
Willelmus Episcopus *Cobentrensis* cecidit in Pa-
ralisim. Et Prior *Sancti-Edmundi* factus est Ab-
bas de *Burtona*; Et *Aegidius*, Prior *Vertoniae*;
et *Ricardus de² Berchinhes* Abbas de *Wemo-*
ster.

Eodem anno, mense *Junio*, corruit tectum Pres-
byterii de *Dunestaple*, quod ante Autumnum
sequentem fuerat reparatum. Et mense *Decem-*

¹ Sic. *Burtonæ*, ut videtur, adjiciend. ² *Barking*. Vide
Lelandi Coll. Vol. VI. p. 123.

MCCXXI.

bri, corruerunt duæ turres in fronte Ecclesiæ de *Dunneſtæple*; quarum altera cecidit super Aulam Prioris, et confregit Magnam Partem ipsius: altera vero cecidit super Ecclesiam, et locum, in quo cecidit, conquassavit. Eodem Die & Impetu, corruit Turris *Wertone*, et multa Ædificia per *Angliam*. Eodem etiam impetu Tempeſtatis, plerique interfecti fuerunt, et per Ictum fulguris palus quædam juxta *Wæretu* †

† D. fol. 19, b.

est vicinum usque ad harenam
solidam ædificia trium
Villarum posse reponi, et
Sancti-Andree; et in eadem hieme frequenter

a.

visa est quædam
Stella tam in *Francia* quam in *Anglia*
est, quæ à pluribus Cometa dicebatur; et
horis ies apparuit, et micantibus
radiis in Aquilo nensis no-
tabiliter rutilabat

lphus, *Cicestrensis* Episcopus, cui substitutus est *Radulfus* icecancellarius Regis. Item obiit Abbas de *Ma*
d Pirot: *Willelmus de Stodham*: *Philip-*

1 Id est, plures vel multi. Atque eo sensu alibi etiam in *Scriptoribus monasticis*, id quod videas infra sub anno MCCXXIII.

MCCXXI.

pus de Herlingedone:

a est

Ecclesia de Caldewelle: et obiit Hugo
Todingduna.

e

e Octobris translatus est Simon
felda ?

Anachorita à Litch usque ad Dunstaple.

antuariensis et Eboratensis Archiepisco-
pi, in limite suarum Provinciarum juxta Lincol-

niam Colloquium habuerunt super Cruce
Eboratensi deferenda per Provinciam Cantua-
riensem. Sed infecto Negotio ab invicem re-
cesserunt.

Eodem

Anno, Episcopus quidam de Regno Sco-
tiæ, de Diocesi Catenensi, petiit à Subditis Deci-
mas Fœni, de quibus tam Ipse quam Comes de
Catenes in Regem Scotiæ compromiserunt. Qui
cum pro Episcopo arbitratus esset, Arbitrium
suum Vallari fecit tam Sigillo Regali quam Si-
gillo Comitis. Comes vero super hoc postmo-
dum indignatus, in Comitatu suo accessit ad E-
piscopum, et furore commotus, petiit ab Eo
Cartam Arbitrii sibi restitui. Quod quia Epi-
scopus facere noluit, Capellanum suum, scilicet
quendam Monachum, coram Eo interfecit: et
quendam Nepotem Episcopi, in conspectu suo,
ad Mortem vulneravit. Quo viso, dixit Episco-
pus,

MCCXXI.

pus, *etiam si me occidis, Instrumenta Ecclesiæ meæ nunquam tibi resignabo.* Tunc Comes accensus in Iram, jussit ligari dictum Episcopum ad postem in Coquina, et hostio clauso, jussit accendi domum. Quæ cum tota accensa esset, soluta sunt Vincula Episcopi, et quasi illæsus venit ad hostium ut exiret: Comes vero deforis expectans ut videret finem, hoc viso, fecit Episcopum prosterni in Ignem, et duo Corpora prius occisorum jussit projici super illum. Et sic dicti tres Martyres pro Defensione Juris Ecclesiæ ad Dominum migraverunt. Cristianissimus vero Rex *Scottorum*, tantum Sacrilegium relinquere nolens impunitum; cum Exercitu profectus est, ut Comitem caperet. Sed Comes hoc audito, de Regno Regis aufugit, et more *Caini* vagus & profugus per Maris Insulas pervagatus. Qui tandem ita composuit cum Rege: In primis, quod Decimas Fœni Ipse et Heredes, et Homines sui in perpetuum persolverent; et eorum omnium Capita, qui dicto Sceleri interfuerunt, detruncata, ad Pedes Regis infra Sex Menses deportaret. Medietatem etiam Comitatus sui in Regis Manibus resignavit. Quædam etiam prædia illi Ecclesiæ contulit, cujus Episcopum interfecit. Insuper, etiam promisit, se *Romam* Pedes iturum: et super hiis, mandato Summi Pontificis pariturum.

MCCXXIII.

MCCXXIII.

Anno ab Incarnatione *Cristi* Millesimo, ducentesimo, vicesimo, tertio; facta est lucta *Londoniis* inter Familiam Abbatis de *Westmostre*, et quosdam Cives juniores de *Londoniis*: sed risus eorum conversus est in luctum. Et licet Familia Abbatis de Nocte prævaluisset, pluribus ex utraque parte vulneratis; mane tamen sequenti, populus *Londoniensis* elegit sibi Novum Majorem, et Stipendiarios armatos sub Banno publico conduxerunt: et Ducem Belli sibi præficientes, irruerunt in Ecclesiam de *Westmostre*. Sed alicujus sapientis Consilio inde divertentes, diruerunt domos Senescalli Abbatis, tam in Civitate, quam extra. Deprædati sunt etiam Mobilia ipsius, tam Viva quam Catalla alia. Post aliquot vero dies, cum *Philippus Daubeni*, familiaris Domini Regis, esset *Londoniis* hospitatus, et Abbas de *Westmostre* accessisset ad eum, de violentiis sibi illatis querelam propositurus: *Londonienses*, hoc percipientes, circundederunt, sicut Apes, domum illam, et duodecim Equos Abbatis violenter² adduxerunt; et famulos ipsius verberantes, & Milites, qui cum Eo venerunt, male tractantes, ipsum Abbatem capere nisi sunt. Et dum *Philippus* tumultum sedare vellet, et non

¹ Sic. ² L. abduxerunt.

MCCXXIII.

posset; Abbas per posteriorem partem Domus clam discessit, et quandam Naviculam apud *Thamisiam* intravit. Quam cum à Terra Nauta procul pelleret, Cives Lapides post illos projece-
 † D. fol. 20. runt; et sic Abbas † vix evasit. Cum vero tantus furor Civium ad aures Justiciarii pervenisset: Ipse, accitis Majore et Primoribus Civitatis, inquisivit, qui essent hujus Sceleris principales auctores? Et Inquisitione facta, cepit *Constantinum Aioph*, et duos Nepotes ipsius Nobiles, qui quoniam accusati arroganter responderunt, Laqueo sunt suspensi. Postea vero Dominus Rex, quia ob hanc Causam Cives murmurarunt, cepit ab eis Sexaginta Obsides, quos ad diversa Castra in Custodiam transmisit. Majorem Civitatis deposuit, et suum Custodem ibi constituit. Gibbettum Grandem jussit præparari: et post graves comminationes Regis, et multa Colloquia Baronum habita cum eis, reconciliati sunt Regi, multa Milia Marcarum numerantes.

Eodem anno, obierunt Episcopi *Exoniensis*, *Cobentrensis*, *Carleolensis*, et Abbas de *Bardenei* *Willelmus de Stodham*, Frater *Ricards^{us} Brun.*

1 Hoc pacto in *Apographo Wanleiano*, ut *Willelmus de Stodham* Abbas fuerit de *Bardenei*. Sed quærendum. At vero hac in re illi maxime audiendi videntur, penes quos sunt *Registra*. Neque par est, ut sine *Registris* nostra valeat auctoritas.

MCCXXIII.

Eodem anno, factus est quidam Antipapa in *Bulgaria* juxta *Ungariam*; qui Legatum suum, *Bartholomæum* nomine, misit in *Albegeſiam*: ubi ab Hæreticis susceptus, Episcopos deposuit; Presbyteros & Clericos ordinavit; Causas Ecclesiasticas judicavit; Et licet Articulos Fidei professus fuerit, *Romanam* tamen Ecclesiam diffamavit. Contra quem, *Senonis* multarum Provinciarum celebratum est Concilium, Episcopo *Portuensi* ex parte *Romanæ* Ecclesiæ præſidente; et sic evanuit Apostata memoratus. Antipapam vero ad Mandatum Summi Pontificis Rex *Ungariæ* capere voluit, sed aufugit.

Eodem anno, factus est Terræ-motus magnus, diversis locis in *Italia* & *Apulia*; ita quod Civitas *Briffiensis* demollita est. In qua ¹ pleraque Milia hominum sub Muris & Palatiis perierunt. Alii autem fugientes, novam Civitatem juxta situm Veteris fundaverunt. *Vnetiis* autem adeo Terra tremuit, quod Ecclesiarum Campanæ ex solo Terræ motu tanquam hominum tractu sonuerunt. In *Quadragesima* etiam *Romæ* quadam die, ab hora prima usque ad sextam, pluit Aër ² pluverem rubeum; ita quod Itinerantes viderunt singuli Cappas suas subrubeas, et Coelum quasi sanguineum conspexerunt.

¹ Vide supra sub an. MCCXXI. ² Sic Apogr. Wanl. L. pulverem.

MCCXXIII.

Eodem anno, Prior *Dunstapliæ* factus est Visitator Ordinis Nostri in Provincia *Eboracensi*, una cum Abbate de *Derleia*. Qui pacifice executi sunt Officium suum usque ad Ecclesiam de *Hircham*. Ubi occurrens eis Prior de *Novo-Burgo*, contra ipsorum Officium appellavit; quem Ipsi in recessu suo Excommunicaverunt.

Eodem anno, percepimus primum Croppum de *Walidena* et *Tiscinctuna*: et obtinuimus in Curia Regis Præsentationem Ecclesiæ de *Herlingeduna* contra *Ricardum Piroth*. Et Prior de *Spewham* obtinuit Contra Nos Præsentationem Ecclesiæ de *Aspele*.

Eodem anno, Rex *Ierosolimitanus* venit in *Apuliam*, et provisum fuit ejus Consilio, ut fieret Concilium Generale apud *Veronam*, ad quod vocati sunt Senescalli omnium Regum *Cristianorum*. Veruntamen, quia nec Papa nec Imperator interfuit, dilatum et translatum est dictum Concilium in *Campaniam Apuliæ*. Cui interfuerunt Summus Pontifex & Imperator, & Rex præfatus, qui dedit Filiam suam dicto Imperatori, scilicet *Federico*, in Uxorem. Et ibidem prolocuti sunt de transitu *Cruce-Signatorum* et *Signandorum* in *Terram Sanctam*, cum *Treugæ* defecerint, quæ captæ fuerunt apud *Damiatham*. Inde vero divertit Imperator subjugando sibi re-

MCCXXIII.

belles & ¹Siciliæ. Rex vero *Ierosolimitanus* profectus est *Romam*; cui Papa contulit donaria multa; et pro Expeditione *Terræ Sanctæ* plura promisit. Inde profectus est in *Franciam*: quem Rex *Philippus* honorifice suscepit, & ad opus *Terræ Sanctæ* Ei Quinquaginta Milia Librarum de *Parisiensi* Moneta legavit. Totidem *Templariis* et totidem *Hospitalariis* reliquit.

Eodem anno, obiit *Philippus*, Rex *Franciæ*, sepultus upud *Sanctum-Dionysium*. Pater populi,
gif?
& Mater Scholarum; potens in proelio, & providus in consilio. Post cujus mortem, *Lodovicus*, Primogenitus Filius ipsius, *Remis* in Regem Coronatus est. Veruntamen *Pandulfus*, *Norwicensis* Episcopus, adversus eum Sedem Apostolicam appellavit, ne quis ei Coronam imponeret, nisi prius *Normanniam* Regi *Angliæ* restitueret, sicut super ²Sancta juraverat, quando dicto Regi reconciliatus fuerat post Guerram in partibus *Anglicanis*. Sed, hoc non obstante, Coronatus est. Ob hanc etiam eandem Causam missi sunt ad *Lodovicum* *Stephanus* Archiepiscopus *Canuariensis*, Episcopi *Londoniensis* & *Saliburien-sis*: sed vento contrario præpediti, Coronationi interesse nequiverunt. Sed post Coronationem, occurrit eis Novus Rex apud *Cumpeinam*, qui

1 Sic. 2 Sanctorum reliquias.

MCCXXIII.

super *Normanniæ* et damnorum illatorum in *Anglia* restitutionem requisitus, respondit, quod non solum *Normanniam* non restitueret, quæ fuerat Regi *Angliæ* abjudicata, et Coronæ *Franciæ* per Judicium annexa; sed etiam *Angliam* totam, cum videret tempus, peteret, tanquam sibi per Barones *Angliæ* donatam, et Regi *Johanni* abjudicatam.

† D. fol. 20,
b.

† Eadem tempestate, *Leulinus*, Regulorum *Guallie* major, Regis *Angliæ* Sororius, petiit à Rege *Angliæ* auxilium, ut quædam Castra, per *Walenses* injuste Regno *Angliæ* subtracta, posset in statum debitum restituere. Habito vero auxilio, dicta Castra cepit & destruxit, et Terram ipsam sibi retinuit. Cum eodem etiam Exercitu Terram *Willelmi Marescalli*, quem exosum habuit, subito invasit; et Animalia, quæ invenire potuit, domibus inclusit; et domos ipsas Igne combuffit; et damnum ei intulit infinitum. *Marescallus* vero, tot mala perpeffus, cum se non posset ulcisci, profectus est in *Hyberniam*, et per totam hyemem Exercitum congregavit. *Leulinus* vero interea duo Castra, sita in margia *North-Wallie*, quæ fuerant *Fulconis Filii-Warini* funditus destruxit. Quod Rex *Angliæ* moleste ferens, quia contra Pacem suam factum est hoc, congregato Exercitu accessit ad Margiam, ut de Pace

MCCXXIII.

Pace infracta fumeret ultionem. Comes vero *Cestriæ*, *Leulini* familiaris et amicus, Domino Regi occurrit, et pro dicto *Leulino* fide-jussit de Satisfactione infra certum diem præstanda. Et sic Exercitus ad propria remeavit. Cum autem dictus *Leulinus* infra datum diem non satisfaceret, accidit, ut *Marescallus* in Ebdomada *Passionis* de *Ybernia* veniens cum multis Milibus populorum, applicaret in *Suth-Wallia*. Ubi, ad preces Regis *Angliæ*, Treugis quindecim diebus ad componendum concessis, dilata est Guerra. Sed cum interim Pax non proveniret, mota est Guerra; et venerunt in auxilium *Marescalli* Comes *Gloucestriæ*, Comes *Salusberiae*, Comes ¹ *Cesariæ*, Comes ¹ *Suthfolhiæ*, cum multis Baronibus *Margiæ*, et *Angliæ*. Qui aliquando *Gualensibus* ² obviantes in quibusdam locorum angustiis vix mortem evaserunt, ubi plerisque armatos, et Equos multos amiserunt: et ex *Gualensibus* multi perierunt. *Marescallus* autem, Terras, quas occupavit, Castris memorialibus præmunivit, et diruta reparavit. Tandem vero Rex *Angliæ* cum Exercitu partes illas adiit, et *Leulinum* ab obsidione cujusdam Castri ammovit. Qui per Archiepiscopum *Cantuariensem* sollemniter extitit Excommunicatus; quia Regnum *Angliæ* contra

1 Sic. 2 F. obviantes.

MCCXXIII.

Protectionem Domni Papæ temere perturbavit. Tandem vero, cum Guerras sustinere non posset, de Pace tractavit; imprimis jurans, quod pareret mandatis Ecclesiæ, per Archiepiscopum extitit absolutus: et sic composuit sub hac Forma. Quod Rex *Angliæ* retineret *Montem-Gumeri* cum Castro et Districtu ejus: et Mariscallus retineret Terras quas occupaverat, exceptis solis illis Terris, quas *Leulinus* in principio guerræ possederat, ut Feodum et Hereditatem. *Leulinus* etiam repararet Castra *Fulconis*, quæ contra Pacem Regis dissipaverat, et dicto *Fulconi* restitueret. Jacturam etiam Pauperum, pro viribus, restauraret.

Postmodum vero, Regis Exercitu recedente, Baronibus apud *Londoniam* convocatis, de mandato Domni Papæ, et assensu Baronum, provisum est, et Provisio publicata, Quod Ipse Rex haberet Legitimam ætatem quantum ad liberam Dispositionem, de Castris & Terris, et Gwardiis suis: non autem, quoad hoc ut in Placito posset ab aliquo communiri.

Interea, Comes *Cestriæ* et Comes de *Albamarra*, et *Falcusius*, et *Briennius de Insula*, et eorum complices, armata manu, ex improvise, voverunt murum *Londoniarum* furtive surripere. Sed Rege approximante, est dissipatum eorum Consilium: et in proposito deficientes, usque ad
Bur-

MCCXXIII.

Burgum de **Waltham** retrorsum abierunt. Et sic per evidentiam hujus operis eorum Seditio patefacta, *Stephanus Cantuariensis* Archiepiscopus, cum multis Suffraganeis suis, qui tunc præsentes **Londoniis** fuerant, misit Nuntios Pacis ad Barones memoratos, ut venirent ad Regem, de tanto Excessu satisfacturi, et Domino suo reconciliandi. Qui, cum coram Rege venissent, dixerunt unanimiter, se nihil contra Regem fecisse, nec facere velle; sed modis omnibus oportere *Hubertum de Burgo*, Justiciarium vocatum, ab Administratione amoveri, tanquam ¹ Tesauri Regis dissipatorem, et Populi oppressorem. Justiciarius verò tunc præsens, hiis auditis indignatus, in verba contumeliosa prorupit, et in *Petrum, Wintoniensem* Episcopum, omnium culpam refundere volens, ipsum vocavit Regis et ² Rengni Proditorem; et omnia mala, quæ evenerant Regis *Johannis* et Regis *Henrici* temporibus, asseruit per Ejus malitiam esse patrata. Dicitur autem Episcopus, pro malis mala refundens, comminatus est, quod si deberet expendere quicquid haberet, Ipsum Justiciarium à potestate sua faceret amoveri: et de medio consurgens cum complicibus suis superius nominatis, murmurando recessit.

¹ Sic. ² Sic.

MCCXXIII.

Instante vero ¹ *Nathale Domini*, apud *Porthamtonam* ipsum *Natale* celebrare disponunt, et magnum ibidem faciunt apparatus. Quod ut Rex ^{† D. fol. 21.} *audivit*, jussit ibidem *Natali Domini* † necessaria præparari. Scismatici autem hæc attendentes, usque *Leycesteram* diverterunt. Quibus recedentibus, venit Rex *Porthamtonam*, et cum eo Dominus *Cantuariensis* Archiepiscopus, et tot Episcopi, et Comites, et Barones, et Milites armati, quod nec in diebus Patris sui, nec postea, dinoscitur tale festum in *Anglia* celebratum. Quinto etiam die *Natalis Domini*, dicti Scismatici ad Regem venerunt, et ad Communicationem & Comminationem Domni *Cantuariensis*, tam dicti Scismatici, quam qui ex parte Regis fuerant, in manu Domini Regis omnes Wardias suas resignarunt. Et sic Festo dissoluto, amici Regis cum magno Tripudio, et inimici ejus cum multa Confusione recesserunt.

Eodem anno, terminatâ *Guerrâ Gwalie*, *Hugo de* ² *Lacci* clam transfretavit in *Yberniam*. Et cum *Walterus de* ³ *Laccy*, frater suus, esset Dominus Terræ de *Midta*; dictus *Hugo*, collecto Exercitu de Terra Fratris sui, movit Gweram in ea parte *Yberniae*, quæ ad Regem *Angliæ* pertinebat, ita quod fere usque ad *Divilinum* pervenit. Et sic *Dublinensis* Archiepiscopus, tunc in

1 Sic. 2 L. Lacci. 3 L. Lacey.

MCCXXIII.

partibus illis Regis Justiciarius, coactus est ab eo Treugas emere usque ad sequentem æstatem, quoniam de subito & furtivo adventu *Hugonis* non fuerat præmunitus.

Eodem anno, Rex *Ierosolimitanus* in *Angliam* venit, et à Rege *Angliæ* & *Cantuariensi* Archiepiscopo, tam *Cantuariæ* quam *Londoniis* solemniter & honorifice susceptus est. Sed ideo munera pauciora data sunt illi, quia dissuasit Regi *Franciæ* ¹ iurâ Regis *Angliæ* reformare.

Eodem anno, mortui sunt *Symon Exoniensis* Episcopus, *Willelmus Cobventrensis* Episcopus, *Radulfus Hareng* Justiciarius, *Radulfus* Abbas de *Wemuster*, ^{aliena manu.} *Rogerus de Esseburna*.

MCCXXIV.

Anno ab Incarnatione Domini 1224, anno Regis Octavo, formatum est ² *Cirograffum* in Curia Regis, inter Priorem de *Dunstaple* et *Willelmum Filium-Baldewini*, de Terra *Johannis Nerbonensis*.

Eodem anno, formatum est *Cirograffum* inter Priorem de *Dunstaple* et *Ricardum Piro*t, super Ecclesiam de *Helingedune*.

Eodem anno, Magistro *Ricardo de Stanford* Regente Scolas *Dunstapliæ*, orta est rixa inter

¹ F. jura. ² Sic.

MCCXXIV.

Burgenſes & Scholares, ita quod, multis vulnera-
t(is) hinc inde, unus Burgenſis inventus letifere
percuffus. Quo poſt paucos dies obiunte, *Ro-*
bertus Clericus de *Sirinctone* ab uxore defuncti
accuſatus, priuſquam deprehendi poſſet ¹ affugit.
Autumpno vero ſequenti, dictus *Ricardus* factus
eſt Canonicus *Dunſtapiæ*; et *Johannes de Mal-*
dona.

Eodem anno, in *Octavis Pentecoſtes*, defece-
runt Treugæ inter Reges *Franciæ* et *Angliæ*.
Rex autem *Franciæ* volebat, dictas Treugas elon-
gari in decem Annos; ſed Concilium Regis *An-*
gliæ non conſenſit niſi in Treugas quatuor An-
norum. Et ob hoc Rex *Franciæ* profectus in *Pi-*
ctaviam, recepto Homagio Comitum de *Margia*,
et datis Treugis unius anni Vice-comiti de *Tuar-*

do, primo obſedit et cepit Caſtrum de *Niorz*,
poſtmodum ſine omni Obſidione ſubjecerunt
ſe illi Caſtrenſes de *Sancto-Johanne-Evangelista*.
Quo capto, profectus eſt ad *Roſcellam*, in quo,
præter Loci Incolas, fuit Vir Nobilis *Savaricus*
de *Mauleun* cum Septuaginta Militibus, et *Ri-*
cardus de Grai, et *Galfridus de Novilla* cum Sex-
aginta Militibus miſſis à Rege *Angliæ*. Qui cum
² incolæ Caſtri exierunt obviam Regi *Franciæ*, et
multos *Francos* interfecerunt, et ibidem aliquos

¹ Sic, pro auſugit. ² F. incolis.

MCCXXIV.

de suis perdiderunt. Tandem vero, Rex Castrum obsedit, cum Tribuchettis, et Petrariis, et Magunellis, et machinis infinitis. Qui vero interiorius fuerant, Machinis contra Machinas oppositis se viriliter defenderunt.

Eodem anno, in *Octavis Pentecostes*, dum Rex cum Clero & Baronibus Regni apud *Dorham* de successu *Pictaviae* tractaret, *Wilhelmus de Breaute*, de assensu *Falkasi* Fratris sui, cepit *Henricum de Braibrac*, tunc Justiciarium Domini Regis in Banco, et in Castro *Bedefordiae* detinuit in Prisonsa. Quod Rex graviter ferens, suspenso *Pictaviae* succursu, obsedit *Bedefordiam*; in cujus auxilium venit *Cantuariensis* Archiepiscopus, cum Episcopis et Abbatibus Suffraganeis: et insuper concefferunt ei Caruagium, scilicet dimidiam Marcam de singulis Carucis Dominicis; et duos Solidos de singulis Carucis Tenentium suorum; et duos Operarios de singulis Hydibus ad machinas exercendas. Sed, ne hoc traheretur aliàs in Servitutem, Dominus Rex fecit eis Cartas de futuri temporis immunitate. Interim autem, *Falkasius* se subtraxit, in Terra Comitis *Cestriae* moram faciens. Sed idem Comes et Episcopus *Wintoniae*, et Comes de *Aubemarlia*, et *Wilhelmus de Cantilupo*, et *Brien-*

i Vel Breauce.

MCCXXIV.

nus de Insula, et Petrus de Malo-lacu, cum eorum Satellitibus Exercitum Regis fide fecuti sunt, sed Verbis et Operibus omnibus se suspectos † reddiderunt. Tandem vero, cum Episcopus Wintoniensis et Comes Cestrensis viderent se à secretioribus Consiliis Regis exclusos, occasionem quærentes ab amico, ad propria divertentur. Interim vero, ruina Castri imminente, et Episcopo Cestriæ Nuntio Regis mediante; rediit Comes ad Regis Curiam, et ¹ Falsacius usque ad Northampton. Quo ibidem existente sub Conductu Regis, et Martino de Pateshulle et Archidiacono Bedefordiæ inter Regem et Ipsum de Pace tractantibus, captum est Castrum sub hac forma. Ex parte Orientali fuerat una Petraria, et duo Maggunella, quæ cotidie Turrim infestabant. Et ex parte Occidentis erant duo Maggunella, quæ Turrim Veterem contriverunt. Et unum Maggunellum ex parte Australi, et unum ex parte Aquilonari: quæ duo in Muris sibi proximis duos Introitus fecerunt. Præter hæc erant ibi duæ Machinæ Lignæ arte fabrili supra Eminentiam Turris et Castri erectæ, ad Opus Balistariorum & Exploratorum. Præter hæc, erant ibi ² pleræque Machinæ, in quibus, tam Balistarii quam Fundibularii in Infidiis lati-

† D. fol. 21,
b.

¹ Sic. ² Miltæ.

MCCXXIV.

tabant. Præterea erat ibi Machina, quæ vocabatur **Cattus**, sub qua Fossores subterranei, qui Mineatores appellantur, Ingressum et Egressum habebant, dum Muros Turris et Castri suffoderunt. Captum est autem Castrum per quatuor

attacks

Insultus. In primo capta est Barbecana, ubi quatuor aut quinque ¹ Forinfeci sunt occisi. In secundo capta est ² Forinfeca Ballia, in qua, plures occisi sunt: In qua, nostri lucrati sunt Equos cum Ernasiis, Loricis, et Balistas, Boves & Bacones et Porcos vivos, et alia multa quorum non est Numerus. Domos autem cum Blado et Fœno qui intus fuerant combufferunt. In tertio Insultu, cecidit Murus juxta Turrim Veterem per Mineatores, ubi per Ruinam ingressi sunt nostri, et per grave periculum interiorem Balliam occuparunt. In qua Occupatione, multi de Nostris perierunt. Decem etiam ex nostris Turrim ingredi cupientes, inclusi sunt et ab Inimicis retenti. Ad quartum vero Insultum, in Vigilia Assumptionis, circa Vesperas, suppositus est Ignis Turri per Mineatores, ita quod fumus prorupit in habitaculum Turris ubi Hostes erant: et fissa est Turris, ita quod Rimæ in latum apparebant. Et tunc Hostes, de salute sua desperantes, uxorem *Falconis*, et omnes Mulieres cum

¹ *Extranei, habitantes extra burgum.* ² *Exterior.*

Ea, ad *H(ubertum)* Justiciarium Regis, cum aliis Militibus quos prius incluserant, sanos et incolumes exire permiserunt, et seipfos mandato Regis subjecerunt, Vexillum Regis in summitate ¹ Regis collocantes: et sic sub Custodia Regis, nocte illa in Turri permanferunt. Mane vero sequenti, ante Tribunal Regis exhibiti, et per Episcopos ab Excommunicatione absoluti, ad Mandatum Regis & Justitii sui suspensi sunt in patibulis Octoginta et plures. ² Turres vero, ad preces Principum Rex indulfit *Templariis*, ut in habitu suo in *Terra-Sancta* Domino militarent. Capellanus vero Castrum Archiepiscopo liberatus est, per forum Ecclesie judicandus. Quantum vero Thesaurus, et quam multiplicia Armamenta & Victualia in Turri reperta sunt, facile non est enarrare. Et sic abierunt in dispersionem quaecunque habuit *Falco* in *Anglia*, sive Mobilibus, sive Immobilibus.

Hiis autem peractis, ductus est *Falco* *Bedfordiam* cum paucis ipsum Comitantibus; sui autem absoluti sunt; Ipso in Executione manente donec restitueret Regi Castrum de *Plumstone*, et Castrum de *Stokes-Curri*; et Vasa Aurea et Argentea, et Pecuniam quam habebat: et ideo *Londonias* ductus est.

1 Sic. 2 Sic.

MCCXXIV.

Interim vero, jussum est Vice-comiti Turrim
ward?
 & Balliam exterior^{em} demolliri; interior vero
banks?
 Ballia amotis propugnaculis, & fossatis undique
 explanatis, *Willelmo de Bello-campo* ad inhabitandum remansit. Lapid^{es} autem concessi sunt Canon^{icis} de *Deuham* et de *Chaldewelle*, et Eccles^{ie} *Sancti Pauli Bedefordie*. *Falco* vero postmodum *Londonis* absolutus est; et quia Cruce-signatus erat, permissus est abire *Romam*: et mare transiens, et applicans apud *Fiscampum*, à Balivis Regis *Franciae* detentus est. Tandem, *Pascha* sequenti à Carcere liberatus, *Romam* adiit, et Litteras valde affectuosas ad Regem impetravit de recuperandis Uxore et Terris suis. Unde Rex cum Baronibus suis rescripsit Domno Papæ Proditionem ipsius: et sic passus repulsam, *Trecas* abiit; et ibi per annum moram faciens, licentiatus est à Regno *Franciae*, quia noluit facere Homagium Regi. Tandem *Romam* rediens, cum multa Instantia impetravit Uxorem cum Patrimonio sibi restitui, per Literas ad Judices delegatos: et sic multis debitis oneratus ab Urbe rediens, apud ² Sanctum-cirricum diem clausit extremum.

1. Sic. 2. L. Sanctum-Ciriacum. Vide *Mat. Paris.* p. 335. *Ed. Wats.*

† D. fol. 22.

† Eodem anno, *Robertus Passeleme* et *R*

de Cantia pro Comite *Cestriae* et sibimet-
 ipsis, profecti sunt *Romam*; praestito tamen prius
 juramento, quod nichil contra Regem vel Regni
 commodum postulerent. *Romam* vero venien-
 tes, instanter petierunt, quod Legatus in *An-*
gliam mitteretur, qui Regem cogeret dictum Co-
 mitem et suos ¹ in prius ad familiare Regis con-
 silium admittere, et Custodiam Castrorum suo-
 rum eis restituere, eo quod Patri suo tempore
 Guerræ Fideles extitissent. Sed Archidiacono
Bedesfordia, et Magistro A Cancellario
 Archiepiscopi viriliter resistentibus, fru-
 strata est spes eorum; ita quod sine Honore re-
 dierunt: eo quod praedicti Nobiles, qui Fideles
 aliquando videbantur, in Destructionem Regis
 & Regni conspiraverant.

Eodem anno, in Octavis Pentecostes, fuerunt
 Justiciarii Itinerantes apud *Dunstaple*. Ubi
Falchafius de triginta-quinque Saisinis convictus
 est. Et ideo commotus ad iram, Justiciariis re-
 cedentibus, posuit Insidias; et tunc, Mandato
 ejus, captus est *H de Braibroc*: unde
 multa mala prodierunt.

Eodem anno, orta est Dissensio inter *Cobens-*
trensem & *Lichesseldensem* Ecclesias super Ele-

¹ *Complices*. Vide *Watſii Glossar.* ad *Matt. Paris.* voc. im-
 priſii. *A Gallico* *emprendre*, ut notatum *Dufreſnio in Gloss.*

MCCXXIV.

etione Episcopi. Ita quod post Appellationem *Lichfeldensium*, *Cobentrenses* Abbatem suum in Episcopum elegerunt. Sed pro dicta Appellatione, per Dominum *Cantuariensem*, cassata fuit Electio memorata. A qua Cassatione Monachi *Sedem Apostolicam* appellaverunt. Monachis autem Appellationem prosequentibus, et Canonicis resistentibus, Concordia talis intercessit; Quod Summus Pontifex, de Assensu partium, dedit eis Magistrum *Alexandrum* in Episcopum, salvo jure utriusque Ecclesiæ. Qui circa festum Sancti-Jacobi venit in *Angliam* Consecratus; à Rege, et Clero, et Populo, honorifice susceptus.

Eodem anno, Rex *Ferusalem* duxit in Uxorem Filiam Regis *Castellæ*, Sororem uxoris *Lodowici* Regis *Franciæ*, et Neptem Regis *Angliæ*.

Eodem anno, obiit Comes de *Arundel*; et *H(ubertus de Burgo)* Justiciarius, custodiam Comitatus sui suscepit.

Eodem anno, obiit Rex *Arragonensis*, cujus Sororem et Heredem habuit Comes *Tholosanus*; qui *Romanæ* Ecclesiæ plenarie se subjecit, et ejus mandatis parere juravit: maxime circa Hæreticorum Expugnationem & Unitatis Fidei Conservationem; et circa Succursum Terræ Sanctæ: et ita, plene reconciliatus est. Unde Rex *Franciæ*, qui Terram *Albigensium* invadere disposue-

MCCXXIV.

rat, in *Pictaviam* cum Expeditione divertit. Ubi, primo cepit Castrum de ¹ Niorth, secundo, Castrum *Sancti-Johannis Evangelistæ*. Deinde obsedit *Rokellam*, quam per dolum *Saverici de Maulines* sibi subjugavit, qui ² simulabat amicum Regis *Angliæ*; et ideo interiùs constitutus, dissolvit corda Bellatorum, ³ et deditioem Castrum majoris partis animos provocavit. Salvis Libertatibus, et Liberis Consuetudinibus Castrensium; et salvis Militibus Regis *Angliæ* et ⁴ *Hernasiorum* qui intus fuerant constituti.

MCCXXV.

Anno ab Incarnatione *Cristi* 1225. *Willelmus Marcellus Junior* duxit in Uxorem Sororem

¹ Sic. ² F. simulabat se amicum. ³ F. et ad ded. ⁴ *Apparatum omnem bellicum Hernasium, pluraliterque Hernasia, olim vocitabant. Atque inde etiamnum quoque ejusmodi apparatus Harnes lingua dicimus vernacula, ita tamen, ut maxime ad equitem, ejusmodi apparatu ornatum ac instructum, spectet. Milites autem Hernasiorum hic memorati ita distincti ab ipsis Regis militibus erant, ut milites Regis ex domo sane essent Regia & ex ejus peculiari familia, stipendiisque proinde honorati, milites vero Hernasiorum, apparatus bellici destinati curæ, extra curiam Regiam agerent vitam, stipendiisque certis destituti, nihil fere in victum acciperent, præterquam quod peritia sua ac laboribus in munere suo promovendo comparare quiverint. Tantos autem progressus habebant milites nonnulli his in rebus, ut cum excellentibus in eo genere vel Græcis vel etiam Romanis comparari possent; id quod nemini obscurum esse patet, qui primis etiam, ut dicitur, labris historias nostras antiquas gustaverit.*
Hen-

MCCXXV.

Henrici, Regis *Angliæ*. Et cum ea Tempestate *Hugo de Lasçi*, dimissa legitima Uxore, adulteram assumpsisset, et in *Yberniam* tendens, quædam Castra, ¹amicei Nomine simulato, occupasset, et ²Tenseriam de *Ybernia* usque ad Civitatem *Dublinensem* extorsisset; zelo zelatus est dictus *Marscallus*, et, accincto gladio Fortitudinis, in manu forti & brachio extento tendens in *Yberniam*, irruit in *Hugonem*; et Castra, ab eo furtive subrepta, obsedit; et ipsum de Loco in Locum fugavit, donec abrupta Montium et Nemorum densitates sibi assumeret in Auxilium. Tandem, videns se resistere non valere, Castra sua *Marscallo* reddidit, et se Misericordiæ Regis subjecit. Et sic ³cum *W(illelmus) Marscallus*, sicut Domini Regis Justiciarius, totam *Yberniam* Fidelitati et Paci Domini Regis *Angliæ* subjecit, et de Universis ad Nutum suum disposuit.

Interea, misit *H(ugo) de Lasçi* in *Angliam*, sub Ducatu *Johannis Marscalli*, ad Regem, cum Litteris supplicatoriis; ut sic eum in Gratiam suam admitteret, quod alii æmuli Regis ejus exemplo facilius ad similia provocentur. Qui veniens ad Regem, infra octo dies non vidit faciem ejus. Fuerat enim Excommunicatus de mandato Domni Papæ per Archiepiscopum *Du-*

¹ L. anici. ² Censum. Vide supra sub an. MCCXV.
³ F. delend.

MCCXXV.

blinensem; ¹ qui Regnum *Yberniae* temere perturbavit. Sed tandem vices suas commisit Domino

^a D. fol. 22, ^b *Cantuariensi*, qui dictum *H(ugonem)* secundum formam Ecclesiae, à Vinculo Excommunicationis absolvit: sed apud Regem, tunc nihil aliud impetravit. Reverso vero *Willelmo Marescallo* ab *Ybernia*, ad Instantiam ipsius, dedit Rex dicto *H(ugoni)* ducentas Marcas de *Sca(ca)rio* suo, donec uberius provideret. Idem etiam Rex dedit dicto *Marscallo Lutonam*, et omnes alias Terras, quas idem *Marscallus* ² *Falcusio* quondam stulta Prodigalitate contulerat. Et ita recuperavit quod prius stulte donavit.

Eodem anno, misit Rex *Romam* Nuntios elegantes, de Rege *Franciae* conquerentes, quod *Pi-daviam*, et alias Terras Regis *Angliae*, Vassalli Ecclesiae *Romanae*, temere praesumpsit invadere: eas reddere contradicens, non obstante eo, quod, praesente et non contradicente Procuratore Regis *Franciae*, et aliorum Principum *Cristianorum*, de communi Consilio provisum fuit ab Ecclesia *Romana* et statutum, quod *Guerrae Cristianitatis* deberent vel finali Concordia terminari, vel longa Treugarum interpositione suspendi. Quod cum Rex *Franciae* per Exploratores suos didicisset; comminatus est *Anglis*, quod non solum

1 F. quia. 2 Vel, Falcazio.

MCCXXV.

Terras habitas retineret, verum etiam *Angliam* infra paucos dies adquireret, velut Terram sibi juratam, et cujus Heredem Legitimum penes se habebat. Statimque misit Literas Regias ad omnes partes Maritimas, promittens tam Nautis quam aliis Belligeris, tam *Francis* quam *Anglis*, Hereditates, Libertates, et Donaria multa, omnibus qui sibi vellent in hiis Negotiis adhærere. Afferuit etiam, se fore securum de *Anglia*, tum quia Rex Puer et Pauper erat, tum quia Nobiliores Regni Eum securum fecerant de Regno Ei tradendo per Obsides et Instrumenta. Quod Rex *Angliæ* audiens, timuit; et inito consilio cum Fidelibus suis, partes Maritimas præmunivit, et in Insulas adjacentes Exercitum misit, et à *Quinque Portibus* Obsides accepit. Tandem Generali Colloquio *Lundoniis* celebrato, petiit Rex à Baronibus suis pro Regni Defensione Auxilium generale. Barones vero, vice versa, Libertates quasdam exigerunt à Rege *Johanne* concessas, et ab Ipso Rege postmodum Confirma-

in marg. eadem manu.

tas, licet nondum (Balivis suis impediens) servatas. Post multas vero sententiarum Revolutiones, communiter placuit, quod Rex tam Populo quam Plebi Libertates, prius ab Eo Puerro concessas, jam Major factus, indulfit. Et vi-

ce versa, Archiepiscopi, Episcopi, Comites, Barones, et Viri Religiosi Ipsi Regi in tanto discrimine, quintam-decimam Mobilium suorum liberaliter concesserunt. Quod, quia Clerici Seculares non admiserant, impetravit Rex Literas Domni Papæ ad Clerum *Angliæ* Generales, de auxilio competenti Ei conferendo, secundum Beneficiorum suorum facultates.

Eodem anno, ¹ Regno Regis nono, habuimus duas Misericordias de Nova Disseifina à ² Scacario: scilicet à *Johanne Juvene*, et *Alexandro* Fratrem suo, de Itinere *Henrici de Braibroc* et Sociorum ejus.

Eodem anno, Inrotulata est in Rotulo Regis, Conventio facta inter Nos et *Magistrum Roge- rum de Newport*, de Terra de *Heginhou* in V. septimanas post *Pascha*.

Eodem anno, factum est Cirograffum inter Nos et Monachos de *Wuburne*, super Quietancia Thelonei in Foro de *Dunstaple*. Pro qua, dederunt Nobis Octo Marcas; et Magister *Simon Bubelin* pro eis, annum Reditum Trium Solidorum.

Eodem anno, Obiit *Johannes*, Episcopus *Elie- nsis*; et substitutus est ei Archidiaconus *Portwi- tensis*.

1 F. Regni. 2 Sic.

MCCXXV.

Item, obiit *E* Prior de *Deuwinham*; et substitutus est ei *Herveius*, Prior de *Ofeneia*.

Item, obiit Prior de *Sancto-Neotho*.

Item, Prior de *Huntedone*.

Item, Prior de *Suert*.

Item, *Hugo Bigot Comes*; cujus Uxor, scilicet, Soror *Marscalli*, statim nupsit Comiti *Warrenniæ*.

Item obiit *Johannes de Bovilla*.

¹ *Rober(tus) de Ferariis*.

Item Prior de *Killelep*: et *Theobaldus de Walloines*.

Eodem anno, per Mandatum Regis, *Ricardus* Frater ejus cum magna Solempnitate Miles factus, cum *Willelmo* Comite *Saresbiriæ* Patruo suo, et multis Militibus, et magno Thesauro, profectus est in *Gasconiam*; et ab Archiepiscopo et Civibus *Burdigalensibus* honorifice receptus est. Et statim se subjecit ei Provincia illa, exceptis duobus Castris à Rege *Franciæ* præoccupatis: Quorum unum cepit dictus *Ricardus* infra tres Menses; alterum vero, quod vocatur ^{2*} *Reola*, cepit post novem Menses: ita quod Exteriorem Munitio-
nem cepit congressione Belli-
ca. Quo factò, Interior Munitio sine Conditio-
ne se reddidit, ubi dictus *R(icardus)* multa spo-

* de industria obscura scripta, in MS.

¹ F. item Ro. ² L. Reola. Vide *Matt. Par.* p. 324.

lia dicitur adquisisse. Hiis tamen Comes *Saresbitiæ* non interfuit.

Eodem anno, Miles ¹ quidem simulans se Comitem *Baldwinum*, qui quondam Imperator *Graciæ* fuerat constitutus, à multis in *Flandria* receptus est in Dominum. Et per multa argumenta Inter signorum et Cicatricum Corporis, pro ²uer nō fere ab omnibus est approbatus, et quingentis Militibus stipatus, ita dominabatur in *Flandria*, quod Comitissa filia sua, quæ noluit Eum in Patrem agnoscere, non potuit ei resistere: sed compulsa, ad Regem *Franciæ* fugere, pro multa Pecunia ei data ejus Auxilium habitura. † Unde Rex mandavit dicto Comiti, quod ad Eum accederet, tanquam Avunculus ad Nepotem, omnimodum Honorem recepturus, si verba sua condigna assertione probaret: et si forte timeret *Parisiis* accedere, saltem ad Marchiam communem Regi occurrere non tardaret. Quo cum venisset, et minus efficaciter Regi Fidem de Persona sua faceret; metuens capi, unius Noctis spatium ad deliberandum petiit. Quo Ei concesso; Media nocte sequente aufugit. Mense vero sequenti, in Marchia *Teutoniæ* interceptus est, et multis tormentis cruciatus, et in majoribus Burgis *Flandriæ* in Eculeo extensus est;

1 F. quidam. 2 F. vero comite fere.

MCCXXV.

et duo Canes hinc inde suspensi. Tandem vero, de nocte, ad mandatum Comitissæ, Capite truncatus occubuit. Populares tamen usque hodie credunt, Ipsum verum Comitem fuisse *Baldewinum*; et per invidiam Filiæ fuisse occisum: unde multa Miracula in locis suæ Passionis postmodum acciderunt. NB.

Eodem anno, *Rogerus de Cantilupo*, Miles Nobilis de *Essexia*, accusatus est de Pace Regis infracta; et Duello convictus, et tandem suspensus. Et Filii ejus Exheredati et Ut-Lagati.

Et in eadem æstate, per omnes Provincias *Angliæ*, Latrones adeo habundabant; et non solum transeuntes Bonis spoliabant; sed etiam Innocentes occidebant: Ita quod Nemo securus in Villis dormiebat, neque de Burgo in Burgum tutus incedebat. Ob quam Cladem sedandam, missi sunt Justiciarii Itinerantes per omnes Provincias *Angliæ* pro Novis Dissaisinis, et Carceribus vacuandis, et pro Hominibus de Malo Recto puniendis. Qui per *Angliam* multos suspenderunt: & in eorum Adventu, infiniti aufugerunt, patriam relinquentes. Quo tempore, in nostro Comitatu Justiciarii fuerunt *Simon de Ales* et *Richardus Buchet*.

Eodem anno, per Finem factum impetravimus Confirmationem *Willelmi Mariscalli* de Terra de *Chaltone*, et Confirmationem *Willelmi de*

MCCXXV.

Abrincis, de Terra de *Wurthing* . , et *Cyrographum* recepimus in Curia Regis contra *Monachos* de *Wuburne* de *Theloneo*. Item aliud

Cyrographum contra *Hugonem de Gornath* de Terra de *Hoctone*.

Eodem anno, *Archiepiscopus Coloniensis*, *Imperatoris* *Justiciarius*, interfectus à quodam *Confanguineo* suo & *Vasallo*, in *Infidiis*; quia *Archiepiscopus* dimittere noluit *Satellites* illius *Militis*, qui quoddam *Monasterium* fuerant deprædati.

Eodem anno, cum *Rex Daciæ* *Ducem Saxonie* in *Bello* cepisset, et partem *Terræ* suæ pro *Liberatione* sua ei dedisset, et de parte *residua* *Ei* *Homagium* fecisset, *Rex* ille quievit in *Domino*. *Cui* *Filius* suus *Miles ætatis Adolescentis*, volens sibi *Baronum* suorum *Gratiam* comparare, *solemne Festum* celebravit. Ad quod, *Archiepiscopos* & *Episcopos*, *Comites*, *Magnates*, et *Nobiles*, et *Ducem* nominatum inter ceteros invitavit; et præ omnibus, in *Convivio* *Ei* honorem exhibuit. *Festo* vero finito, volens tantam *Multitudinem* declinare, assumpto secum *Duce* præfato, in quendam *Insulam* divertit *navigio Galearum*. Ubi, præter *pocula patriæ*, tantum unum *Vini Dolium* invenit. *Rex* vero tanto magis *Duci* *inebriando* intendebat, quanto pauciori-

MCCXXV.

ribus intendere habebat. Dum vero Ipsum inebriare nitebatur, ipsemet inebriatus est, et multi de Familia sua cum eo. Unde factum est, ut, dum Ipse et sui crapulati à Vino sopirentur, Dux cum Familia sua Galeas Regis mari submerfit, et vigilem Regis interfecit, et Regem dormientem, pannis propriis involutum, in Galeas suas injectum, in Provinciam suam propriam asportavit. Quo comperto, et per Magnates Regni congregato concilio; quidam Miles strenuus, Confanguineus Regis et Heres, factus est Dux Exercitus omnium amicorum Regis. Qui Terram dicti Ducis invasit; et tum rerum deprædatione, tum Villarum Incendiis, tum Castrorum occupatione, Duci damna intulit infinita. Dux autem quandam Arcem inexpugnabilem habebat, in qua cum Rege furato residebat. Et licet de Corpore suo sibi non timeret, rerum tamen damna non patiens, obtulit primatibus Regis, si vellent cum Exercitu in *Daciam* remeare, ipse reduceret eis Regem eorum cum magno honore. Et juravit, quod statim Regem eorum interficeret, si hoc facere recusarent. Et tunc omnis Exercitus rogavit Ducem *Daciæ*, quod cum conditione præmissa ad propria remearet. Dux autem ad hæc respondit, *Quamvis sciam, quod animo fallendi hæc proferat; tamen ne videar magis Regnum quam Vitam ejus diligere, faciam quod hor-*

MCCXXV.

hortamini. Et sic Exercitu redeunte, et Duce Veritatem prophetante, delusa fuit Simplicitas popularis.

Eodem anno, multiplicata sunt Miracula apud Veram Crucem de *Bromholm*, quæ fuerat *Baldewini*, Imperatoris *Constantinopolitani*; et quam ab Eo accepit quidam Capellanus suus *Anglicus*, et eam in *Angliam* attulit, et loco contulit memorato.

Eodem anno, *Viel del Engaine*, *Radulfus de Brai*, et *Willelmus filius Elye*, accusati sunt de Crimine læsæ Majestatis, à quodam Milite *Ricardo Filio-Nigelli*. Unde apud Turrim *Londoniæ* incarcerati fuerunt. Sed quia dictus *Ricardus* fuit infamis, et Carcerem apud *Droniam* fregerat, et hoc Crimen detegere per dimidium Annum distulerat, ab Accusatione repulsus est,

et damnatus, ut Equis distractus, suspendio traderetur. Et sic accusati liberi abierunt.

Eodem anno, coram Romano Legato *Franciæ* de mandato *Honorii Papæ*, orta † Contentione inter Episcopum ¹ *Pariensem* et Cancellarium suum ex una parte, et Universitatem ² *Scolarum* ex altera; per diffinitivam Sententiam Legati damnatum et fractum est Sigillum Universitatis, et similiter ipsius Privilegia condemnata. Unde

1 Sic. F. Parisiensem. 2 F. Sclolarium.

MCCXXV.

Scolares moti excanduerunt in Legatum, et opprobria ei intulerunt. Quos dum famuli Legati repellere vellent, percutere famulos cœperunt, ita quod plerique hinc inde erant vulnerati, quidam etiam interfecti. Interim etiam Legatus recepit se in Palatium Episcopi, et misit ad Regem, qui tunc præfens fuerat in Urbe, pro Auxilio. Sed Scolares interim hostia Palatii confregerunt; et dum irruentes in Palatium, hostium Camerae & Capellæ frangere niterentur; in Turrim Palatii Legatus ascendit. Et ecce! Familia Regis superveniens, et Legatum à Manibus eorum liberavit, et Centum-quadráginta Scolares, infra januam Episcopi inventos, Vinculis & Carceribus mancipavit. Hiis autem omnibus, Magistri & Scolares *Angliæ* nec interfuerunt, NB. nec tantæ præsumptioni consenserunt. Legatus autem, in hujus sceleris fautores hujusmodi Sententiam promulgavit. *Quod Magistri nec ibi nec alibi de cetero Legerent; Beneficiati, Beneficia habita, et spem habendi alia perderent: Ordinati perpetuo suspenderentur.* Et quibusdam, qui gravius excefferant, pœnas intulit graviores.

Eodem anno, Classis Regis *Angliæ*, quæ duxerat Magnum Thesaurum ad *Ricardum*, Fratrem Regis, in *Gasconiam*, completo Nuntio, stu-

duit remeare. Quæ cum in directum ^{road} *Rochellæ* venisset, pro defectu Venti procedere non potuit. Quam cum *Savaricus*, Custos partis maritimæ, vidisset, et, ¹ Galleis suis intercurrentibus, quod Naves *Angliæ* ² deessent didicisset; mandavit eis, quod ad portum venirent, et tam Res quam Corpora sua redimerent: quod si nollent, minatus est, quod caperet et interficeret universos. Illi autem metuentes, obtulerunt Ei primo Sexaginta Marcas; postea Centum; postea ducentas. Dum vero Nuntii talia referrent *Savarico*, et Ipse oblata non acceptaret: iussit Navigia præparari. Sed ecce, Ventus sub Austro succrevit, et qui in Classe fuerant, Vela subvexerunt, et prospere procedentes, nec Obolum dare voluerunt. Cum autem in directum *Britanniæ* venissent, invenerunt Navim maximam de *Baiona* cum Mercibus oneratam Decem Milia Marcarum appreciatis, quam violenter ceperunt, et multos de Rebellibus occiderunt, et Navem captam ad Portum ³ *Swhamtoniæ* duxerunt. Rex vero, quia magna pars Mercium fuerat Mercatorum *Franciæ*, cum quibus Treugas habebat, iussit Merces sub justa Æstimatione facta, per Cives *Londonienses* retineri.

Eodem anno, evicimus Decimas de Fenis et

¹ Sic, pro Galeis. ² F. essent. ³ Sic.

MCCXXV.

Molendinis contra *Simonem de Litlingtona*, et *Johannem Jucnem*, et multos alios.

MCCXXVI.

Anno ab Incarnatione Domini 1226. Missus est à Sede *Romana* magister *Otto* in *Angliam*, qui petiit à singulis Cathedralibus Ecclesiis unam Præbendam Meliorem post Primam; et ab Abbatibus & Prioratibus Beneficium competens; et donec illud vacaret, Beneficium competens de ⁱⁿ ~~money~~ ^{money} Cameris ad sustentationem ministrantium Summo Pontifici. Et similes Nuntii missi sunt in *Franciam*, et alias Provincias. Et responsum est Concilio comprovinciali, *Londoniæ* convocato; quod tales redditus non conferet *Cantuariensis* Provincia sine Concilio Generali, et assensu Patronorum suorum: aliæ vero Provinciæ non dissimiliter responderunt.

Eodem anno, Comes *Salubiriæ* rediens à *Gasconia*, naufragium passus est, ex directo *Britanniæ*. Ita quod rex vivus evasit; tum à mari, tum à manibus Inimicorum suorum. Tandem in *Angliam* veniens, post paucos dies, diem clausit extremum.

Eodem anno, obiit *Ricardus Dunelmensis* Episcopus: . . Abbas *Radinges*.

1 F. et Simon Abbas. Vide *Lelandi Coll. Vol. VI. p.185.*

MCCXXVI.

Eodem anno, collata est Vicaria de **Watehulle** *Roberto* Clerico. Et datus est Nobis Boschus de **Wodenhalle**, à *Rogero* Capellano de **Wbingho**.

Eodem anno, factum est Cyrographum de Terra de **Doctone**, in Curia Regis, inter Nos et *Hugonem de Gornaco*, et *Willelmum de Cantilupo*, et alios dictæ Terræ detentores. Et tunc coepimus Ædificia facere super Terram prædictam.

Eodem anno, facta est Concordia inter *Leulinum* et *Willelmum Marefcallum*, et Comitem **Ce-**

† D. fol. 24. **stræ** †.

Eodem anno, † *Pandulfus Norwycensis* Episcopus, cui substitutus est Magister *Thomas de Flamvilla*.

Item obiit Abbas *Santi-Augustini Cantuariæ*.

Item Abbas de **Burgo**.

Eodem anno, *Galfridus de Hocketone* factus est Prior de *Esseby*.

Eodem anno, *Romanus* Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, in *Franciam* missus, ut moneret *Lodovicum* Regem, ut restitueret *Henrico*, Regi *Angliæ*, *Normanniam*, *Andegaviam*, et *Aquitaniam*: Qui habito Consilio cum *Johanne* Rege *Ierosolimitano*, et cum aliis Baronibus suis, respondit, Quod non redderet *Anglis* unum pe-

MCCXXVI.

dem Terræ, quem *Philippus* Pater suus Ei in morte dimisit. Legatus vero, hoc negotio sic intermisso, transtulit se totum ad *Causam Albigensum*: et *Bituris* celebrato Concilio, monuit *Comitem Tholosanum*, ut cum omnibus suis rediret ad *Fidem Catholicam*; et *Terram Albigensum* restitueret *Amarico de Monteforti*, quam *Romana Ecclesia* ei contulerat, et de qua fuerat (prætermisso juris ordine) spoliatus. Comes vero respondit, *Nos Fidem Catholicam tenemus; si quis vero Hæreticus in Terra nostra inventus fuerit, volumus ut confundatur. Ita tamen, ut justus pro impio non pereat. Ego vero hereditatem meam alteri non dabo, quam bellica clade perdidit; et ea cessante, juste recuperavi. Veruntamen pro bono Pacis, Tria Milia Marcarum Ei numerabo.* Legatus itaque cepit alium diem inter *Partes*, sub spe *Pacis*, ad plenius deliberandum super hiis. Interim autem, *Rex*, de Concilio Legati, data *Pecunia Almarico*, emit ab *Eo* totum *Jus et Cartas* quas habebat de *Terra Albigensum*. Quo factò, motus *Spiritu Cupiditatis*, sive *Spiritu Pietatis*, *Deus* scit: sanctificavit super *Eos* prælium, quasi contra *Hæreticos*. Ita, quod tum metu *Regio*, tum *Prædicatione Legati*, profecti sunt de *Corona Franciæ* in *Partes illas*, circa *Centum Millia Virorum*, cum *Thesauro et Machinis infinitis*.

MCCXXVI.

Rex autem, cum Legato, Clero et Populo Provinciam ingressus, obsedit Civitatem de *Avinun*. Alii vero de *Valle* et *Carcasun*, et de *Narbona*, et de *Bedes*, et de *Monte-Pessolano*, et de *Marsilia*, et de *Sancto-Ægidio*, et Populi interjacentes mandatum Legati juraverunt. Et sic ad Communionem sunt et Officium restituti. Civitas vero Obsessa, et multis angustiis oppressa. Aliquando Mulieres cum Pueris nudas usque ad cingulum: aliquando Senes et canos, ad Regem miserunt, talem Misericordiam postulantes, ut, omnibus relictis, nudi abire sinerentur. Sed non exauditi, in Castra recedentes, tam diu se defenderunt, donec Dominus Papa mandavit Legato, ut, salvis Personis et Rebus, reciperet Civitatem suam: ita tamen, quod Universitas de parendo mandatis Papæ juraret. Quo facto, admittitur in Protectionem Ecclesiæ; hoc excepto, quod Muri Civitatis destruerentur, et quadraginta Palatia meliora. Et si fuerint male credentes, aut Catholicæ Doctrinæ adquiescerent, aut sicut Hæretici punirentur. Et sic cessavit.

Rex autem *Francia*, relicto ibi *Philippo* Fratrem suo, ad diruendum Muros, in *Franciam* tetendit. Quo per quatuor dietas abeunte, dictus Comes *Remundus* cum Viribus suis venit *Avinonam*, et Exercitum *Philippi* destruxit; et ipsum *Philippum*

MCCXXVI.

pum cepit, graviter vulneratum. Rex autem, hoc audito, coepit Exercitum revocare, sed si-
ve angustia turbatus, si-ve veneno potatus, ut
quidam opinantur; in *Alvernia* diem clausit ex-
tremum. Et cum eo, Archiepiscopus *Remensis*,
et Comes de *Santo-Paulo*, et multi alii Principes,
et Insignes. Et præter hæc: de Exercitu, qui-
dam Gladio, quidam Aëris intemperie, circiter
triginta Milia perierunt.

Eadem tempestate, *Lodovicus*, Filius *Lodovici*,
in Regem Coronatus est. Sed Coronationi ejus
non consenserunt Comites de *Campania*, de *Bri-
tannia*, de *Marchia*, de *Barre*, nec eorum fauto-
res. Comes vero *Ricardus* et Comes *Tholosanus*
confoederati, de die in diem, prosperabantur.

Eodem anno, Medietatis Ecclesiæ de *Watis-
hulle* Vicaria, collata est *Roberto* Capellano.

Eodem anno, *¶ Benedictus* *Kofensis*; cui sub-
stitutus est *Henricus*, *Canthuariensis* Archidiacono-
nus.

Eodem anno, *¶ Magister Johannes de Lutona*;
Magister Johannes de Linleia, et *Willelmus de*
1 Manda.

MCCXXVII.

† Anno 1227. quinta feria, post *Letare Jeru-* † D. fol. 243.
salem, *¶ Honorius* Papa Tertius; cui substitutus

MCCXXVII.

est *Gregorius* Nonus, qui prius fuerat Episcopus *Hostiensis*.

Eodem anno, *Hubertus de Burgo*, Justiciarius Domini Regis, factus est Comes *Cantiae*: et *Remundus*, Nepos ejus, duxit in Uxorem Comitissam *Esseriae*; et Filia ejus nupsit Primogenito filio Comitis *Glocestriae*. Et tunc habuit in Custodia Filium Comitis de *Harundel*, et Comitatum ejus: similiter et fere omnia Castra Domini Regis *Angliae* Dominica. Unde Principes Regni indignati sunt: sed ora eorum muneribus sunt obstructa.

Eodem anno, *Romanus* Legatus *Franciae* finita Legatione recessit. In cujus recessu, Rex *Franciae* Concilium celebravit apud *Lodunam*: ubi facta Compositione cum Adversariis suis, recepit Homagium ab eis. Ita quidem, quod assignavit annum redditum *Hugoni* Comiti de *Marchia*, Viro *Ysabel* Reginae *Angliae*, pro dote, quæ ei debebatur de Terra Regis *Johannis*, quam die Desponsationis suæ possederat. Et Filiam Comitis *Britanniae* accepit in Uxorem Fratri suo *Minori*; cui dedit Comitatum *Andegaviae*: ita, quod Comes *Britanniae* habeat Puerum et Puellam in Custodia, usque ad eorum ætatem: et interim vocetur Comes *Andegaviae*. Comiti vero *Campaniae* duo Castra restituit, quæ *Philippus*, Rex *Franciae*, dicto Comiti in Provincia sua abstulerat.

MCCXXVII.

rat. Et sic pacificato sibi Regno, proficiebat & convalescebat Viribus & Ætate: unde, de Consilio Procerum suorum, misit Exercitum in auxilium Exercitus illius, quem Pater suus reliquerat apud *Albigenses*. Et frustrata est spes Regis *Angliæ* de Confoederatione prolocuta cum Comite *Britanniæ & Pictavensibus*, quamvis *Eboracensis* Archiepiscopus, et *Carleolensis* Episcopus, et alii Nuntii sollemnes pro ea multis laboraverunt Periculis & Expensis.

Eodem anno rediit *Ricardus*, Comes *Pictavia*,^{sc} de *Garsonia*, tamen prius concessis Treugis à Rege *Franciæ*. Comes autem reliquit ibi Senescallum *Henricum de Trubleville*. *Ricardus* autem in *Angliam* reversus, factus est Comes *Cornubiæ*. Et insuper Rex, Frater ipsius, concessit Ei Civitates & Castra & Terras, quæ Mater sua habuit in *Anglia* nomine Dotis.

Eodem anno, mortuus est *Johannes de Tattenhulle*; et recuperavimus in usus proprios medietatem Capellarum de *Waledene*, & de *Tiscuttone*.

Eodem anno, *Willelmus Scottus*, Archidiaconus *Wigornia*, Electus est in Episcopum *Dunolmensem*. Qui cum peteret Confirmari, objectum est, quod non fuit natus de Terra Regis *Angliæ*; et insuper, Morbum Caducum patiebatur: qui ab Archiepiscopo *Eboracensi* appellans,
Ro-

MCCXXVII.

Romam profectus est, cum Procuratoribus eorum qui Eum elegerant.

Eodem anno, orta est Dissensio inter Ecclesias *Cobventrensem* & *Lichefeldensem*, eo quod *Lichefeldenses* petebant interesse Electioni *Cobventrensis* Episcopi, pariter cum Monachis. Monachi vero ex adverso, asserabant, Eos cum Eis Electioni interesse non debere. Et sic coram Judicibus à Papa delegatis Lite contestata, et Testibus productis, et eorum dictis publicatis, Causa plene instructa, ad *Sedem Apostolicam* est transmissa. Ubi, post multas Disputationes et Lites, se Ordinationi Apostolicæ commiserunt. Tandem vero sic provisum est, quod Electores utriusque Capituli primo conveniant pro Electione Episcopi in Ecclesia *Cobventrensi*; et in alterius Episcopi Electione in Ecclesia *Lichefeldensi*. Et sic semper in posterum, alternatim: ita tamen, quod Prior in Electione Primam vocem habeat, et Decanus Secundam.

Eodem anno, facta est Concordia inter Nos et Personam de *Wimetone*, super Decimis Dominicis de Domo *Rogeri de Weltone*; quas Ille & Successores sui tenebunt de Nobis, Reddendo inde decem Solidos ad Sinodum post *Pascha*. Item, decem Solidos ad Sinodum, post Festum Sancti *Michaëlis*, in perpetuum. Et confirmatum est hoc, per Episcopum *Lincolniensem* et Conjudices suos. Eo-

MCCXXVII.

Eodem anno, cum haberemus Præposituram de *Dunstaple* in Manu nostra: inter Nos & Burgenses orta est Contentio super ¹ nul diis delictorum. Dixerunt enim, quod de nullo Placito, quod Prior tenere potuit, debuit habere pro Misericordia nisi quatuor Denarios. Demum emerfit alia Contentio, quod super aliqua Inquisitione facienda super aliquem de Burgo, non debebat aliquis forinsecus se intromittere, nec ad talem Inquisitionem vocari. Præterea dicebant Burgenses, quod non poterat Prior eorum ² Nammia capere in strata publica infra Burgum. Item, quod Prior debebat eos liberare, vel eorum Catalla, ubicunque in *Anglia* essent arestata. Item, quod Prior non poterat citare aliquos ex eis, ut venirent ad Bancum Domini Regis, si super aliquo Judicio Curia suæ inter Ipsum et illos dubitatio orietur. Et cum super hiis & aliis impetrassent Breve Domini Regis, quod quasdam Consuetudines petebamus ab Eis contra Libertates suas, quibus hæctenus usi erant: prædicti Articuli deducti sunt † in Judicium coram † D. fol. 25.

¹ *An*, multctis? ² Namium, & Namus, Captio, à Sax. naman, al. nymā capere. Voces prisca fori, hæc apud Scotos, illa apud Anglos veteres usitator: Res, bona, animalia quæ per distractionem capiuntur significantes: Hoc est, ea quæ à possessore auferuntur legitimeque retinentur, multctæ vel pignoris nomine, quousque id fecerit vel præstiterit, quod non sine injuria recusaverit. Spelman.

MCCXXVII.

Justiciariis Itinerantibus, scilicet *Stephano de Se-grave*, *Willelmo de Londoniis*, et eorum Sociis: sed dilatum est Judicium, et ab eis transmissum ad Curiam Regis.

Eodem tempore, Latro quidam, nomine *Henricus*, appellavit quatuor Burgenses nostros de Societate Latrocinii. Qui coram Comitatu comparentes, commiserunt se Testimonio Burgi sui super Fidelitate sua. Et quia Burgenses dixerunt pro eis, hoc esse Libertatem Burgi, quod forinseci non intromitterent se de Burgo: ideo citati sunt tam Prior quam Burgenses, quod comparerent coram Bancho Regis, ostensuri, qua Auctoritate talia postulabant. Prior autem dato die comparens, respondit, se talem Libertatem nequaquam vendicare; sed quia Burgenses vocati non venerunt, capti viginti quatuor de Majoribus, et tam diu Carcere detenti apud *Bedeforde*, donec plene caverent, quod die certo in Curia Regis Libertates suas ostenderent et Warentum. Qui tandem comparentes, prædictos Articulos et quosdam alios expresserunt; sed pro Warento, non nisi longum usum prætendebant: ideoque in Misericordia Regis remanserunt. Unde *H(ubertus) de Burgo* tunc Justiciarius habuit ab eis viginti Marcas, præter alia munera privata, quæ tam Ipse quam alii receperunt. Nos autem eadem tempestate impetravi-

mus

MCCXXVII.

mus à Rege Confirmationes Cartarum Regis
Henrici Primi, et Regis *Ricardi* ; cum hac Ad-
ditione, scilicet, quod “ Concessimus eisdem Prio-
“ ri et Canonicis, quod Ipsi habeant & teneant
“ in perpetuum, Burgum *Dunstaple*, et Burgen-
“ ses ejusdem Villæ, cum pertinentiis, ita bene
“ & plene, in Auxiliis, Misericordiis, Sectis, Ser-
“ vitiis, et Consuetudinibus omnibus, sicut Nos
“ vel Heredes nostri haberemus et teneremus, si
“ prædictus Burgus de *Dunstaple* et dicti Bur-
“ genses essent Nostri, et in Manu nostra. Nec
“ obstat ipsis Priori et Canonicis, quod, quocun-
“ que Casu contingente, prædictis Auxiliis, Mi-
“ sericordiis, Sectis, Servitiis, Consuetudinibus,
“ hæcenus ita plene non sunt usi, quin prædicta
“ habeant sicut Nos haberemus, si prædictus
“ Burgus & Burgenses essent Nostri, et in Manu
“ Nostra”. Nos autem pro prædictis, dedimus
Regi Centum Libras; de quibus Burgenses fe-
cerunt Nobis Auxilium in Centum Marcis ; quæ
fuerunt Assisæ per Probos Homines de Burgo :
sed collecta fuit Pecunia per Ballivos Prioris.
Qui cum distringerent *Martinum Duc* ad So-
lutionem suæ portionis, et ¹ naimmassent Bla-
dum super Terram suam, dum *Johannes Juvenis*
vellet prædictum Bladum violenter abducere,

¹ F. nammassent. *Idem valet quod cepissent.*

MCCXXVII.

commiffum est Bellum inter Servientes Prioris et Burgenfes ; ita quod ex utraque parte plures fuerunt vulnerati. Victoria tamen in hoc ceffit Familiæ Prioris, quod Bigam *Alexandri Juvenis* femi-plenam de Blado prædicto, invitis adverfariis, duxit in Curiam Prioris. Ex illa autem violentia, *Johannes de Flitta* appellavit *Henricum Duc*, & *Johannem Juvenem*, et quosdam alios. *Henricus* vero *Duc* appellavit *Johannem de Catebi*, et *Johannem de Flitta*, et quosdam alios. Sed omnes istæ Appellationes coram Justiciariis Itinerantibus ad nichilum redactæ funt.

Eodem anno, cum *Phedericus* Imperator fimulaffet fe velle tranfire in *Terram Sanctam* ; *Angli* & *Franci*, & aliæ multarum gentium Nationes Cruce-Signati, in *Apulia* & in *Portubus Marinis* tam diu moram fecerunt, quod Bonis omnibus defraudati, in Miseria perierunt circiter Triginta Millia : et alii ad propria remeantes vix evaferunt. Pro hoc autem Peccato et aliis Exceffibus Excommunicatus est Imperator, & per omnes Regiones Fidelium denuntiatus. Imperator vero è contra Litteras excufatorias per omnes Provincias destinavit. Sed Deus non irridetur.

MCCXXVIII.

Anno 1228, orta est Difcordia inter Regem

I Sic.

et

MCCXXVIII.

et Archiepiscopum *Cantuariensem*, super quibusdam Libertatibus; eo quod petiit dictus Archiepiscopus Immunitatem, si Fur de Carcere suo evaderet. Et tam Ipse quam Monachi sui omnes Misericordias petierunt Hominum suorum, tam de Comitatu quam de Itinere Justiciariorum: Et super hiis, exhibuit Cartas Regum. Et ut Rex libentiùs hæc admitteret, obtulit Ei Tria Milia Marcarum. Rex autem imprimis objecit contra Cartas, quod Archiepiscopi eis usi non fuerunt: sed postmodum, Consilio maturiori, usum Earum tam Ei quam Monachis indulgit; et pecuniam oblatam liberaliter remisit. Postmodum, per aliquod Intervallum adeo debilitatus est Archiepiscopus, quod equitare non potuit, sed in Lecto fecit se deferri usque ad ¹ *Lindonam*.

Eodem anno, reconciliati sunt Domino Regi, Magister *Symon de Langetone*, et *Robertus Passeleu*; ita quod dictus *Symon* factus est Archidiaconus *Cantuarie*; et ambo Familiares Domini Regis.

Eodem anno, quidam Comites, quidam etiam Abbates & Priores, auctoritate Litterarum Domini Papæ citati sunt in partes *Gallicanas*, ut putà ad *Trecas* et ² *Thuronis*. Sed contra hoc, Dominus Rex *Angliæ* appellavit.

¹ F. Slindonam. Vide *Godwinum de Præf.* p.126. ² Sic.

MCCXXVIII.

Eodem anno, fecimus Pacem cum Abbate de **Woburne**, et Priore de *Bello-loco*, et *Philippo de Flitta*, et eorum Libere-tenantibus, super Marisco de *Flitta*, et de *Flitthe-wich*, et Molendinis de *Grenesfelde* † et *Hippewelle*; et super his formatum Cirographum.

† D. fol. 25,
b.

Eodem anno, Prior de **Dunstaple** celebravit Curiam suam apud **Dunstaple**, assidentibus ei Domino *Stephano de Segrave*, et *Willelmo Londone*. In qua Curia, Prior constituit Coronatores *Helyam de Capella*, et *Willelmum Filium-Willelmi*, qui juraverunt, quod ita se haberent in Burgo, sicut alii Coronatores extra Burgum se habent. Eisdem etiam fecit Prior Custodes Mensurarum; scilicet de Ulnis, et Galonibus, et Bufello, et Latitudine Pannorum.

Eodem anno, formatum fuit Cirographum inter Nos et *Julianam Landas*.

Eodem anno, die Sancti *Stephani*, inventus fuit Tefaurus in Cimiterio de *Husseburne*, valens circiter quinquaginta Marcas; quem coacti fuimus præsentare coram Justiciariis tunc Itinerantibus; Et sub eorum Sigillis, delatus fuit *Londonias* coram Rege. Et quia tam Episcopus *Lincolniæ* quam Prior *Dunstapliæ*, quam etiam Rex ipse dictum Tefaurum vendicabant; provisum fuit, ad preces Domini Regis, quod Episcopus et Prior concesserunt dictum Tefaurum

No-

MCCXXVIII.

Novo Hospitali de **Doura**, salvo jure cujusslibet.

Eodem anno, impetratæ sunt tres Juratæ contra Priorem, de Muro qui est circa ¹ Carnum? ^{num?} et dixit Jurata contra Priorem.

Eodem anno, obiit *Stephanus Cantuariensis*; Abbas de **Witlestone**; *Nicholaus* Decanus de **Luton**; *Simon Passelleve*; *Ricardus Pirot*; *Johannes de Hyda*; *Simon Anachorita*.

Eodem anno, *Willelmus*, Decanus **Lincolniæ**, coactus est ire *Romam*, quia quendam Cardinalem Canonicum **Lincolniensem** vocavit, ut veniret ad Capitulum suum. Qui cum *Johanne Bedeforde* profectus est; et expedito Negotio, cum Prosperitate reversus.

Eodem anno, Magister *Willelmus Scot* Archidiaconus **Wigornia**, Electus fuit in **Dunelmensem** Episcopum. Sed Rege contra eum appellante, et Appellationem prosequente; pro levi **Causa** cassata est Electio, tanquam minus Canonice facta: et ad eandem Sedem translatus est *Ricardus Salusburie* Episcopus: et in Ecclesia **Salusburie** Magister *Robertus de Bingham* substitutus est.

Eodem anno, *Adam* abbas de **Cinesham**, tanquam Perjurus et Dilapidator manifestus, ab

1 F. Gardinum.

MCCXXVIII.

¹ *H* *Lincolniensi* Episcopo depositus est; et Prior de *Fristona* sollemniter est ei substitutus.

Eodem anno, Prioratus de *Netport* turbatus est, eo quod petiit quandam Cartam Compositionis observari; cui appensa fuerunt sigilla Abbatis et Conventus ² *Majoris-Monasterii*. Pro qua turbatione, exulatus est *Willelmus* Prior Locci, et omnes Monachi ejus, præter Tres. Et quidam ex Monachis incarcerati erant. Tandem, facta est Compositio, et scripta in modum Cirographi; et Pars ejus deposita est apud *Wouburniam*, in qua remissæ Tres Marcæ dari solitæ, et omnis Exactio Pecuniaria, tantummodo Visitatione & Ordinis Correctione reservatis. Et sic Conversi et Reconciliati sunt universi.

Eodem anno, orta ³ est Dissentio apud *Droniam* inter Scholares & Populum; ita quod per Seditionem Vulgi, vulnerati sunt plerique Scholares, et eorum Hospitia violata: pro qua causa interdictus est Burgus ab Episcopo Diocesis: Ita quod per Vicos et Plateas sepulta sunt Corpora defunctorum. Tandem ita compositum est, quod percussores Clericorum *Romam* mitterentur; et ablata restituerentur; et Quinqua-

¹ *Hugone Wallys*. ² *Marmonstier in Gallia, cujus cella erat Prioratus de Netport*. ³ *Vide Hist. & Antiq. Univ. Oxon. l.I. p. 83. ubi hic locus citatur.*

MCCXXVIII.

ginta Marcæ darentur à Populo Magistris, inter Scholares Pauperes dividendæ: et si similis Casus in posterum accideret, subjecit se Populus arbitrio quatuor Magistrorum qui tunc essent præcipui, quorum Judicio Culpa Canonice puniatur, Appellatione remota.

Eodem anno, Rex *Henricus* duxit Exercitum in *Gualliam*, in *Septembri*; ubi multos perdidit de suis: et *Willelmus de Brause* captus est. Et tunc Rex coepit ædificare quoddam Castrum in *Keri* juxta *Mund-gumeri*. Et tandem composuit cum *Lewlino*; ita quod justus Heres teneat Terram de *Keri* de Rege & Heredibus suis; et pro *Gersuma*, dedit Regi Mille Vaccas. Et tandem, Rex cum modico Honore ad propria remeavit: sed dedecus fuit Justiciario imputatum.

Eodem anno, orta fuit Dissentio inter Priorem de *Dunstaple* et decem Burgenses ejus, super subtractione Oblationum. Conspiraverant enim, quod in Nuptiis, vel Purificationibus, vel præsentibus Corporibus Defunctorum, Principalem Personam tantum duæ personæ sequerentur; et pro hoc, illi Decem fuerunt Excommunicati. Sed Populus, hoc non obstante, Communicavit eis; et Ipsi passim intrabant Ecclesiam, et Populus cum eis: ita quod tam Conventus quam Presbiter Parochialis, à Missis sol-

MCCXXVIII.

lennibus cessaverunt in Ecclesia, à Kalendis *Augusti* usque ad festum Sancti *Dionysii*: interim in Capella Infirmariæ sollemniter celebrantes. Quæ de causa, Episcopus *Lincolniæ* accessit ad locum, cum multitudine Clericorum et Capellanorum; et in Pulpito Ecclesiæ sollemniter excommunicavit dictos Decem, si de cetero † Ecclesiam intrantes Divinum Officium turbarent; Item, omnes alios, qui de cetero eis Communicarent; et tam illos quam omnes alios, si infra proximum Festum Sancti *Martini* non satisfacerent Ecclesiæ de subtractis; et hoc, sciente & præsentente Sacrista: Item omnes illos, qui de cetero, propter aliquas lites vel odium alicujus personæ, aliquid subtraherent Ecclesiæ de Oblationibus debitis, vel Consuetudinibus, vel Venationibus, ante lites motas usitatis ibidem.

Eodem die, mediantibus de *Lincolne* et de *Bedeforde* Archidiaconis, et Magistro *Stephano de Ekingtone*, Compositum fuit in hac forma. Quod Excommunicati in forma Ecclesiæ absolverentur; & postea invadiarent Priori Viginti Libras, quas Prior remitteret eis, ad preces Mediatorum; usque ad Quinquaginta solidos, infra dimidium annum Priori solvendos. Et postea sub Juramento injunctum fuit eis, quod in Sententiis Ecclesiæ de ceteris essent obedientes; et quod, de cetero, nihil subtraherent Ecclesiæ de

De-

MCCXXVIII.

Decimis vel Oblationibus, vel aliquibus Venationibus, ante tempus Litis in dicta Ecclesia usitatis: et de tunc subtractis satisfacerent infra proximum festum Sancti *Martini* Ecclesie Sacrificae. Similiter, quotquot eis Communicaverant, sub simili Juramento, & Disciplina, ad Ostium Ecclesie sollemniter sunt absoluti, et similia sunt eis injuncta. Et sic, qui de cetero aliquid subtraxerint, non solum in Sententiam Episcopi, sed in Perjuriatum incidunt.

Eodem anno, Papa *Gregorius Nonus Fredericum*, Imperatorem *Romanum*, sollemniter Excommunicavit; quia non solum *Ierosolimitanum*, sed ^{iter neglexe-}
^{ri?} etiam Populum *Cristianum*, illuc tendentem, dolose decepit, et Votum Peregrinationis suae fregit: ita quod per ejus dolum, Quadraginta Milia *Cristianorum* et amplius decesserunt. Idem autem Excommunicatus Populum *Romanum* adeo corrupit, & in favorem suum illexit, quod dictus Papa coactus est Urbem exire, et *Perusum* proficisci. Interea, defuncta Imperatrice, assumpsit sibi Imperator in Concubinam Sororem Soldani *Babiloniae*; et postmodum, versus *Ierosolimam* transfretavit.

Eodem anno, Conversi sunt Principes *Commaniae* ad Fidem Catholicam, per Praedicationem quorundam de Ordine *Cisterciensi*, et quorundam

MCCXXVIII.

de Ordine *Prædicatorum*: Ita quod una cum Populo suo baptizati sunt: Episcopis et Presbyteris ibidem per Parochias ordinatis.

Eodem anno, ruptæ sunt Treugæ in Terra *Syriæ* inter Populum *Cristianum* et Populum *Paganum*. Ita quod Populus *Cristi* Civitatem *Cæsaream* reædificavit, et *Joppen* reparavit; et similiter Civitatem *Sydoniæ*. Et tunc præter *Templarios* & *Hospitalarios*, fuerunt ibi Duces Exercitus Episcopi *Wintoniæ*, et *Exoniæ*, et Dux de *Lamburna*.

Eodem anno, de *Dunstaple* et de *Deuham* Priores, per Generale Capitulum statuti Visitatores, visitaverunt Monasteria sui Ordinis per Episcopatum *Lincolniensem* & *Cobentrensem*: et tunc renuntiante Priore de *Sancta-Fretheswitha*, substitutus est ei alius, nomine *Helias*. Similiter et Prior de *Griseleya* Prioratum suum resignavit.

Eodem anno, defuncto *Stephano*, *Cantuariensi* Archiepiscopo, Monachi *Sanctæ-Trinitatis* Magistrum *Walterum*, sui Collegii Claustralem Monachum, in Archiepiscopum elegerunt. Quo, Domino Regi præsentato, coepit Rex contradicere, et objicere in personam ejus multa, quæ non sunt relatione digna. Episcopi etiam totius *Provinciæ* Regi Favorem in hac causa præstiterunt, et eorum Capitula contra Electum appel-

MCCXXVIII.

pellaverunt. Et pro hac Appellatione & Contradiotione prosequendis, *Romam* profecti sunt *Cobentrensis* & *Koffensis* Episcopi, *Godefridus* Senescallus Regis, et Archidiaconus *Bedeforde*, et Clerici Regis plerique. Ex parte vero adversa, Electus et fautores ejus. Qui cum vellent auctoritate Concilii Jurisdictionem suam in Spiritualibus exercere; appellatum fuit contra eum: et sic vacante Sede Archiepiscopi, Appellationes et hujusmodi Spiritualia ad Episcopum *Londoniae*, tanquam ad Decanum Episcoporum, devoluta sunt.

Eodem anno, fundata est Capella Sanctæ *Mariae*, in Cimiterio Canonorum de *Dunstaple*.

Eodem anno, in Termino Sancti *Michaëlis* inrotulatum est in Rotulo Domini Regis apud Scaccarium, Quod Nos dirationavimus unam Marcam de Hominibus nostris de *Segenho*, qui fuerant in defalta coram Justiciariis. Item, quinque Solidos et Sex Denarios de Hominibus Nostris de *Craule*, qui fuerant in Misericordia Domini Regis pro Thesauro invento. Et tam Nos pro Nobis, quam pro Hominibus Nostris, habuimus Murdrum quietum, per Breve quod sequitur. "*Henricus, Rex Angliæ, Vice-Comiti*
"*Bedef.* salutem. Constat Nobis per Rotu-
"*los, quos Justiciarii nostri ultimo Itinerantes in*
"*Comitatu tuo liberaverint Baronibus de Scac-*
"*ca-*

MCCXXVIII.

"cario Nostro, quod Hundreda de **Kedburne**
 " **stoch, Manes-hesede, flitte**, et dimidium
 " Hundredum de **Stan-brige** amerciata † fue-
 " rit coram eisdem Justiciariis, exceptis Liber-
 " tatibus. Et quia Canonici de **Dur-staple** pro-
 " ferunt Cartas Prædecessorum nostrorum Re-
 " gum *Angliæ*; per quas clamant quietantiam
 " tam de Murdro, quam de aliis Amerciamen-
 " tis; Tibi præcipimus, quod Eisdem Canonicis
 " et Hominibus suis in prædictis Hundredis Pa-
 " cem habere permittas, tam de demanda Mur-
 " dri, quam aliorum Amerciamentorum. Et si
 " quid ab Hominibus eorum Occasione prædicta
 " cepisti, id eis reddas. *Teste* ¹ *J*, **Batho-**
 " **nienfi** Episcopo, apud **Westmonasterium**, de-
 " cimo-quinto die *Decembris*, anno Regni 13.

MCCXXIX.

Anno Gratia 1229. Papa **Gregorius** absolvit
 Tenentes Imperii ab Homagio & Fidelitate **Federici**.
 Tum quia transfretare *Ierosolimam* no-
 luit ut Juravit: tum pro Crudelitate, quam ex-
 ercuit circa *Templarios & Hospitalarios*, eorum
 personas puniendo, et eorum bona auferendo.
 Ipse vero, post Intervallum, cum quadraginta
 Galeis, ut Juramentum servare videretur ²; sed

1 *Jocelino*. 2 *Subintellige, navigavit, vel quid simile.*

post-

MCCXXIX.

postquam venit *Acram*, pro Excommunicato se gessit; sed nec Ipse Guerram movit, nec alios movere permisit. Deinde mandavit Papæ, ut Ipsum absolveret: Papa vero respondit, se hoc facere non debere, nisi primo satisfaceret *Templariis* et *Hospitalariis*, et aliorum Injuriis sibi objectis. Nuntii vero, in recessu suo ob hanc repulsam statim moverunt Guerram Papæ, *Castra & Burgos* ipsius ardentis & deprædantes. Papa vero, collectis Viribus, fecit Insultum in Eos, et Expulit Eos de Finibus suis, per Dominum *Johannem de Colampna*, Apostolicæ Sedis Cardinalem et Legatum; et per Dominum *Johannem* quondam Regem *Jerusalem*, Mariscallum Exercitus sui; et per quendam Comitem *Apulie*, nomine *Thomam*. *Lumbardi* autem concesserunt Papæ in auxilium, Mille Milites per unum Annum. Et alii amici sui, secundum Affectionem, quam erga eum habuerunt, auxilium Ei præstiterunt. Unde *Gallicana* Ecclesia concessit Ei Decimam Redituum et Proventuum suorum, quam prius concesserant Regi *Franciæ* contra *Albigenses*.

Eodem anno, et eadem Tempestate, *Stephanus*, Papæ Capellanus, venit in *Angliam*, pro Decima Redituum et Proventuum *Anglicanæ* Ecclesiæ. Et à Latere suo, misit focios in *Gualliam*, et *Iberniam*, et *Scociam*. Proventus autem sic
in-

MCCXXIX.

interpretatus est: Ut Decima accipiatur non deductis Expensis. Et Taxationem rerum fecit fieri in Ecclesiis Cathedralibus et Monasteriis per Canonicos et Monachos eorum Juramento astrictos, et in Transgressores et Fraudatores hujus Rei Pœnam Excommunicationis adjecit. Et pro auxilio Papæ festinando, coëgit Episcopos, Abbates, et Priores, prout ei visum fuerat, eos posse ipsi Papæ festinatum auxilium destinare. Huic malo etiam accessit, quod dictus *Stephanus* à singulis Monasteriis Procurationem accepit. Unde pro festinato auxilio, Domus de *Dunstable* solvit viginti Marcas.

Eodem anno, facta est Concordia inter Regem *Franciæ* et *Remundum* Comitem *Tolosæ*. Videlicet, quod Frater Regis *Franciæ* acciperet in Uxorem Filiam dicti Comitis, cum tota Hereditate ipsius. Cui Rex dedit unum Comitatum in *Francia*, et de Scaccario suo, annum Reditum infinitum. Et sic dictus Comes in die *Jovis Parasceue*, ad Frontem Ecclesiæ Sanctæ *Mariæ Parisius*, sollenniter est Absolutus à Legato. Et die *Veneris* sequenti Crucem suscepit ab eodem, sive contra *Paganos* in *Hispaniam*, sive *Ierosolimam* pro arbitrio Ecclesiæ portandam.

Eodem anno, obiit *Eustachius*, *Londoniensis* Episcopus; et substitutus est Magister *Rogerus Niger*. Obiit ¹ G *Belienfis* Episcopus;

MCCXXIX.

et substitutus est *Hugo* Abbas de *Sancto-Eadmun-*
do: cui in Abathia successit *Ricardus*, Abbas de
Burtuna.

Eodem anno, translatus est *Ricardus*, *Sales-*
burienfis Episcopus, in *Dunholmensem*: cui
substitutus est Magister *Robertus de Bingham*.

Eodem anno, obiit *Alexander*, Prior de *Cau-*
dewella; cui successit *Willelmus*. Obiit *Ose-*
bertus, Abbas de *Leicestre*. Item, Abbas de
Wellebec. Item Archiepiscopus *Dublinensis*:
cui substitutus fuit *Lucas*, Tefaurarius Regis:
sed cassata ejus Electione, substitutus est idem
aliena
manu in vacuo loco.
per Electionem iteratam.

Eodem anno, Canonizatus est Sanctus *Fran-*
ciscus à Papa *Gregorio*.

Eodem anno, Excommunicatus est Comes
Britannie, quia unum Presbyterum vivum exco-
riavit. Et *Martinus de Pateshulla* percussus est
Paralisi universali.

Eodem anno, dispersæ sunt Scolæ *Parisienses*,
Professors
Tutors
ita quod singularum Regionum tam Magistri
pupils
quam subditi ad propria ² redeunt.

Eodem anno, Archiepiscopus ³ *Luddunensis*

1 *Vel, Caldetwella.* 2 *F. redirent.* 3 *F. Lugdunensis.*

MCCXXIX.

rediens à *Parifus* et Legato, captus fuit à Comite *Campaniæ* cum multis Nobilibus. Qui post graviffimam Redemptionem, Liberatus est per Legatum. Deinde *Philippus*, Comes *Boloniæ*, appellavit Comitem *Campaniæ* de Morte Fratris fui Regis *Lodovici*; unde grave diffidium imminabat Regno *Franciæ*, tum quia Legatus recessit; tum quia major pars Principum Comiti *Boloniæ* favebant. Soli autem Rex, et Mater ejus, et Comes *Flandriæ* Comiti *Campaniæ* affiterunt.

Eodem anno, *Walterus Cantuariensis* Electus ad Sedem profectus Apostolicam, dum peteret Electionem suam Confirmari, et in personam ejus multa Crimina objicerentur; per tres Cardinales examinatus est, et Insufficiens est inventus. Unde, ob hoc cassata ipsius Electione, privati sunt Monachi, Vice illa, potestate Eligendi.

† D. fol. 27. † Sed Dominus Papa *Gregorius Nonus*, Sano et Sancto Concilio usus, præfecit Archiepiscopum Ecclesiæ memoratæ, Magistrum *Ricardum Lincolniensis* Ecclesiæ Cancellarium: virum quidem Literatura perfectum, sed moribus sanctiorem. Qui ad dictam sedem translatus, et non solum Archiepiscopatus, sed etiam Primatus Honore sublimatus, Pallium, Ei per Magistrum *Walterum de Cantelupo* transmissum, cum multa Solennitate, et magna festivitate suscepit.

MCCXXIX.

Eodem anno, Magister *Stephanus de Lexintonia* Abbas de *Stanleia*, factus Visitator Ordinis in *Hybernia*, multos Abbates deposuit, et Anglicos eis substituit; et Monacos plurimos de *Hybernia* transmisit in Provinciam *Gallicanam*: Et paulo post, idem *Stephanus* in Abbatem de *Saveni* sollemniter est assumptus.

Eodem anno, Universitas Magistrorum & Sclarium *Parisiensium* ad Civitatem *Andegavensium* est translata, paucis Doctoribus *Parisiis* remanentibus: nec Numero nec Nomine memorandis. ^{aliena manu} Qui paulo post pro Guerra dispersi sunt.

Eodem anno, *Willelmus de Brause* captus à *Leulino*, redemit se pro tribus Milibus *Marca-*rum, et pro Castello de *Poet*. Et cavit, quod de cetero contra Captorem suum militaret nullatenus. Infuper, Filiam suam tradidit Filio *Leulini* in Uxorem: Et præfatum Castrum dedit Ei in Maritagium. Ita quod si proles ex Eis non provenerit, post Mortem Viri, Castrum rediet ad heredes *Willelmi*.

Sic MS.

Eodem anno, ^{the City} *Bononia* cum amicis suis obsedit Castrum de *Bazaham* in Episcopatu *Mutiniensi*. *Mucina* tamen præfente et resistente, cum omnibus amicis suis. Et cum cepisset Castrum & destruxisset illud, misit inde *Bononiam* magnam aciem Militum suorum, cum Captivis illuc du-

MCCXXIX.

cendis. Quibus abeuntibus, *Mutinenses* et sui præ nimio dolore quasi furiosi, invaserunt Exercitum *Bononiæ*; fluvium qui dividebat Exercitus¹ transvadentes. Et facta est strages magna, et ceciderunt multi ex utraque parte, et plerique capti, hinc inde. Nocte vero superveniente, divisum est bellum. *Bononienses* vero eadem Nocte retraxerunt Carogium, ne forte ab hostibus furtive caperetur. Plebei vero hoc Consilium ignorantes, relictis tentoriis *Bononiam* redierunt. Mane vero facto, cum misissent circiter ducentos armatos ad sarcinas collig(endas) et mortuos suos sepeliendos, supervenerunt Hostes, et ceperunt universos, et Curros, et Victualia eorum, et Spolia; et duxerunt *Mutinam* & *Cremonam*. Processu vero temporis, Episcopi *Bononiensis* et *Mutunensis* cum quibusdam aliis, ceperunt Treugas inter partes: Maxime metu *Federici* Imperatoris, de transmarinis partibus redeuntis. Et ideo sumptæ sunt Treugæ usque ad octo annos sequentes.

Eodem anno, factæ sunt Treugæ inter *Federicum* Imperatorem & Soldanum *Babloniæ*, usque ad decem annos sequentes. Ita quod Civitas *Jerusalem* cum Suburbiis & pertinentiis suis restituta est Nobis; et Via libera usque ad Flu-

¹ Sic, F. transvadantes,

MCCXXIX.

vium *Jordanis* ; et multa Castra et Casellæ ; Ita quidem, quod infra Treugas licebit Nobis inforciare Civitates et Castra nostra, Paganis vero nequaquam. Hiis Treugis non consenserunt *Templarii*, nec Comes *Tripolitanus*. Et propter hoc orta fuit Dissentio inter Imperatorem et *Templarios* ; unde graviter persecutus est Eos. Deinde rediens in *Siciliam* ; deinde in *Apuliam*, infra paucos menses recuperavit Terram suam quam Exercitus Papæ occupaverat Eo absente. Postea vero, sumptæ sunt Treugæ inter Eos, sub spe Pacis habendæ.

Eodem anno, post recessum Imperatoris à *Syria*, ortæ sunt ibi multæ Dissentiones. Nam Soldanus *Babiloniæ* obsedit *Damascum*, et cepit eam : ita quod Soldanus *Damasci* vix aufugit. Postea Soldanus Victor, movit Guerram Comiti *Tripolitano*, et aliis exceptis à Prioribus Treugis. Præterea, mota est Guerra inter *Veterem de Montanis* et Principem sibi vicinum.

Eodem anno, Mense *Mai*, *Henrico* Rege transeunte per *Dunstapliam*, et in Prioratu hospitato, *Ricardus* Prior humiliter ei supplicavit, quod sicut totius Regni gubernaculum accepit, et specialiter ipsius Ecclesiæ habuit Patronatum ; super Discordiis ortis inter Priorem & *Burgenfes*, Pacem Deo acceptabilem faceret : et tam Ecclesiæ quam *Burgenfibus* utilem provideret.

Tunc

† D. fol. 27, b. Tunc Rex, de Consilio *H(uberti) de Burgo*, mediantibus majoribus de Curia Regis, videlicet, *Luca Dublinensi* Electo, *Radulfo Filio Nicolai Senescallo*, *Roberto de Lexintonia*, *Johanne de Monemue*, *R(adulfo)* Episcopo *Cicestrensi* (Domini Regis Cancellario) et aliis multis, quandam Pacem formavit, quam Majores populi de *Dunstable*, Rege præsente, admiserunt. Sed post recessum Regis, penitus contradixerunt. Ideoque Prior per Breve Domini Regis fecit eos citari, Cujus verba sunt hæc: “Rex Vicecomiti Salutem. Præcipimus tibi, quod Venire facias coram Justiciariis nostris apud *Westmonasterium*, à die Sancti *Martini* in quindecim dies, duodecim de Legalioribus & Discretioribus Hominibus de Villa de *Dunstable*, pro tota Villata de *Dunstable*, ad audiendum & affirmandum Concordiam inter Eos & Priorem de *Dunstable*, de Contentionibus inter Eos ortis, secundum quod prolocuta fuit coram Nobis, et ab eodem Priore & eisdem Hominibus concessa. Et habeas ibi hoc Breve, et Nomina prædictorum duodecim. Teste” &c. Postmodum, dictis *Burgensibus* coram Bancho constitutis, ipsi Justiciarii, habito consilio cum Domino Rege & Primatibus ejus, Ipsam Pacem apud *Dunstable* prius formatam, partibus præsentibus recitarunt. Quam postmodum Vicecomiti

MCCXXIX.

miti *Wedef.* mandaverunt, ut eam faceret obser-
vari. Cujus Verba sunt hæc. “*Henricus* Rex
“Vicecomiti Salutem. Scias, quod cum plures
“contentiones inter *Ricardum* Priorem de *Dun-*
“*staple* querentem, et Burgenses de *Dunstaple*
“deforcientes, de Servitiis, et Consuetudinibus,
“Sectis, Tallagiis, et aliis Rebus; tandem co-
“ram Nobis apud *Dunstapliam* facta fuit quæ-
“dam Provisio, in quam tam prædictus Prior
“quam iidem Burgenses, spontanee et unanimi-
“ter consenserunt. Quæ quidem talis est, scili-
“cet, quod cum Nos vel Heredes nostri tallie-
“mus Burgos nostros, tunc idem Prior & Suc-
“cessores ¹ nostri in eadem forma, qua Nos vel
“Heredes Nostri talliaverimus Burgos Nostros,
“poterunt talliare Burgum suum de *Dunstaple*
“per speciale Mandatum nostrum. Et si forte
“forisfactum fuerit Personæ Prioris vel Canoni-
“corum, vel Ballivis suis, tunc fiat eis Emenda
“secundum quantitatem delicti, sicut Domino
“vel Ballivo. Sed Misericordia præter Emen-
“dam erit quatuor Denariorum. Et si Burgen-
“sis contra Burgensem, vel aliquem alium deli-
“querit, fiat Emenda pro quantitate Delicti,
“sed Misericordia sit quatuor Denariorum. De
“Secta vero Curia, Provisum est, quod Capita-

¹ F. sui.

MCCXXIX.

“les Tenentes qui fuerint in Burgo, veniant ad
 “Curiam; et qui extra Burgum fuerint, ratio-
 “nabili de Causa et non Malitiose, vel Infirmati
 “in Burgo, non teneantur venire ad Curiam,
 “nisi fuerint Actores vel Defensores, in propria
 “querela. Si autem pro defectu Consilii posi-
 “tum fuerit aliquid Judicium in eadem Curia in
 “¹ Respectum, tunc poterit Prior alios in Capi-
 “te Tenentes ad sequendum Curiam summonere,
 “re, pro ² aforcianda Curia sua. Ad visum au-
 “tem *Franci-plegii* veniant universi qui fuerint
 “quindecim annorum, qui fuerint in Burgo;
 “dum tamen per unum Mensem fuerint præmu-
 “niti. Qui vero fuerint in remotis partibus;
 “Nundinis, vel Partibus transmarinis, sine De-
 “falta, pro Excusatis habeantur. De poena au-
 “tem vendentium Panem & Cervisiam contra
 “Affisam, provisum est, quod Ballivus Prioris
 “pro Prima Defalta, capiat Quatuor Denarios;
 “pro Secunda, Quatuor Denarios; et ad ter-
 “tiam Defaltam, capiat Ballivus Prioris totam
 “Cervisiam et Panem, ad opus Prioris. Ad Quar-
 “tam vero, subeat forisfaciens poenam Tumbe-
 “ralem vel Tumpilloralem: et nihilominus ha-
 “beat Prior Panem & Cervisiam. Et quia tam
 “prædictus Prior quam Burgenses in Provisio-

¹ Respite. ² *Augenda*, reinforce.

“nem

MCCXXIX.

“nem illam consenserunt, Tibi præcipimus, qua-
“tinus Provisionem illam, secundum quod præ-
“dictum est, facias Teneri et firmiter Observa-
“ri. Et si aliquis Ipsorum contra hanc Provisionem
“nem in aliquo præsumpserit venire; distringas
“eum, si opus fuerit, ad ipsius Provisionis Obser-
“vationem, ne amplius pro defectu tui Clamo-
“rem audiamus. Teste” &c.

Quoniam vero Burgenses per has Literas, pro Vicecomite, noluerunt in Tallagium consentire, nisi haberent Mandatum Regis super hoc speciale: ideo Dominus Rex iterum scripsit Ei in hæc Verba. “Rex Vice-comiti Salutem. Quia in
“Provisione facta coram Justiciariis nostris apud
“Westmonasterium, inter Priorem de Dun-
“staple et Burgenses suos ejusdem Villæ, super
“quibusdam Contentionibus inter eos ortis, sta-
“tutum fuit, inter cetera, quod Nos vel Heredes
“nostri talliavimus Burgos et Dominica † nostra, † D. fol. 28.
“totiens talliabit idem Prior et Successores sui
“Burgenses suos de Dunstaple, ad quod iidem
“Burgenses consenserunt: Tibi præcipimus,
“quod eidem Priori facias habere rationabile
“Tallagium de prædictis Burgensibus, sicut de
“Burgis et Dominicis nostris Tallagium compe-
“tens ad opus nostrum capi fecimus”.

Cum igitur Vice-comes hac Auctoritate vellet talliare Burgenses, responderunt, quod tantum

MCCXXIX.

in Capite Tenentes de Priore, et non alios permitterent talliari. Et accedentes ad Regem, impetraverunt ab eo Literas in hæc Verba: “ Rex
 “ Vicecomiti salutem. Præcipimus Tibi, quod,
 “ occasione Tallagii, de quo Tibi præcepimus,
 “ quod faceres illud habere Priori de **Dunstaple**,
 “ de Hominibus suis de **Dunstaple**, non permit-
 “ tas, quod Ipse talliet Homines *Willelmi Russellii*
 “ in eadem Villa, nec Homines Tenentes de Ho-
 “ minibus Ipsius Prioris per *S de Sa*

Cum vero Prior, hiis Literis impeditus, vellet faltem in Capite Tenentes talliare, vocavit in Medium Duodecim Burgenses, quos Fideliores æstimavit. Qui Juramento corporaliter præsti-

^{assess}
 to, quod rationabiliter assiderent Tallagium, nec æmulos injuste gravarent, nec deferrent amicis: assiderunt tantum sexaginta-tres Solidos: Ita quod ditiores Burgi non erant assisi nisi ad tres Solidos. Huic autem perjurio manifesto successit tantus furor Populi, quod in odium Ecclesiæ subtraxerunt Decimas & Oblationes. Ita quod funere præsentis, vel Muliere se purificante, unum tantum Denarium obtulerunt. Fabricam etiam Ecclesiæ admodum dissipatæ pro derelicto habuerunt. Blasphemias et minas Canonicis et eorum Famulis intulerunt; et per impositionem falsorum Criminum eos per totam

An-

MCCXXIX.

Angliam diffamarunt. Bannum etiam in Ecclesia publice proposuerunt, quod nullus Burgensium moleret ad Molendina Prioris. Bladum etiam Dominicum ipsius Prioris in viis antiquitus usitatis prostraverunt in Terram, et Equum sub sua Custodia incluserunt; qui, aliquando per Præpositos, aliquando per Vicinos Capellanos, aliquando per ipsum Decanum vix poterat liberari. Corruerunt etiam Ballivos Nobilium Vicinorum, ut Nos et Res nostras in suis Territoriis impedirent; quod frequenter Muneribus illecti fecerunt. Cum autem hæc omnia Domini Regis Cancellario, et *Stephano de Segrave* Domini Regis Capitali Justiciario, in hujus Persecutionis fervore per Burgum de **Dunstaple** transfuentibus, Prior ostenderet; videbantur turbari, et pro malo habere, et coeperunt Burgo comminari. Veruntamen illis recedentibus, Malitia non cessavit. Hiis omnibus accessit, quod cum Ballivus Vicecomitis vellet pingnora capere pro Talagio non soluto; tam Masculi quam Feminæ de Burgo insurrexerunt in Eum, omnimodam Distinctionem fieri prohibentes. Et quamvis, ad instantiam Prioris, Domnus *Lincolniensis* Episcopus per vicinos Burgos & vicinos Decanatus præfatos malefactores diebus Sollennibus Excommunicari jussisset; tamen ab incepto furore & Malitia non cessarunt: sed profiteban-

tur, se esse Excommunicatos, et se velle potius ad Infernum descendere, quam in *Causa Tallagii* succumbere. Prolocuti fuerunt etiam cum *Willelmo de Cantelupo*, quod in *Campo*, Vicino *Burgo de Dunstaple*, concederet eis quadraginta *Acras*, in quas *Tabernacula* sua transferentes habitarent, à *Tallagio* et *Teloneo* quieti. Hac igitur *Tempestate* utriusque *Fori* *Judices* per frequentiam querelarum *Prioris* fastiditi, quasi per *accidiam* victi, dissimulando stupuerunt, et tantam *Universitatem Populi* scandalizare abhorruerunt. Et quia tanta *Multitudo* fuit in *Causa* tam *Munerum* quam *Populorum*; infinita *scelera* remanserant impunita. Cum itaque tanta *iniquitas* habundaret, ecce repente visitavit *Dominus Spiritum Magistri Johannis*, *Archidiaconi Bedefordiae*. Qui inter *Partes* amabiliter composuit, et *procellas pestilentes* subito convertit in *speciem lenitatis*. Sicut per *Cyrographum* factum in *Curia Domini Regis*, et *Cartam Prioris & Conventus* manifeste patet; quæ inferius subsequuntur.

*Cyrographum inter Nos (et Bur)genses de
Dunstaple in Curia Regis.*

“Hæc est Finalis Concordia facta in Curia
“Domini Regis apud *Westmonasterium*, à die San-

† D. fol. 28, “ Scti *Johannis Baptistæ* † in quindecim dies, anno

“ Re-

MCCXXIX.

“Regni Regis *Henrici*, Filii Regis *Johannis*,
“Quartodecimo, coram *Thoma de Multone*, *Wil-*
“*helmo de* ¹ *Ralenge*, *Roberto de Lexintone*, *Wil-*
“*helmo de Insula*, *Willelmo de Londone*, Magistro
“*Roberto de* ² *Sardelowe*, et *Radulfo de Norwico*,
“Justiciariis; et aliis Domini Regis Fidelibus,
“tunc ibi præsentibus. Inter *Ricardum* Priorem
“de **Dunstaple** Querentem, et Omnes Bur-
“genfes ejusdem Villæ Deforcientes; per *Ale-*
“*xandrum Juniolem* & *Johannem* Fratrem ejus,
“et *Elyam de Capella*, positos loco prædictorum
“Burgensium, ad lucrandum vel perdendum, de
“Tallagiis & Auxiliis, quæ idem Prior exigebat
“ab eisdem Burgensibus, quociuscunque Domi-
“nus Rex talliaret Dominica sua; et Denariis
“dandis pro Misericordiis, in quas ipsi Burgen-
“fes incident, sicut et alii Homines de Villis vi-
“cinis dare consueverunt. Dixerunt, quod nul-
“lum Tallagium vel Auxilium eidem Priori dare
“debuerunt: et quod nullus eorum dare debe-
“ret pro Misericordia, qualiscunque esset, nisi
“tantum quatuor Denarios; et similiter de aliis
“Consuetudinibus & Servitiis, quæ Idem Prior
“ab eis exigebat, et quæ ipsi Burgenses ei non
“cognoverunt. Et unde placitum fuit in præ-
“fata Curia inter eos; Scilicet, quod prædictus

1 *Vel* Raleigh. 2 *Vel* Shardelowe.

“Prior

MCCXXIX.

“Prior pro Se et Successoribus suis, quantum ad
 “Ipsam & Successores suos pertinet, concessit,
 “Quod omnes prædicti Burgenses & Heredes
 “eorum quieti sint de omnibus Tallagiis, et Au-
 “xiliis inperpetuum. Et quod pro Misericor-
 “diis, in quas Ipsi Burgenses de cetero incide-
 “rint, unusquisque quietus sit per quatuor de-
 “narios in omnibus placitis et querelis, quæ in-
 “ter ipsum Priorem & Successores suos, & præ-
 “dictos Burgenses & Heredes eorum teneri pos-
 “sint, in Curia ipsius Prioris et Successorum suo-
 “rum; præter Placita Coronæ. Salva tamen cui-
 “libet Injuriam passo competenti Emenda, fe-
 “cundum Modum & Quantitatem damni vel in-
 “juriam. Et præterea, idem Prior pro Se & Suc-
 “cessoribus suis concessit, quantum ad Ipsum et
 “Successores suos pertinet, quod dicti Burgen-
 “ses et Heredes sui, de cetero utantur omnibus
 “aliis liberis Consuetudinibus, quibus usi fue-
 “runt ante Placitum motum inter eos; sicut
 “eisdem uti solent et debent. Et prædicti Bur-
 “genses pro se et Heredibus suis concesserunt,
 “quod faciant prædicto Priori et Successoribus
 “suis, et Ecclesiæ suæ de **Dunstaple**, omnes li-
 “beras Consuetudines, quas ante prædictum Pla-
 “citurum motum facere consueverunt; sicut fa-
 “cere solent et debent. Ita scilicet, quod si in
 “aliquo in posterum, inter ipsum Priorem &
 “Suc-

MCCXXIX.

“Successores suos, et prædictos Burgenses & He-
“redes suos oriatur Contentio, quæ per Ipsos
“hinc inde sopiri non possit: tunc, de Comuni
“Assensu simul veniant vel mittant aliquos de
“suis ad Justiciarium Domini Regis apud ~~West-~~
“*monasterium*: et quod ab eisdem Justiciariis
“responsum, consultum, vel judicatum fuerit,
“sine omni Contradictione et Dilatione faciant,
“hinc inde, inter eos firmiter observari. Salvis
“semper prædictis Articulis de Tallagiis, Auxi-
“liis, & Misericordiis, secundum quod prædi-
“ctum est. Et pro hac Concessione, Fine, et
“Concordia, prædicti Burgenses dederunt præ-
“dicto Priori sexaginta Libras Sterlingorum”.

“Omnibus *Cristi* Fidelibus, &c. Noverit U-
“niversitas vestra, Nos pro Pace & Concordia
“Nutrienda inter Nos & Homines nostros de
“*Dunstaple*, concessisse Eisdem, quod Ipsi, de
“cetero, quantum ad Nos pertinet, quieti sint à
“Tallagiis in perpetuum. Et quod pro Miseri-
“cordia nostra non præstent ultra quatuor De-
“narios in omni Placito, quod Nos inter Ipsos
“tenere possimus, præter Placita Coronæ. Sal-
“va tamen competenti Emenda, quæ fiet da-
“mnum vel Injuriam passo, secundum modum
“damni vel injuriæ, et quantitatem. Præterea,
“Concessimus eisdem omnes liberas Consuetu-
“dines, quibus hætenus usi sunt, sicut eis uti so-
“lent

MCCXXIX.

“lent et debent. Et si de aliquo inter Nos &
 “Ipfos, futuris temporibus oriatur forte Contem-
 “tio, quæ per Nos & Amicos Communes, com-
 “muni Tractatu Domini sopiri non possit: pro-
 “visum est inter Nos, communi consensu, quod
 “per Nuntios ex utraque parte ad Bancum Do-
 “mini Regis mittendos, consilium Justitiario-
 “rum, pro tempore ibidem residentium, sine di-
 “lacione & Effonia requiratur; et quod ab eis
 * D. fol. 29. “responsum fuerit, sine Contradictione eis ob-
 “servari faciemus: Et Ipsi Nobis. Pro hac au-
 “tem Concessione Nostra & Confirmatione,
 “præfati Homines nostri de **Dunstaple** dede-
 “runt Nobis Sexaginta Libras Sterlingorum,
 “promittentes etiam, se Nobis futuris tempo-
 “ribus in omnibus fore devotos. Ut autem hoc
 “totum, &c.”

MCCXXX.

Anno gratiæ 1230, in *Translatione Sancti Be-
 nedicti*, anno Domini Regis *Henrici* decimo
 quarto, Ecclesia de **Dunstaple** scripta est *Quie-
 ta* in Rotulis Domini Regis ad Scaccarium, de
 Centum Libris, quas promiserat & solverat pro
 Confirmatione Libertatum suarum. Et eodem
 die, redditum est Cyrografum Priori et Burgen-
 sibus de mutua Concordia.

Eodem anno apud *Sanctum Paulum Londæ-
 niæ*,

MCCXXX.

nia, Die *Conversionis Sancti Pauli*, dum Episcopus *Rogerus* Missam sollemniter celebravit, post *Evangelium*, cecidit Ictus Fulguris in Turrim Ecclesiæ Sancti Pauli, et de fulgure Ignis egrediens, circumquaque vagabatur: ita quod pro timore & stupore, Clerici de Choro aufugerunt. Et de multitudine ruentis Populi oppressi sunt aliquot & defuncti. Solus autem Episcopus stabilis permanens ad Altare, Officium suum profectus est. Ignis autem post Intervallum disparuit, & Molendinum ad Ventum, quod erat in Orientali parte Civitatis, in Cinerem redegit.

Eodem anno, Obiit Episcopus *Menevensis*; et *Willelmus de Brause* proditiose captus & suspensus à *Leulino*.

Item, obiit Prior de *Chaucumbe*; cui substitutus est Prior de *Oseneia*.

Item, obiit *Willelmus Witchurche*; et *Ricardus de Stanford*.

Eodem anno, Rex *Henricus* transfretavit in *Britanniam* mense *Aprili* cum grandi Exercitu: sed modicum ibi proficiens, reversus est mense *Octobri*. Quo tempore, mortui sunt Comes *Gloucestriae*; *Remundus de Burgo*; *Mauricius de Gaunt*; *Nigellus de Mubray*; et multi alii.

Eodem anno, applicuit in *Anglia* Dux Saxo-

MCCXXX.

nia, qui moram fecit *Londoniæ* usque post red-
ditum Regis ; à quo, multis Muneribus honora-
tus, in suam rediit Regionem.

Eodem anno, facta est Concordia inter *Gregorium* Papam & *Federicum* Imperatorem ; post infinita Dampna utrique ab altero illata.

De Decima per *Stephanum*.

Eodem anno, Papa *Gregorius* collegit Decimam proventuum de omnibus Terris, Redditibus, Decimis, Oblationibus, (non deductis Expensis) de Episcopatibus, Abbathiis, Prioratibus, et aliis Ecclesiis Regularibus & Secularibus, & Leprosorum Domibus : excepto solo Ordine *Cisterciensi*. Et hoc fecit per manum *Stephani* Capellani sui in *Anglia*, et *Ybernia*, et *Scocia*, & *Guallia*. Et tunc solvit Ecclesia de *Dunstaplia* de suis proventibus, Quadraginta Marcas ; et pro Capellis suis de *Wetco*, duas Marcas et Dimidiam.

MCCXXXI.

Anno gratiæ 1231, reparatæ sunt *Scolæ Parisius* ; et Privilegia tam Sedis Apostolicæ quam Regis *Franciæ* in Libertatem Pristinam restituta.

Eodem anno, profectus est *Romam Ricardus*, Archiepiscopus *Cantuariæ*, contra *Hugonem de Burgo* Justiciarium, qui turbaverat ejus possessionem de Castro de *Tunbrige*. Item, contra
Ab-

MCCXXXI.

Abbatem de *Sancto-Augustino*, eo quod renuit ab eo Consecrari, et ibidem, infectis Negotiis, diem clausit extremum.

Eodem anno, obiit *Willelmus Mareſcallus*; *Hugo de Stepingele*; *Willelmus de Saumur*; *Reginaldus* Archidiaconus *Middel-Sexiæ*; *Willelmus de Muscamp* Archidiaconus *Derebiæ*; *Hugo* Abbas de *Kamesepe*; *Walterus de Bidun*; *Willelmus de Londonia* Justiciarius Regis; *Radulfus Clericus de Dorwico*.

Eodem anno, dedicatum est Altare Sanctæ *Mariæ*, ab *Hugone Elpensi* Episcopo; assistente sibi *Thoma, Dorwicensi* Episcopo.

Eodem anno, Thesaurarius *Exoniensis* fit Episcopus *Menevensis*, non obstante Contradictione *Ricardi Cantuariensis* Archiepiscopi, qui suam cassaverat Electionem.

Eodem anno, *Dani* et *Norvagienses* invaserunt *Scotiam*, et *Insulam de Dan*; qui post multa damna illata, multo labore sunt repulsi.

† Eodem anno, *Petrus*, Episcopus *Wintoniensis*, reversus est à *Partibus Ierosolimitanis*; ubi adeo se strenue habuit, quod tam apud *Romanam* Ecclesiam, quam apud *Fredericum* Imperatorem, gratiam promeruit et favorem. Et cum essent ad invicem Adversarii; inter eos esse meruit Mediator, et quasi Lapis inter parietes oppositos angularis. Cujus auxilio præcipuo, re-

MCCXXXI.

parata est Civitas *Ascalona*; et tam Castrum *Jope*, quam Castrum *Sagittæ*, Viribus pristinis restituta. Cujus etiam Providentiâ, Ordo Canonorum apud Sanctum *Thomam Martyrem*, per *Hubertum, Cantuariensem* Archiepiscopum, in *Aconia* constitutus, mutatus est in Ordinem *Spatæ Yspaniensis*. Et quia locus infirmus erat, translata est habitatio versus mare in aërem puriorem. Ad cujus meliorationem, possessiones plurimas cum pretiis tum precibus adquisivit. De cujus Loci Priore, qui resignaverat, hoc mirabile dictu accidit: quod cum in *Angliam* veniens apud *Westmonasterium* Missam celebrasset; vix, post Missam, Ecclesiam egressus; in Terram corruit, et mortuus est: et Bona ejus in Dispersionem abierunt. Ad hæc, memorandum est, quod Idem, transitum faciens per *Franciam*, impetravit constitui Treugas per triennium inter Regem *Franciæ* ex una parte, et Regem *Angliæ* & Comitem *Britanniæ*, et Comitem *Cestriæ* ex altera. Deinde, rediens in *Angliam* invenit Regem in *Wallia*, cui fortius auxilium præstitit quam alii Episcopi universi. Ubi tandem Treugis concessis per Annum; invitavit Regem, Justiciarium, et Episcopos, et Comites, et Barones, et Clericos de Scaccario, et alios Nobiliores, quotquot habere potuit, ad Celebrandum *Natale Domini* secum apud *Wintoniam*. Ubi
tot

MCCXXXI.

tot Victualia, tot Vestium paria, tot Auri & Argenti, et Equorum Jocalia, mirabili largitate effudit, quod Ipso Sollennitas merito ad Coronationem Regis sufficere potuisset.

Eodem anno, Reversi sunt simul Comes *Cestræ*, qui nimis fovit partes *Levelini*; et *Ricardus Marefcallus*, qui per injustam dilationem valde damnificatus, tandem Hereditatem suam recuperare promeruit.

Eodem anno, mota fuit Guerra in *Wallia* per *Levelinum* contra Regem *Angliæ*. Et quia dictus *Levelinus* nec Ecclesiis, nec Clericis pepercit; ideo nominatim Excommunicatus est, cum Duodecim Principibus suis, et ¹ denuntiati diebus Festivis per totam *Angliam*. Sed Treugis concessis, suspensa est Denuntiatio. In hac autem Guerra capti sunt à parte *Levelini* duo Filii *Ricardi de Argenthom*, et alii tres Nobiles. Occisi verò sunt Triginta Milites; Pedestrium vero occisorum Numerus ignoratur.

Eadem Pestilentia, dum Rex cum Exercitu suo *Castrum-Matildis* reparavit: *Levelinus* in *Marchia Walliæ* decem Castra destruxit.

Eodem anno, Comes de ² *Muntford* recuperavit Saifinam de *Leicestria*, et de ^{93. D. 4.} *Medietate Comitatus sui*.

1 Sic. 2 F. Muntford.

MCCXXXI.

Eodem anno, *Johannes de Catebi* resignavit Vicariam de *Dullokeshulle*; cui *Simon de Barde-
neia* successit.

Eodem anno, *Johannes*, Archidiaconus *Bedes-
forde*, fit Archidiaconus *Porhamtoniæ*: cui suc-
cessit Magister *Almaricus* in Archidiaconatum
Bedefordiæ.

Eodem anno, die *Sancti Eadmundi* Dedicata
est Ecclesia de *Peubotle*, per Officialem *Lin-
colniensis* Episcopi.

Eodem anno, *Radulfus*, Episcopus *Citestre-
sis*, Domini Regis Cancellarius, est in *Cantua-
riensem* Archiepiscopum postulatus. Sed Postu-
lato non fuit admiffa.

Eodem anno, *Ægidius* Prior de *Meritone*
factus est Albus Monachus apud *Bellum-locum*;
cui successit *Henricus*, ejusdem Ecclesiæ Sub-Ce-
lerarius.

† D. fol. 30. † Eodem anno, *Templarii & Hospitalarii* cum
suis Amicis, tot *Damnis & Angustiis* affecerunt
Veterem de Montanis; quod Vi compulsus, fa-
ctus est eis *Tributarius*.

Eodem anno, obiit Soldanus *Babiloniæ*.

Eodem anno, *Cincius Romanus* et alii *Romani*
plerique capti sunt; et post aliquot menses li-
berati. Nuntii etiam Domni Papæ, Literas ejus

MCCXXXI.

portantes, capti sunt, et uno eorum interfecto, alii vulnerati abierunt.

MCCXXXII.

Anno 1232. *Hubertus de Burgo*, Justiciarius *Angliæ*, conventus super Peregrinatione Sanctæ Crucis, per Literas Papæ; per Absolutionem *Pandulfi* Legati tunc *Angliæ*, se rationabiliter expedit. Super Divortio verò Tertiæ Uxoris suæ, scilicet Filix Regis *Scotiæ*, conventus, super eo, quod erat Confanguinea secundæ Uxoris suæ, scilicet Comitissæ *Globerniæ*: machinationibus dolosis Iniquitatem suam prolongavit, audientiam bonorum Judicum declinando, et malitiose Literas impetrando ad tres Judices, in tribus angulis *Angliæ* constitutos.

Eadem etiam tempestate, per Conspirationem quorundam Clericorum & Militum, machinatus est, ut per quosdam Satellites Blada *Romanorum* violenter excussa venderentur. Et cum per Ballivos Regis talia præsumentes arguebantur, ostenderunt Literas Patentes ipsius Justiciarii. Quibus visis, in Pace dimissi, non solum *Romanorum* sed etiam *Anglicorum* Blada nequiter distraxerunt. Tandem Papa *Gregorius* scripsit Domino Regi *Angliæ*, ut hujus Sceleris fautores Brachio Seculari coërceret: qua auctoritate, fratrem Magistri *Roberti de Chardelawe* in Carcerem detru-
fit.

MCCXXXII.

fit. *Robertus* verò de *Twinge* Militem, omnium hujusmodi Malefactorum Marefcallum, ad Summum Pontificem misit. *Hubertum* etiam de *Burgo* Officio Justiciarii & *Cantiæ* Comitatu privavit, et omnibus Mobilibus suis & Beneficiis, quæ

abrahe literæ
priv

Dono suo adquisierat, avit. Diem etiam peremptorium ei statuit, quod coram Paribus suis, de receptis suis & Expensis redderet rationem. Et tam *Romanis* quam aliis de Eo querelantibus responderet. Sed, quia infra dictum diem se præparavit ad Fugam; quidam Domestici Regis, hoc sentientes, Ipsum infecuti sunt. Qui cum fugiens in quandam Capellam se detrunderet; Ipsi illum violenter extrahentes, usque ad Turrim *Londoniæ* eum transtulerunt. Sed ad Instantiam *Rogeri Londoniensis* Episcopi, per Libertatem Ecclesiasticam remissus est ad Capellam, à qua fuerat violenter extractus, scilicet ad Capellam de *Boisars*. Ubi, eo per quadraginta dies moram faciente, Comitatus *Esseriæ* Capellam obsedit, et ad modum Castellum fossata circumfodit. Demum, quia Victualia ejus extenuabantur, elegit exire; Et exiens captus, ad Turrim pristinam est reductus. Demum, de Consilio Peritorum Regni, datus est in Custodiam Quatuor Comitibus, qui tradiderunt Eum suis quatuor Militibus; qui sicut suam Vitam diligere-

rent,

MCCXXXII.

rent, Ipsum in Castro de **D**ivisiis salvò custodirent.

Eodem tempore, *Radulfus Brito*, Domini Regis Thesaurarius, qui Ecclesiam de **M**ellenden aliquot annis fuerat persecutus, incidit in Iram Regis. Frater ejus Vice-comes **C**antiae, et Ipse à suis Officiis depositi Finem-fecerunt cum Rege: alter pro Mille Libris, alter pro Mille Marcis: et exinde Possessiones multas, quas per Oppressionem occupaverant, mediante Justitia, perdidērunt.

Eodem anno, Quatuor Torneamenta concessa † sunt à Rege in quatuor placis *Angliae*; scilicet **D**unstaple, et **B**rakele, et **S**tanfordia, et **B**litha. ^{†D. fol. 30, b.}

Eodem anno, mutato *Johanne* Priore **S**ancti-**B**artholomaei: *Gerardus*, ejusdem Loci Canonicus, substitutus est in Priorem.

Eodem anno, Papa *Gregorius* per Episcopum **W**intoniensem & Abbatem **S**ancti-**E**admundi, fecit Scrutinium, qui essent de Numero Universitatis per Conspirationem initam contra *Romanos*. Qui nomina suspectorum ad Domnum Papam *Romam* miserunt.

Eodem anno, Electus est Prior **C**antuariensis in Archiepiscopum, et à Rege admissus. Qui *Romam* profectus, Electioni renuntians, Prior ut prius, remeavit.

MCCXXXII.

Eodem anno, oritur et moritur *Johannes*, Filius *Ricardi*, Comitis *Cornubiæ*. Item *Ranulfus*, Comes *Cestriæ*. Item *Alanus Basset*. Item *Henricus de Oily*.

Eodem anno, fuerunt Justiciarii Itinerantes in Comitatu *Bedeforde*; sed nec *Dunstapliam* venerunt, nec de Placitis ejus se intromiserunt; sed coram eis declaratum est Jus nostrum, et Jus Abbatissæ de *Alnestowe* super Communio-

ne Marisci de *Flitte*, & de *Daldone*. Et Ro-

aliena manu
usque ad finem Paragraphi
 tuli Regis hæc sunt Verba. “Abbas de *Woburn* et Canonici de *Dunstaplia* venerunt coram Justiciariis, et concesserunt Perambulationem sicut provisã fuit per Breve Domini Regis, inter Abbatissam de *Alnestowe* et *Philippum de Flitta*, inter *Daldonam*, quæ est Abbatissæ; et *Flittam*, quæ est ipsius *Philippi*. Salva tamen eisdem Abbati, et Canonicis de *Dunstaple* Communia Pasturæ per totum, sic ut Eam habuerunt”.

Eodem anno, compositum fuit inter Nos & Parochianos de *Flittewike*, et Abbatem de *Wardona*, super Communia de *Bucokethere*: ita quod dedimus Abbati Viginti Solidos pro Bono Pacis, et Jure nostro retinendo.

Eodem anno, Compositum fuit inter Nos et Comitissam de *Penbrok*, super Sequela Curia de

MCCXXXII.

de Tudingdone, et Hundredi de Flitta. Ita quod remansit Nobis plena Libertas tota Vita ipsius, salvo jure cujuslibet post Mortem Ejus. Quod factum est Mense *Novembri*.

Eodem anno, et mense, recepimus plenam Seisinam in Homagiis & Dominicis & Servitiis, de tota Terra de *Wadelowe*: et etiam de Servitio unius Denarii, quod Comes de *Penbrok* dedit Nobis pro Mesuagio et Domibus suis in *Wadelowe*.

Eodem anno, *Stephanus de ¹ Sedgrave* factus Justiciarius totius *Angliæ*.

Eodem anno, concessa est Quadragesima totius *Angliæ* Domino Regi de Blado habito die Sancti *Mathei* Apostoli; et de Averiis tunc apparentibus. Ecclesiæ vero, et earum Bona, Jure Parochiali ad ² ea spectantia, ab hoc Tallagio fuerunt libera.

MCCXXXIII.

Anno Domini 1233. Mortuo *Roberto*, Rectore Ecclesiæ de *Merstona*; ad Præsentationem Nostram substitutus *Alanus*, redditurus Nobis annuatim Quinque Libras, de quibus solvemus Hospitali quatuor Marcas.

Eodem anno, fuerunt Justiciarii Domini Regis apud *Dunstaple*; scilicet, *Robertus de Le-*

¹ Sic. ² F. eas.

MCCXXXIII.

xintonæ, et quidam alii. Et tunc Burgus fecit Nobiscum Finem de quatuor Marcis, pro omnibus, qui fuerunt in Misericordia nostra. Et hoc fecerunt, de Assensu Justiciariorum.

Eodem anno, de mandato *Gregorii* Papæ, omnes Episcopi *Angliæ* visitaverunt omnes Monachos, et Canonicos sibi subditos. Et tunc Visitata fuit Ecclesia nostra, per Officialem *Hugonis* Episcopi; scilicet, Magistrum *Robertum*, Archidiaconum *Lincolniæ*. Cujus Statuta, Sigillo suo signata, apud Nos remanserunt.

Eodem anno, ¹ Durationavimus contra *Wilhelmum de Fuldho* unam Viam quindecim Pedum; juxta ² graviam suam in *Pullokeshulla*.

Eodem anno, die *Pentecostes* apud *Globerziam*, facti sunt ³ Comites *Hugo Bigod*, et *Hugo de Ver*, *Droniæ*. Item, Comes de *Warwic*; de Balneo? et cum eis Milites quamplures.

Eodem anno, *Johannes de Scotia* factus est Comes *Cestriæ*. Et Constabularius *Cestriæ* factus est Comes *Lincolniæ*. Et tunc divisæ sunt Terræ Comitis *Cestriæ* inter ⁴ quinque Sorores ejus.

Eodem anno, Comes *Britanniæ* abstulit Regi nostro Castrum *Sancti Johannis* super *Beverun*,

¹ Sic. ² Grobe. ³ An, Milites, Rogerus Bigod Comes *Northfolciæ*, et Hugo de Ver, Comes *Droniæ*? Vide *Dugdali Baronag. T.I. p.133.* ⁴ Quatuor aliis.

quod

MCCXXXIII.

quod R. Comes *Cestrie* donaverat Regi nostro.

Eodem anno, Magister *Johannes Blundus* in Archiepiscopum *Cantuariae* concorditer Electus, *Romam* profectus est. Qui tandem, adversante Sibi Magistro *Simone* Archidiacono *Cantuariensi*, est cassatus; hoc prætextu, quod Duas Ecclesias Parochiales habuit, sine Dispensatione speciali.

Eodem anno, *Federicus* Imperator concessit *Lombardis* omnes Libertates, quas habuerunt tempore *Federici* Avi sui; et quod *Lombardiam* non intrabit Ipse, vel Filius ejus, nisi cum Centum Militibus ad plus. Ipsi vero, pro hoc restituerunt ei omnia Castra Regalia, quæ de suo habebant; et promiserunt trescentos Milites Ei ad sumptus suos, per triennium, in *Terra Sancta*. Et sic Pax inter eos est facta.

Eodem anno, *Johannes*, quondam Rex *Jerusalem*, applicuit apud *Duracium*; et vi obtinuit locum. Inde profectus *Constantinopolim*, pacifice susceptus est in Imperatorem. † Cui Papa † D. fol. 31. *Gregorius Nonus* in Novitate sua egenti, de Thefauro Ecclesiæ Auxilium ministravit.

Eodem anno, Magister *Johannes Blundus* in *Cantuariensem* Electus, in *Angliam* est reversus.

Eodem anno, Magister *Johannes* Abbas *Boxleie* cum duobus Collegis, datus est Visitator per Monasteria *Nigrorum Monachorum* Exempta. Qui, cum nimia Severitate vellet eos¹ acgrava-

¹ Vel aggravare.

re, et ab Esu Carnium extra Infirmariam; et à Potu post Collationem vellet cohercere: Sedem Apostolicam appellarunt; et Appellationem prosequentes, Litteras ad alios Visitatores impetrarunt. Verumptamen Eorum Appellatione sprete, Monasteria ista ipsa ¹ Interdicta supposit, & Abbates cum præcipuis ² Obredientiariis Excommunicavit: et tam Ipsos quam Eorum Monasteria ab omnibus vitanda denunciavit. Sed tam Sententiæ suæ, quam Visitatio sua per Litteras Revocatorias sunt Cassatæ. Cum vero vellet Monasterium de ³ *Hevitham* visitare, excepit Abbas contra ipsum, quod Monasterium suum non fuit Exemptum, nisi ab Ecclesia *Wigorniensis* tantum; et ideo *Cantuariensi* Ecclesiæ subiectum. Et hoc Abbate & Conventu per Litteras Patentes profitentibus, Visitatores secesserunt.

Eodem anno, recesserunt *Walterus* Professus, et *Johannes* non Professus, Canonici *Dunstablenses*, sine Licentia; et per fenestram fractam exeuntes, et Murum Monasterii transilientes, inter *Fratres Minores* Habitum *Oxonie* susceperunt. Quos Prior de *Dunstable*, *Oxonie* et alibi, denunciari fecit Excommunicatos. Unde *Walterus* cum tribus Fratribus de Ordine *Mino-*

¹ F. Interdicto. ² Pro, Obredientiariis. ³ Vel, *Evesham*.

MCCXXXIII.

rum reversus, ad Capitulum *Dunstapliæ* humiliter petiit absolvi. Et juravit, quod pareret Mandatis Prioris in Omnibus, salvo Ordine suo. Et sic Absolutus est, jussu Prioris, à Tribus Canonicis, per Corporalem Disciplinam; et postmodum à toto Conventu voce tenus. Demum injunctum est ei, ut inprimis restituat ¹ Quaternos et Pannos, quos asportavit; et infra annum deliberet, ut si Ordo *Minorum* arctior est nostro, ibi remaneat, sin autem, ad nostrum Ordinem revertatur, ubi gratiam valuerit invenire. *Johannes* vero *Londoniæ* inventus à Priore ² invento similiter absolutus est. Qui cum *Nicho*^{ol} Fratre suo *Romam* profectus, attraxit secum *Henricum Archer*; quo anno ad eundem Ordinem *Ricardus Falco* conversus est.

Eodem anno, *Rogerus* Episcopus *Londoniensis* *Romam* profectus, apud Civitatem *Palmensem* Jocalia et Expensas Itineris perdidit; quas, pro parte vix recuperavit. Quid autem *Romæ* profecerit ignoratur. Demum in *Angliam* Rediens, in autumno à Ministris Regis apud *Cantuariam* est retentus, una cum Episcopo *Baziliensi*, qui eodem tempore transfretare volebat.

¹ Codices membraneos, in 4^{to}. (quod dicimus) compactos. Vulgo dicimus, *Quires*, ut potius intelligatur vox de Schedis (vel membraneis vel chartaceis) nondum compactis. ² Malim inventus, ita tamen ut *παρίδου* existimem.

MCCXXXIII.

Eodem anno, Fratres Minores volentes habitare in Burgo *Sancti-Edmundi*; item, in Burgo de *Redingis*; ad ipsum Abbatem de *Redingis* Literas tam Apostolicas quam Regis impetrarunt, ut liceret † eis habitare in Villa de *Redingis*. Impetraverunt etiam Literas Protectionis Domini Papæ ad Episcopum *Wintoniensem*, ut eos protegeret contra inimicos *Cristi*. Et sic per Instantiam multam impetraverunt Locum ad inhabitandum ab invito Abbate, juxta Pontem *Redingia*; quod reputatum est Eis in Signum Transgressionis Ewangelicæ.

† D. fol. 31,
b.

Eodem anno, obiit *Ricardus*, Abbas *Sancti-Edmundi*: cui successit *Henricus*, ejusdem Loci Prior.

Obiit, *H.* Abbas de *Derelee*; cui successit *Radulfus*, ejusdem Loci Supprior.

Obiit *Ferandus*, Comes *Flandriæ*; Abbas de *Thorentona*; Prior de *Cockeforda*.

Eodem anno, Quidam Frater *Prædicatorum*, nomine *Johannes de Vicencia*, apud *Boloniam* Miracula multa operatus est; sanans omnem languorem: etiam Mortuos dicitur suscitasse; Volucres *Silvestres* & Volantes ad Manum suam descendisse; Flumen super Capam suam transisse; et Verbum Dei cum multa Efficacia prædicasse.

1 Sic. 2 Vel *Coxforde*. Vide *Lelandi Coll. Vol. I. p. 59.*

MCCXXXIII.

Eodem anno, fuerunt Itinerantes Justiciarii in *Cornubia*; quorum metu, omnes ad Sylvas fugerunt. Et ideo ¹ Bannitum fuit, ut omnes redirent ad Pacem Regis: Ita tamen, quod addiscerent & viverent secundum Leges Regni *Angliæ*. Excepti sunt soli homicidæ ² coram Appellatores in promptu fuerunt.

Eodem anno, deposito Abbate *Præmonstratensi*, substitutus est Abbas *Anglicus* de Parco juxta *Develeyam*; et in eodem Capitulo ardua plurima sunt statuta.

Eodem anno, in Generali Capitulo de *Ardeis* tres Priores de *Sancto-Victore*, de *Fonte Clericorum*, de Ordine ³ *Prædicorum Parisius*, missi sunt diffinitores à Papa; qui multa diffiniendo statuerunt et jusserunt, per totum Ordinem observari.

MCCXXXIV.

Anno Gratiae 1234. De Consilio Summi Pontificis, Monachi *Cantuarienses* Elegerunt Magistrum *Eadmundum*, Tefaurarium *Sarum*, in Archiepiscopum. Qui eodem anno, die *Letare Jerusalem*, apud *Cantuariam*, Rege præfente, Consecratus est, et Pallium eadem die suscepit. Cui Rex Corpus & Animam, Coronam et Re-

¹ *Edictum, decretum.* ² *F. quorum.* ³ *Sic Apogr. Wanl. pro Prædicorum.*

MCCXXXIV.

gnum suum, cum multa devotione commisit. Quo facto, Idem Archiepiscopus amovit & alienavit à Consilio & Familia Regis, P. Episcopum *Wyntoniensem*; et P. de *Orivalle* Tefaurarium; et omnes alios *Pictavienses*. Insuper etiam et S. de *Segrave* Justiciarium *Angliæ*; et *Robertum Passelerve* Tefaurarium Scaccarii, tanquam *Pictavensum* fautores ¹ fraudulentos. Ad gratiam vero Domini Regis revocavit, quos ² Prior Consilium ab eo alienavit.

Eodem anno, Archiepiscopatus Dominica, quorundam fraudibus, sterilia & inculta, arata sunt, & ³ Tremisio seminata; et Staurum restauratum; mutuo accepta Pecunia infinita, tam à Rege, quam aliis.

Eodem anno, *Sathana* fabricante, Dominus Rex abstulit quoddam Manerium *Gilleberto Basset*, ordine Juris prætermisso, de Consilio *Pictaviensium*. Rex vero monitus ab R. *Marscallo*, ablata restituere noluit; sed iratus, ipsum licentiavit. Quo recedente, recesserunt cum eo G. *Basset*, et *Ricardus Suard*: quibus Comites & Barones *Angliæ* per Cartas suas promiserunt Consilium & Favorem. *Liulinus* etiam eis adhærens, pariter cum Viribus eorum, multa mala commiserunt, primo in *Guallia*; secundo in *Mar-*

¹ Sic *Apogr. W.* pro fraudulentos. ² Sic *Apogr. Wanl. F.* Prioris. ³ *Rye.*

MCCXXXIV.

chia; tertio in *Anglia*. Nam apud **Grossum-**
montem in *Guallia*, perdidit Exercitus Regis
circiter Octingentos Equos cum Hernasio et Ar-
mis, ubi duo Milites sunt occisi cum Pedestri-
bus apud nos infinitis. Postmodum vero de Fa-
milia *Johannis de Monum*^{eta?} et de *Flandrensibus*
illi à Rege in auxilium missis, multa strages facta
est per Marſcallum †, et Terra *Johannis* præfati † D. fol. 32.
combusta penitus & destructa. Interea *Marſcallo*
in *Iberniam* profecto, Archiepiſcopus cepit Treu-
gas inter Regem & Æmulos ejus, usque ad Fe-
stum *Sancti Jacobi*. Quibus ¹pendentibus, *R.*
Marſcallus contra Treugas in *Ybernia*, per *G.*
fratrem suum concessas, de pessimo Consilio
Galfridi de Marisco et aliorum Regis prodito-
rum, cum paucis intrusit se in Exercitum Regis,
cui tunc præfuerunt *Mauricius* Justiciarius, *Wal-*
terus de Lascey, *Hugo de Lascey*, et *Ricardus de*
Burgo, ubi vulneratus ad Mortem, occubuit. Ve-
runtamen, per quindecim dies sequentes lan-
guens, & poenitentiam agens, diem clausit extre-
mum. Super cujus morte Rex certioratus, diu
gemuit sicut Rex *David* super morte *Saulis* &
Jonathæ.

Eadem tempestate, *Ricardus Suarth* & Com-
plices ejus, sicut viri furibundi, combufferunt

1 Sic *Apogr. Wanl.* F. pendentibus.

Maneria et Averia *Ricardi* Comitis *Cornubiæ*, et Episcopi *Wyntonienſis*, et *P. de Orivalle*, et *S. de Segrave*, & *R. Paſſelewe*, et aliorum æmulorum suorum. Qui pro Excusatione sua afferbant, hæc merito se fecisse, quia per prædictorum Consilia eorum Tenementa prius fuerint dissipata.

Eodem anno, Rex piissimus, attendens, quod Ipse fuerat hujus mali radix & origo, per Consilium *Achitofel*, suspenſo ipsius Consilio¹ per Novum *Chusy*; scilicet, Archiepiscopi Rigorem mutavit in Gratiam, Errorem corrigere volens, et malum bono vincere: noluit Genus Mareſcalli nec Fautores ejus exheredare; sed elegit potius Eos sibi reconciliare. Ideoque Die *Martis* ante *Pentecosten*, restituit Eos in integrum; hoc est, ad Famam, ad Terras & Possessiones universas; et insuper ad Osculum Pacis. Postea vero, die *Pentecostes*, Rex fecit *Gilebertum* simul Militem, et Comitem, et Mareſcallum; et tam illis quam aliis, Donaria multa largitus est, et sic finita est Guerra; quoniam transierunt prava, indirecta, et aspera, in Vias planas.

Eodem anno, *Hubertus de Burgo* Comes *Can'tiæ*, Justiciarius *Angliæ*, et Cruce-signatus, per machinationem *Pictavenſium*, incidit in Iram Re-

¹ *Quid si interpreteris, per novam artem? Chowſe vox satis nota est. De veteri Chusai Vide II Sam. XVII.*

MCCXXXIV.

gis. Et præ timore fugit in quandam Capellam *Essexiæ*: sed inde violenter extractus, raptus est in Turrim *Londoniæ*. Sed per Episcopum *Londoniæ* fuit restitutus ad Capellam memoratam. Demum Comitatus, de mandato Regis, dictam Capellam vallavit ¹ Palliciis & Fossatis. Deinde, imminente quadragesimo die, confusus de Gratia Regis, exiens de Capella, tradidit se Vice-comiti. Qui volentem in Biga usque ad Turrim *Londoniæ* reduxit. Quem postea Rex tradidit Custodiæ Quatuor Comitum, pariter cum Castello de *Divisis*; ubi post multa tempora, ut Machinationem mortis suæ declinaret, permisit se de muro Castri cadere in Fossatum; et inde confugit ad Ecclesiam convicinam. Tandem cum aliquot Septimanis præfata Ecclesia circumdaretur Populo Comitatus; subito superveniens *Ricardus Syward* cum Multitudine armata, volentem extraxit de Ecclesia, et secum honorifice duxit ad *Marescallum* in *Wallia*. Qui postmodum cum aliis ad Regis gratiam admissus, ad Vitam, & Pacem, et Famam, et Hereditatem, et ad Honores ² questus, et Comitatum est in integrum restitutus.

Eodem tempore, Episcopus *Carleolensis* Officio *Thesaurarii*, et omnibus Custodiis et Quæ-

¹ *Palisado's.* ² *F. quæstus, per diphthongum.*

MCCXXXIV.

stibus spoliatus, volens fugere, apud **Cantuar**
riam est detentus. Deinde, pro Reverentia Or-
dinis sui abire permissus, in *Flandria* moram fe-
cit: qui postmodum, per Novum Archiepisco-
pum, Domini Regis gratiam impetravit.

Eodem anno, adquisivimus unam Virgatam
Terræ in Parochia de **Segenho**, quæ fuit *Ro-*
berti de Wodewelle; et quæ debebat Servitium
annuum Septem Solidorum. Inde orta est Guer-
ra, et aliqui vulnerati; et per Nostros, ædificia
sunt asportata: unde circiter quadraginta de
Famulis Nostris Appellati sunt de Roboria, et
de Pace Regis infracta. Demum, facta Pace,
Henricus de Norhtwode remisit Nobis servitium
† D. fol. 32,
b. septem Solidorum; et recepit † à Nobis Septem
Acras sibi vicinas; & retraxit se & suos de Ap-
Dunstaple
pellis suis. Et Nos de querelis in Daplo motis
Nos retraximus.

Eodem anno, *Hugo de Wadelowe* fecit Cartam
Paulino Piper, de tota Terra de **Wadelowe**,
et de Terra sua de **Chaltuna**, et de omni Jure
& Clammio quæ poterunt ei accidere, pro Ho-
magio suo, quod cepit in plena Curia de **Tu-**
dingduna, et pro Victu & Vestitu quamdiu vive-
ret. Et ideo dictus *Paulinus* Nos super dictis
Terris multipliciter molestavit. Sed demum ad
Cor reversus, per amicabilem Compositionem
re-

MCCXXXIV.

restituit Nobis Cartam *Hugonis*; et fecit Nobis suam de Terris prædictis: pro qua Concessione dedimus dicto *Hugoni* unum Conredium unius Canonici, et Quatuor Solidos annuos pro Vestitu; et dicto *Paulino* Quinque Marcas, et quinque Quarteria Frumenti, et Reditum Quatuor Solidorum et Sex Denariorum, et ¹ quadam Crofta Nobis inutili.

Eodem anno, *Walterus de Kyrkebi* dedit Nobis unam Carucatam Terræ in *Gikewella*; pro qua concessimus Ei, et Uxori suæ, et duobus Filiis, et Uni Filiaë suæ, et uni famulæ Uxoris suæ, Victum & Vestitum in Vita sua.

Eodem anno *θ Hugo Herefordensis* Episcopus, et *Philippus Comes Boloriæ*, et *Robertus Comes Frater Comitis Britanniaë*. Item *Henricus*, Abbas *Derelepe*; cui *Radulfus*, ejusdem Loci Canonicus, substitutus est. Item *θ Abbas de Abhendone*. Item Abbas de *Kobetestre*. Item Prior de *Cokeford*. Et *Briennius de Insula*. Et *Hugo de Nova-villa*.

Eodem anno, emanavit à Rege *Henrico* Constitutio sequens. “*Henricus, Rex Angliæ*, Vice-
“comiti Salutem. Quia audivimus, quod Tu &
“Ballivi tui, et etiam Ballivi aliorum, qui Hundre-
“da habent in Comitatu tuo, non intelligitis,

¹ Sic. An, quandam Croftam Nobis inutilem?

“qua-

MCCXXXIV.

“qualiter Hundreda & Wapentakia Teneri de-
 “beant in Comitatu tuo, postquam concessimus
 “Hominibus de Regno nostro Libertates con-
 “tentas in Cartis Nostris, quas inde fecimus dum
 “fuimus infra ætatem. Nos eandem Cartam nu-
 “per fecimus legi in præsentia Domni **Cantua-**
 “**riensis**, et Majoris & Sanioris partis omnium
 “Episcoporum, Comitum, ¹ Baronum, Totius
 “Regni Nostri, ut Coram Eis et per Nos expo-
 “neretur Hæc Clausula contenta in Carta nostra
 “de Libertatibus; videlicet, quod *Nullus Vice-*
 “*comes vel Ballivus faciat Turnum suum per Hun-*
 “*dredum, nisi bis per annum; et non nisi in Loco*
 “*debito et consueto, videlicet semel post Pascha,*
 “*et iterum post Festum Sancti Michaëlis, sine Oc-*
 “*casione. Ita scilicet, quod quilibet habeat Liber-*
 “*tates suas quas habuit & habere consuevit tempore*
 “*H(enrici) Regis Avi nostri, vel quas postea per-*
 “*quisivit. Unde, à multis ibi dictum fuit & te-*
 “*statum, quod tempore H(enrici) Regis Avi no-*
 “*stri tam Hundreda et Wapenthakia, quam Cu-*
 “*riæ Magnatum Angliæ solebant teneri de quin-*
 “*dena in quindenam. Et licet multum place-*
 “*ret Nobis communi Utilitati totius Regni No-*
 “*stri & Indempnitati pauperum providere, ta-*
 “*men quia illi duo Turni plene non sufficiunt*

 1 F. et Baronum.

MCCXXXIV.

“ ad Pacem nostram conservandam, et ad Ex-
“ cessus tam Divitibus quam Pauperibus illatos
“ corrigendos, quæ ad Hundreda pertinent : De
“ Communi Concilio prædicti Archi-Episcopi
“ *Cantuariensis*, et omnium prædictorum Epi-
“ scoporum, Comitum, Baronum, et aliorum ;
“ Ita provisum est, quod inter prædictos duos
“ Turnos teneantur Hundreda, Wapentakia, et
“ etiam Curia Magnatum de tribus Septimanis
“ in tres Septimanas, ubi prius Teneri solent, de
“ Quindena in Quindenam. Ita tamen, quod
“ ad illa Hundreda, Wapenthakia, et Curias,
“ non fiat generalis Summonitio, sicut ad Tur-
“ nos prædictos. Sed ad Hundreda illa, & Wa-
“ penthakia, et Curias, convenient conqueren-
“ tes et adversarii sui, et alii qui Sectas debent ;
“ per quos Teneantur Placita & fiant Judicia.
“ Nisi ita sit, quod ad Hundreda illa et Wapen-
“ thakia ¹ fieri Inquisitio de Placitis Coronæ, sic-
“ ut de Morte Hominis, Tesauro invento, et
“ hujusmodi, ad quæ Inquirenda convenient
“ cum prædictis Sectariis, quatuor Villatæ pro-
“ ximæ ; scilicet, Omnes de illis Villis, qui ne-
“ cessarii fuerint ad Inquisitiones illas faciendas.
“ Et ideo Tibi præcipimus, quod prædicta Hun-
“ dreda, Wapenthakia, et Curias tam Nostra

¹ F. fieri contingat Inquisitio.

MCCXXXIV.

“quam Aliorum Teneri facias de cetero, secun-
 “dum quod prædictum est, de tribus Septima-
 “nis in tres Septimanas: Exceptis prædictis
 “duobus Turnis, qui de cetero teneantur secun-
 “dum quod prius Teneri solebant. Teste, &c.”

Eodem anno, apud **Woburne** amoto Abba-
 te *Ricardo*, *Rogerus* Monachus de *Fontibus* substi-
 tutus est; quo substituto, tam Monachi quam
 Conversi ejusdem Loci, missi sunt ad varia Mo-
 nasteria per *Angliam*, unde moram facturi, do-
 nec idem Monasterium liberetur ab honore de-
 bitorum.

Eodem anno, concessimus Abbati & Conven-
 tui de **Woburne** Molendinum nostrum de
Greenefeld ad Firmam perpetuam, pro viginti-
 sex Solidis annuis.

Eodem anno, obiit *Thomas de Thoterho*; et
 cessit Nobis Terra ejus.

* D. fol. 33. † Eodem anno, *Thomas Cnot de Toterho* reddi-
 dit Nobis dimidiam Virgatam Terræ; et abju-
 ravit Jus et Cladium suum, et ideo Pietatis in-
 tuitu dedimus ei sexdecim Solidos, et sex Den-
 rios.

Eodem anno, Obit *Hugo, Herefordensis* E-
 piscopus; cui successit Magister *Radulfus*, ejus-
 dem Ecclesiæ Decanus.

MCCXXXV.

MCCXXXV.

Anno 1235, *θ Hugo*, Episcopus *Lincolniensis*; cui substitutus est Magister *Robertus Gros-sum-Caput*. Item, *H. Koffensis* Episcopus. Item, *Willelmus*, Abbas de *Sancto-Albano*; cui substitutus est Prior *Hertfordiae*.

Eodem anno, recuperavimus apud Scaccarium, Quatuor Marcas, de Misericordiis Burgensium Nostrorum.

Eodem anno, præsentavimus Magistrum *Alanum* ad Ecclesiam de *Merstona*; de qua solebamus recipere annuos viginti Solidos; et reddere *Hospitalariis* annuam Marcam. Sed cum Episcopus vellet augere Beneficium Nostrum usque ad Quinque Marcas, et Capitulum *Lincolniæ* in hoc consensisset: *W.* Decanus hanc Gratiâ impedivit, occasione Litis ortæ inter Nos & Ipsum, super Decimis de *Houþont*; ita quod *p Saxon.* nondum habemus in Ea nisi Veterem Pensionem. In dicta vero Lite, quæ mota fuit coram Judicibus *Lincolniensibus*, Appellando, recessimus sine die.

Eodem anno, concessimus ¹ *Jame de Caus*, Cantariam in Capella sua de *Sarpenho* ad sumptus suos; et sic retinuimus septem Acras, ab antiquo Nobis pro Cantaria concessas: Et tunc fe-

¹ Sic. Sed infra sub an. 1236. James de Kauz.

MCCXXXV.

cius Escambium cum Eo, de Terra quæ dicitur *Hadecroft*, pro quatuordecim Acris Nobis vicinioribus, pro Utilitate Communi. Et dictus J. revocavit suis sumptibus Appellationes Hominum suorum in Laico Foro. Et nos fecimus revocari sententias Excommunicationis latis in Homines illius, ob Causas præmissas.

Eodem anno, facta est Prædicatio *Crucis* generaliter per *Angliam*. Sed per Imperatorem prorogatae sunt Treugæ per quadriennium.

Eodem anno, Domnus Papa & Imperator, communi Consilio, per Mariscallos suos & Exercitum suum obsederunt Civitatem *Romanam*, sed à remotis. Unde Civibus exeuntibus versus ¹ *Bitervium*, & adversariis eis clamantibus, multi interfecti sunt ex utraque parte: ita quod duo Comites *Theutonici* et alii Nobiles occisi sunt: et præter Multitudinem Civium interfectam, plerique Cives capti sunt, et in Carcerem Domni Papæ detrusi. In cujus Auxilium, *Petrus, Vintoniensis* Episcopus, grandem Executionem de Militibus & ² *Balastariis*, usque ad *Perrusum* perduxit. Tandem *Romani*, Necessitate ducti, cum Domno Papa composuerunt de Damnis resarciendis Ecclesiæ, Cautioem idoneam præstantes.

Eodem anno, *Fredericus*, Imperator *Aleman-*

¹ *Id est*, Viterbium. ² *Sic*.

MCCXXXV.

niæ, duxit in Uxorem *Ysabellam*, Filiam *Johannis* Regis *Angliæ*; accipiens pro Dote triginta Milia Marcarum. Pro quibus, petitum & concessum fuit generale Scutagium Duarum Marcarum per totam *Angliam*; non solum de Feodis habitis in Capite de Rege, sed etiam de aliis cultis. Domus etiam Religiosæ tam de Fundatione Regis, quam aliæ, ad hoc suum Auxilium præstiterunt. Dicitur autem Imperator Consilium & Auxilium in Adquisitione & Defensione Juris sui, Regi *Henrico* promisit.

Eodem anno, Dominus ¹ *Galwinæ* mortuus est, cui successerunt quatuor Sorores ejus. Sed quia Populus Terræ noluit Divisionem Feudi admittere; facta fuit strages magna. Sed tandem per virtutem Regis *Scotiæ*, Mariti dictarum Sororum Hereditatem obtinuerunt; misso in Exilium Intrusore.

Eodem anno, post mortem *Ricardi Marscalli*, *Gilbertus Marscallus* duxit in uxorem *Margaretam*, Sororem Regis *Scotiæ*; accepta cum Ea nobili dote in *Scotia*, pariter cum decem Milibus Marcarum et amplius.

Eodem anno, Magister *Simon Bobelun* concessit Ecclesiæ nostræ ad Firmam perpetuam, omnes Terras, quas habuit in *Houtona* et in *Seuewel-*

¹ Sic. An pro, Galwiæ?

MCCXXXV.

la pro tribus Marcis annuis. Et ipsius anni Croppum tunc feminatum habuimus, pro duodecim Marcis.

Et eodem anno, *Hugonem Scotum et Ricardum de Wiht-churche* recepimus Canonicos. Et tunc obiit Frater *Walterus*.

MCCXXXVI.

† D. 33, b. † Anno Gratiae 1236. *A. Cobentrensis* Episcopus, obtinuit contra Priorem & Conventum *Cobentrenses* Visitationem faciendam Jure Communi; et condemnati ei Monachi coram Papa in Expensis, in Octoginta Marcis.

Eodem anno, *R(oberthus) Lincolnienſis* Episcopus, in Visitatione sua, amovit Abbates de *Leyceſtre*, de *Osolfestona*, de *Torotona*, de *Notele*, de *Brunne*, de *Dortheceſtre*, de *Deſſendene*; et Priores de *Sancta-Frideſwi-*
da, de ^{hover?} *Calde-nortone*, et de *Bradewelle*,
et de *la Lande*: et alios eorum Loco substitui procuravit. Et *Willelmus de Glovernia* substitutus est apud *Sanctam-Frideſwidam*; et *W. de Wiltone* apud ^{aliena manu} *Caldenorhovere*; qui ambo fuerunt Canonici de *Dunſtapple*, et tunc ³ pro infumē Priori amoto in reddita triginta-quinque *Marcas*.

1 *Recte*, *Calde-nortone*. 2 *L. Calde-nortone*. 3 *Sic. Eo-*
F. perſolvimus Priori.

MCCXXXVI.

Eodem anno, *Eliensis* et *Herfordensis* Episcopi, Procuratores & Nuntii Regis *Angliæ*, duxerunt Ei in Uxorem *Ysabel*, Filiam Comitis *Provinciæ*; cum promisso Decem Milium *Marcarum*, nomine Dotis. Et tum Coronati sunt Ambo, Rex & Regina, Mense *Januario* apud *Westminster*.

Et eodem tempore, conditæ sunt Leges per Regem, de Consensu Baronum apud *Meretone*, de Dotibus Mulierum, et de Testamentis Earum, et de quibusdam aliis.

Eodem anno, Reconciliati sunt Domino Regi *P. de Rivalle*, *S. de Sedgrave*, *Robertus Passelene*: et *Ricardus Siward* captus est: et quia *Cruce-Signatus*, liberatus fuit per Archiepiscopum, et in Domesticam Familiam Regis assumptus. Et *Radulfus Filius-Nicholai* à Curia Regis amotus.

Eodem anno, obiit *Willelmus Wygornia* Episcopus, et *Thomas Porwicensis* Episcopus, et *Hugo de Ba*, et Comitissa *Herfordiæ*, et Abbas de *Evesham*, et Abbas de *Croplande*, et Abbas de *Waldene*, et *Thomas de Muletone*.

Eodem anno, concessimus *Willelmo de Eldesdone* Cantariam in Capella sua de *Barewurthe*, de auctoritate Episcopi *Lincolniensis*,

MCCXXXVI.

sis, Matricis Ecclesiæ per eundem indemnitate provisa. Qui supra omnem provisionem, Nobis in Puram & Perpetuam Elemosinam, Acras Quinque concessit. Et quamvis Ira commotus Triginta-Novem de Nostris de Pace Domini Regis infracta, per *Simonem* Tenentem suum appellaverit: tamen postea, coram Justiciariis apud *Bedeforde*, scilicet *Roberto de Lexintonia*, et aliis, Appellatos nostros sine Jactura nostra liberavit.

Eodem anno, *Henricus de Nortwude* fecit appellari de Nostris Viginti & plures, de Pace Domini Regis: et *Hugo de Wadelame* fecit Appellari de Pace Domini Regis similiter Viginti & plures: Similiter et ¹ *James de Kauz* fecit Appellare de Nostris circiter octo, per duos Appellatores suos. Et de Omnibus suis, liberavit Nos Dominus; ita tamen, quod, pro defectu quorundam Absentium, tantum tres Marcas Domino Regi persolvimus.

Eodem anno, Factum est Cirographum in Curia Domini Regis, inter Nos & *Hugonem de Wadelome*, super suo Conredio, et super omnibus Terris à Patre suo concessis, et super omnibus quæ possent ei accrescere.

Eodem anno, fuerunt dicti Justiciarii apud

¹ *Vide supra sub an. 1235.*

MCCXXXVI.

Dunstaple ; ubi plene Jurisdictionem Nostram habuimus, et Amerciamenta pro Defaltis quorundam de Burgo, habuimus usque ad tredecim **Marcas**.

Eodem anno, condemnatus est *Simon Kavegom* pro Morte *Galfridi Franceis*. sed quia inventus non fuit, Utlagatus est, et *Ricardus* frater ejus ; et Nos habuimus Pretium Catallorum suorum ; et Horreum ejus vastavimus ; et Plegii ejus amerciati sunt, et Terræ ipsius, post annum Regis, cesserunt Dominis suis. Et idem *Simon* jussus est utlagari, pro Vulnere illato *Gregorio*.

Eodem anno, *Ricardus*, Prior de *Hurle*, factus est Abbas de *Evesham* ; cui *Sanson de Esvelle* substitutus est.

MCCXXXVII.

Anno Gratia 1237, Venit Electus *Valencia*, avunculus Reginae nostræ, in *Angliam* ; et factus est Consiliarius Regis Principalis, cum aliis undecim, qui super Sacro-Sancta juraverunt, quod Fidele Consilium Regi præstaret. Et ipse similiter juravit, quod Eorum Consiliis obedi-
ret ; sed neutram partem credimus immunem à Perjurio. Ipsi autem Electo, datus est Honor *Richemundia*, quem Comes *Britannia* habere solebat. Idem etiam Electus procuravit, quod Frater suus, qui fuit et Frater Comitis de *Valle-*

MCCXXXVII.

Moriana, duxit in Uxorem Comitissam *Flandriæ*; et sic factus est Comes *Flandriæ*.

† D. fol. 34. † Eodem anno, obiit *Ricardus* Episcopus *Du-
nelmensis*; et *Johannes* Comes *Cestriæ*; cujus
Hereditas divisa est in Sorores; et ejus Uxor,
scilicet Filia *Levelini*, nupsit *Roberto* ¹
unde *Levelinus* indignatus est.

Eodem anno, inter Reges *Angliæ* et *Scotiæ*,
habitum est Colloquium apud *Eboracum*, præ-
sente *Ottone*, Apostolicæ Sedis Legato. ubi for-
mata est Pax inter Reges. Ita, quod Rex *Scotiæ*
remisit Regi *Angliæ* decem Milia Marcarum
promissa Ei cum Uxore sua; et Rex *Angliæ* de-
dit Ei Trecentas Libratas Terræ pro Homagio
suo, et pro annuo Servitio unius ²Erodii. Et
inde, revertentes *Wigorniam*, prorogarunt Treu-
gas inter Regem et *Levelinum*, et Intronizave-
runt *Walterum de Cantilupo* in Cathedram *Wig-
ornensem*; et cum Eo ibidem Festum sole-
mnissime celebrarunt.

Eodem anno, *Otto*, Sedis Apostolicæ Lega-
tus, celebravit Concilium suum Generale *Lon-
donis*, Prælati totius *Angliæ* ad hoc sollempni-
ter convocatis: ubi Statuta pleraque constituit,
quæ plerisque locis habentur. In quo *Walterus*,
Eboracensis Archiepiscopus, sedit à sinistris Le-

¹ De *Quency* vel *Quincy*. Vide *Dugd. Bar. T.I. p. 46.* & p.
688. ² F. Corrodii.

gati,

MCCXXXVII.

gati, salvo jure suo, tam in ¹ Petitorio quam in Possessorio, per Legatum expresso. Et licet ligatus Pelli suæ timeret; timore tamen postposito, quædam dura constituit contra Pluralitatem Beneficiorum, et contra Filios proximo administrantium. Et licet per triduum duraret Concilium; Rex tamen, cum manu armata, fecit Legato habere Salvum-conductum ab Hospitio ad Ecclesiam *Sancti-Pauli*, et inde revertenti.

Eodem anno, concessa est Regi Tricesima omnium Mobilium apparentium, in Crastino *Sancti Matthæi* Apostoli de omnibus Terris, exceptis Ecclesiis et earum Dotibus, et Terris Præbendalibus. Item de omnibus Catallis, exceptis Auro & Argento, et Vasis & Palefridis, et Runcinis, et Carectariis: ita quod medietas solveretur in Festo *Sancti Andree*, et Medietas in Festo Trinitatis.

MCCXXXVIII.

Anno Gratiae 1238. ² Eodem anno vacarunt Cathedrales Ecclesie ³ *Devormensis*, *Portwicensis*,

¹ *Calumnia, Claim.* ² *Sic.* ³ *Sic.* *An Devorniensis, ut idem sit, quod Dorobernienfis? Sciscitor, quia etsi jam in vivis esset Edmundus Cantuariensis, pro archiepiscopo tamen tunc temporis ob res suas turbatas minus habendum fuisse, non defuerunt qui censuerint.*

MCCXXXVIII.

Wintoniensis, Redingensis, et de Tornheye. Item obiit ¹ A. Regina Scotiæ; Theobaldus de Leittona; et Johannes de Witchurche.

Eodem anno, orta est discordia apud Droniam inter O(ttonem) Legatum et Scholares. Ita quod apud Dseneyam occisus est Cocus Legati, et Consanguineus ejus. Et ipse Legatus fuit ibi obsessus, donec sub protectione Regis, armata manu, duceretur ad Regem. Et inde postea ortum est grave Scandalum, et multi Scholares incarcerati, et Studium interruptum. Demum, circa finem Anni, idem Legatus remisit præfatis Scholaribus Injuriam & Satisfactionem, et restituit Eos in integrum ad Beneficia & Famam.

Eodem anno, Robertus, Episcopus Lincolnie, generaliter visitavit in Episcopatu suo Monasteria, et Archidiaconatus, et Decanatus; et in Singulis Capitula Generalia celebravit, et Sermonem fecit, et Constitutiones promulgavit; et multos Rectores Ecclesiarum suspendit, et à quibusdam Purgationes recepit, aut Cartas Obligatorias, sub periculo Ordinis et Beneficii, de

¹ An Joanna? ut A. sit idem quod Anna, vel pars posterior vocis Joanna, Anquirant, qui varietate lectionum delectantur; illi præcipue, qui de Historia Scotica sunt solliciti. Nos enim quid assequemur, si ingentes de rebus Scoticis disceptationes immisceamus, quas ut ipsi Historiographi Antiquarii que Scoticani potius discutiant profecto decet? Certe nobis molestum est de illis in præsentia scribere, nec quidem res exigere videtur, ut id faciamus.

in-

MCCXXXVIII.

in-posterum continendo. Et eodem anno, multas dedicavit Ecclesias et Monasteria: Et tunc vix potuimus obtinere ab Episcopo Ecclesias, quas ad Firmam trium annorum accepimus.

Eodem anno, obtinuimus Cirographum in Curia Regis, de Ecclesia de **Bradburne** et pertinentiis suis, contra heredes *Galfridi le Cauceis*.

Eodem anno, *Mathæus*, Capellanus noster, obtinuit Vicariam de **Segenbo**. Et *G.* Vicarius de **Sonondone** obtinuit à Nobis unum Conredium Canonici. Et Nos obtinuimus Molendinum *Nicholai de Tingri* ad quindecim annos, pro Quindecim Libris. Item adquisivimus Reddium quatuor Solidorum apud **Burcote**; Reddium duodecim Denariorum apud **Winfeld**.

Eodem anno, *Radulfus*, **Herfordiæ** Episcopus, cecidit in grave Præcipitium, de Rupe in Vallem; et licet postea vixerit, tamen pro læsione Manûs, postea per aliquod tempus Celebrare non potuit.

Eodem anno, obiit *Alexander* **Cobentrensis** Episcopus; *Henricus* Prior de **Werthone**; *Hugo* Archidiaconus **Colcestriæ**; *Wilhelmus* filius *Warini*; *Robertus* Archidiaconus **Lincolniæ**.

Eodem anno, *R.* **Herfordiæ** Episcopus, factus est *Frater Minor*, et cum Insigniis Pontificalibus celebravit.

Deest forsitan et.

MCCXXXVIII.

Eodem anno, capti sunt *Petrus Saracenus*, et Decanus *Wellemsis*, sed quia Clericus, liber abiit, et infra Annum Patrem liberavit.

Eodem anno, ædificavimus apud *Wadelowe*, *Gikewelle*, et ¹ *Chalthona*, *Winfeld*.

Eodem anno, Priore *Norwicensi* Electo tandem cassato, Consecratur *Willelmus de Ratlega*
² *suc*

MCCXXXIX.

† D. fol. 34,
b.

† Anno Gratia 1239, *Gregorius* Papa Nonus Excommunicavit *Fredericum* Imperatorem; et proinde crevit Werra inter Eum et *Lumbardos*.

Eodem anno, *Radulfus Brito*, Canonicus *Sancti-Pauli*, mandato Regis captus est in Cimiterio *Sancti-Pauli*; sed per Archiepiscopum *Canthuarie* et Suffraganeos ejus, liberatus est.

Eodem anno, natus est *Henrico* Regi, *Edwardus* Primogenitus ejus.

Eodem anno, Mortuo *Alexandro Cobentrensi*, Electi sunt duo, scilicet *Robertus de Lexintonia*, et Magister *Nicholaus de Fernham*. Sed illis Resignantibus, Electus est *Hugo de Patesbulla*, et Confirmatus. Et tunc Vacante Sede, et mortuo *Johanne Blundo*, auctoritate O. Legati *Angliae*, et per Privilegia Nostra, Archidiaconus *Derbepae* misit Nos in Possessionem Ecclesiae de

1 Sic. 2 F. successor.

MCCXXXIX.

Bradeburna cum Pertinentiis suis. Et tunc constituimus ibi Tres Canonicos, quorum Unum præsentavimus Archidiacono, ut Responderet Episcopo de Spiritualibus, Priori vero de Temporalibus: et hoc factum fuit die Sanctæ *Margaretæ*.

Eodem anno, orta est Dissentio inter Episcopum *Lincolniæ* et Capitulum suum, super Visitatione Capituli ipsius, et Præbendarum Ecclesiæ; et Appellatum fuit ad Archiepiscopum. Tandem, mediantibus Amicis convenerunt, ut Communes Nuntios mitterent ad Papam; et de assensu Partium, impetrarent ad Episcopum *Wigornia* & Archidiaconum *Wigornia*, et Archidiaconum ¹ Fulbur, ut supra præmissis cognoscerent et ea terminarent. Et dum hæc agerentur, facta est Ruina Muri *Lincolniensis* Ecclesiæ secus Chorum, post Sedem Decani, ita quod tres Homines prostrati sunt sub Ruina; ita quod postmodum Chorus Celebravit ante Majus Altare Officium Diurnum & Nocturnum, donec circumquaque Columnæ & Arcus firmarentur. ^{aliena manu} Sed infecto Negotio Nuntii redierunt.

Eodem anno, mortuus est Electus *Valentinus*; Comitissa de ² *Cloucestre*, *Jordanus de Botlesforda*, *Johannes de Basingham*; cui successit *Særus de Wabulla* in Baronia de *Wabulla*: sed

¹ An Sudburiensem? ² Sic.

medietas de **Habenesthona** cessit *Willelmo* de *Albo-Monasterio*, ut eam teneat de Comitissa *Oxonia*.

Eodem anno, profecti sunt in *Terram Sanctam* Comes *Campaniæ* qui fuit Rex *Navariæ*, et Comes *Britanniæ*, et Comes *Barrensis*, et multi alii quorum Numerus est ignotus. Sed antequam pervenirent ad *Metam*, deficientibus *Treugis*, et Metu fugientibus *Cristianis*; *Pagani* sine contradictione intraverunt *Ierosolimam*: solo *Ricardo de Argentem* in *Turri David* cum *Viginti Militibus* remanente. Quem cum vellent capere, supervenit Nuntius Imperatoris cum *Litteris precatoriis* de *Treuga* proroganda. Quibus auditis, *Pagani* eos in *Pace* dimiserunt.

Eodem tempore, *Pagani* *Civitatem Constantinopolitanam* adeo opprefferunt, quod fere in nihilum est redacta.

Eodem anno, *R. Cantuariensis* Archiepiscopus, de Consilio *Suffraganeorum*, Excommunicavit *Transgressores Libertatum Angliæ*, concessarum à Rege *Henrico*, et confirmatarum à *Gualone* Legato. Item, Excommunicavit *Rogero*, Priorem *Ecclesiæ-Cristi Cantuariæ*; et Illos, quorum Consilio Rex spoliavit Eum custodia *Terræ Radulfi Filii-Bernardi*, quæ est de Feodo suo; exceptis Rege & Regina, et Comite *Ricardo*, et *S(tephano) de Segrave*.

MCCXXXIX.

Eodem anno, impetravit *Cantuariensis* Archiepiscopus à Papa, ut liceret ei ædificare apud ^{Maidston} **Heidenesthan**, Conventualem Ecclesiam de Decano & Canonicis Secularibus, et dotare eos, usque ad Quinquaginta Seculares Præbendas. Quod cum facere inchoasset, Nuntius Regis per Lapilli jactum nuntiavit Ei opus Novum; et postmodum, jussit capi Operarios, qui inventi fuerunt ibidem. Et sic cessavit opus.

Eodem anno, orta est Discordia inter *Cantuariæ* Archiepiscopum, et *Londoniæ* Episcopum, super Visitatione Monasteriorum. Super qua, Prior de **Dunstaple** et ejus Con-judices cognoscentes, Causam plene instructam remiserunt ad Papam, ut Ipse diffiniret, utrum Metropolitanus Visitare possit Monasteria Suffraganeorum, ubi Episcopi non sunt Negligentes.

Eodem anno, *Simon de Monte-forti* Comes *Legecestriæ* cum Comitissa de **Penbroc** Sore Regis, in Exilium se miserunt; præ timore à facie Regis fugientes.

Eodem anno, Cuidam Monacho *Cisterciensis* Ordinis, Abbate & Conventu præsentibus, ministranti apud manus scribens in Corporali hæc verba: "*Cedrus alta Libani succidetur; Mars prævalebit Saturno & Jovi; Saturnus in omnibus insidiabitur Jovi. Infra Novem annos*

MCCXXXIX.

erit unus Deus Monarchiæ: Secundus obiit; Filii liberabuntur à Captivitate quadam. Gens sine Capite, vel reputata veniet. De Clero viget Ordo Novus. Si ¹tonderit: Væ! Ecclesiæ; multa prælia erunt in mundo. ²Fidim, Legum et Regnorum, Inmutationes erunt. Tota Terra Saracenorum ³sub(vertere)tur.

Eodem anno, in Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, admiffus est in Canonicum Rogerus de Wottone. Item in Festo Sanctæ Katerinæ, Thomas de Bedfordia.

MCCXL.

† D. fol. 35. † Anno 1240, *Gilbertus Marscallus* reconciliatus est Regi; ita tamen, quod restituet Regi Terram *Gilberti de Aquila*. Et Justiciarius *Yberniæ* reconciliatus est dicto *Gilberto* de Morte Comitis *Ricardi* Fratris sui: ita tamen, quod fundabit quoddam Monasterium pro Anima ipsius.

Eodem anno, In Festo Sanctæ-Trinitatis, Comes Ricardus, frater Regis, profectus est Ierosolimam cum multitudine infinita: cui Rex Franciæ cum Matre sua Blaunche in Nativitate Sancti Johannis sequenti, fecerunt Parisius festum ineffabile. Qui fecit moram in Francia, donec Imperatorem consuleret.

¹ Sic. ² F. Fidium, nisi Fidelium malis. ³ Sic Apogr. Wanl. F. subvertetur.

MCCXL.

Eodem tempore, *Simon Comes Herefræ* cum parvulo suo filio transfretavit; et ibi dimisso Filio cum Matre, scilicet Sorore Regis, profectus est cum Comite *Ricardo*. Prius tamen vendidit Hospitalariis & Canonicis de *Herefræ*, et aliis, majorem partem Forestæ suæ, pro Sumptibus Itineris.

Eodem anno et mense, Consecratus est in Episcopum *Cestrensem Hugo de Patesbulle*, Thesaurarius Regis, apud *Novum-locum*, disponens Episcopatum suum visitare circa Festum Sancti *Michaëlis* sequens. Qui impetravit à Papa fructus ipsius autumnii de omnibus Ecclesiis, in quibus prius habuerat Personatum.

Eodem anno, *Radulpho* Episcopo *Cicestrensi* ab Officio Cancellariæ summoto; substitutus est Magister *Simon de Cantilupo*: cui statim collatus est Archidiaconatus *Portwyrcensis*. Sed post paucos dies eidem à Cancellaria remoto, substitutus est *Ricardus*, Abbas de *Everham*.

Eodem anno, obiit *Leulinus*; cui successit *David* Filius ejus, Nepos Regis *Angliæ*; qui Fratrem suum Majorem, ex alia Matre oriundum, incarceravit. Demum, orta Controversia inter Eum & Regem Avunculum suum, & quosdam Barones de Marchia, super quibusdam Castris & Villis: compromiserunt omnes in Legatum et quosdam Episcopos *Angliæ* et *Walliæ*, super re-

MCCXL.

bus universis. Sed eorum Arbitrium non processit.

Eodem anno, *Walterus de Gledelle* Canonicus noster, factus est Monachus apud *Woburne*: ex eo motus, quod Episcopus *Lincolniensis* Nos Visitans, extorsit à singulis Juramentum.

Eodem anno, Imperator *Federicus* Filium suum, quem genuit de Filia *Johannis* Regis *Ferusalem*, fecit Regem *Allmaniae*: cui sumpsit Uxorem Filiam Regis *Daciae*, ut facilius posset obtinere Regnum *Angliae*. Alterum vero Filium,

qui prius fuerat Rex *Almaniae*, et pro Regina habuit Filiam Ducis *Austriae*, quem longo tempore habuit in Carcere, fecit Regem *Arelatensem*. Et scripsit Comiti *Tholosano*, et ^{qui?} *Dalfino Alvernae* Comiti, quod ei tribuerent Auxilium & Solamen. Comes autem *Provinciae*, Pater Reginarum *Angliae* & *Franciae*, movit Ei guer-
ram, et Civitatem *Arelatensem* violenter intra-
vit. Quod Comes *Tholosanus* audiens, Civita-
tem, in qua fuit Comes *Provinciae*, cum multa
Virtute obsedit. Hiis ita peractis, Imperator
divertens à *Lumbardia*, et profectus versus *Ro-*
mam, cepit Castrum *Montis-Fasconis* & Civita-
tem *Biterviae* cum Castris & Villis circumjacen-
tibus. Sed ad preces ² Senatoris et Populi *Ro-*

1 Sic, 2 F. Senatorum.

MCCXL.

mani, pepercit *Sutrinæ* Civitati: et inde profectus in *Apuliam*, cepit Castrum de *Monte-Cassino*, et Civitatem *Beneventanam*. Summus autem Pontifex, talibus & tantis angustiis circumseptus, timens, ne Imperator Civitatem *Romanam* (in qua multos fautores habuit) violenter invaderet: de *Sancta-Sanctorum* sancta Capita Apostolorum, cum Jejunio, Fletu, et Planctu assumpsit; et cum sollemni Processione ad Ecclesiam Sancti *Petri* profectus, Populo publice prædicavit, dicens, *Hæc est Ecclesia, et hæc sunt Reliquiæ Romanorum, quas usque ad mortem tuere debetis, quas Protectioni Dei & Vestræ committimus. Ego autem non fugio, sed hinc Misericordiam Dei exspecto. Romani autem tunc his & aliis moti, universi Crucem assumpserunt; et quod Romanam Ecclesiam, tanquam Matrem suam, usque ad Mortem defenderent, firmiter promiserunt. Dum autem hæc agerentur, Patriarcha Ierosolimitanus et Episcopus Dunen*

inter Papam et Imperatorem de Pace tractaverunt; sed non profecerunt. Hinc est, quod Papa ad subsidium *Romanæ* Ecclesiæ fecit Taylagium per omnes Ecclesias Provinciarum: Ita quod Archiepiscopi & Episcopi, et majores Abbates & Priores pro Se singulariter promiserunt. Et tunc Decanus et Capitulum *Lincolnæ*

MCCXL.

promiserunt Centum Libras pro se : et Ecclesia de *Dunstaple* Viginti Marcas pro se ; et Episcopus *Lincolniensis* pro Clericis suis secularibus sexcentas Marcas : Et Clerici transmarini in *Anglia* Beneficiati solverunt quintam partem Reddituum suorum in Subsidium Papæ. Et dum hæc agerentur, mediante *Johanne de Columpna* Cardinali, et quibusdam aliis, prolocuta

† D. fol. 35, b. Pax inter Ecclesiam et Imperium †. Et ut prolocutio majorem sortiretur Effectum, convocatum est Concilium *Romæ* ; ad quod convenirent Procuratores Principum Secularium, et Ecclesiæ Prælatorum. Ad quod etiam profectus est *Otto*, Legatus *Angliæ*. In cujus recessu, solutum Talлагium superscriptum.

Eodem anno, *Alanus de Hida* admissus in Fratrem nostrum, dedit Nobis Cum Corpore suo unam Virgatam Terræ in *Chaletona* ; et unam Virgatam in *Lytgrave* ; et ibidem Redditum quatuor Solidorum ; et in *Stoppesleya* Redditum dimidii Marcæ, ad sustentationem eorum, qui in Ecclesia nostra Annuale celebrabunt, qui pro Eius anima perpetuo facient in ipso Annuali Memoriam specialem. Item dedit Nobis viginti Marcas ; et Redditum trium Solidorum in *Dunstaple*, pro Victu & Vestitu *Johannis Passelene* ad Vitam suam ; et pro eadem pecunia emimus Molendinum *Nicholai* in *Flitewich*, quod

va-

MCCXL.

valet annuatim Nobis Tres Marchas et amplius.

Eodem anno, Ortæ sunt duæ Controversiæ, et sopitæ, inter Nos & *Johannem* Rectorem Ecclesiæ de *Leytona* et Archidiaconum *Dronia*, super Tunica Sancti *Hugonis*, et minutis Decimis de *Gledele*; ita quod pro bono pacis unam Manicam de Tunica Nobis retinuimus, et residuum Ei restituumus: et pro Minutis Decimis, promissimus Ei duos Solidos annuos ad Vitam suam.

Eodem anno, funditus destructum est Molendinum de Ordeis; et eodem anno plene reparatum. Et libertas reparandi Pontem perpetuo adquisita.

Eodem anno, In Itinere Justiciariorum apud *Bedefordam*, obtinuimus Terram de *Westwyrthinge* per Magnam Assisam, coram *Willelmo de Eboraco* & Sociis: Ex quibus, duo venerunt *Dunstapliam* secundum Cartas nostras, ad assidendum Nobis, pro Curia Nostra tenenda. Coram quibus, duo placita indecisa remanserunt, quibus decidendis, assignatus est dies apud *Deuport* in Itinere suo. Ubi dirationatum fuit, quod ^{alia manu} Breve de Morte Antecessoris non currit in Villa de *Dunstaple*.

Eo-

MCCXI.

Eodem anno, *Gocius de Cateby* et uxor sua vexaverunt Nos, per Breve de Morte Antecessoris, de tota Terra Nostra de *Cateby*: sed per Vexationem oppositam retraxerunt se, sicut per Cartas eorum apparet.

Eodem anno, *Eustacius*, Vicarius de *Chalgrave*, ¹ discessit; et *Willelmus* Presbyter Ei in Vicaria successit.

Eodem anno, *Helyas*, summus Minister *Fratrum Minorum*, in Generali Capitulo, *Romæ* celebrato, Depositus est, Papa approbante. Qui, per ² Apostasiam transtulit se ad Imperatorem, tunc Hostem Ecclesiæ; et ideo tanquam Scismaticus ^{MS. cisma} condemnatur.

Eodem anno, tam Monasteria quam Ecclesiæ solverunt Tallagium summo Pontifici, per *Angliam*, *Yberniam* et *Scotiam*. Et Nos, inter alios, tunc solvimus Viginti Marcas Papæ: et pro Hospitio Legati Quatuor Marcas in recessu suo. Qui cito postea, cum Legato *Franciæ*, et cum Archiepiscopo *Rotomagensi* Natione *Romano*, et cum Abbatibus multis tendentibus ad Concilium *Romæ* celebrandum, captus est, et omnibus ^{r?} Bonis spoliatus, per Imperatorem incarceratus.

1 Sic. 2 Sic.

MCCXLI.

MCCXLI.

Anno 1241. *Nicholaus* Consecratus est in Episcopum *Dunolmensem*; et *Petrus de Akeblanche* in Episcopum *Herfordensem*, post Renuntiationem *Radulfi*; qui per lapsum, factus est impotens sui, et transiit ad Ordinem *Fratrum Minorum*.

Eodem anno, obiit *Eadmundus*, *Cantuariensis* Archiepiscopus, in *Burgonia*, sepultus apud *Punteniacum*: Pro cuius meritis operatus est Deus Miracula multa, tam ubi Corpus jacet, quam apud *Cateby* in *Anglia*, ad tactum Pallii, quod Idem Archiepiscopus Sorori suæ Moniali de *Cateby* contulerat. Et quoniam idem ante recessum suum † Monachos *Cantuarienses* Excommunicaverat, duo Monachi *Romam* profecti, Litteras Absolutionis ad Abbatem et Priores de *Dunstaple* et de *Sancto-Albano* impetraverunt, ne prætextu Excommunicationis *Eorum* Electio impediretur, et ne Eorum Ecclesia à Fidelibus vilior haberetur; et quod facerent Dispensationem cum Monachis, si post Sententiam, contra Conscientiam celebrantes, Irregularitatem contraxerint. Salvo tamen in Omnibus jure Archiepiscopi successuri. Et licet Ar-

† D. fol. 36.

Mon. Cant.

1 Sive Egveblank vel Egeblaunch.

MCCXLI.

chidiaconus *Cantuariensis* in principio se objecerit ; postea tamen se subtraxit. Ipsi vero Monachi ante Absolutionem et post, quendam *Bonifacium*, Reginae Consanguineum, in Archiepiscopum postularunt ; pro quo, *Romam* duos Monachos transmiserunt cum Nuntiis Domini Regis. Sed Monachis in Itinere captis, Nuntii Regales evaserunt.

Eodem anno, orta est Regi Filia, nomine *Margareta* ; Et paulo post obiit *G(ilbertus) Marescallus*.

Eodem anno, *Saerus de Wahulle* petiit à Nobis Sectam Curiae, pro Terra *Alani Caperun* in *Segenho* ; et pro Terra *Johannis de Nerbon* ibidem. Sed quia Abbas de *Woburna* et dictus *Johannes* Medii fuerunt inter Nos et dictum *Saerum*, ideo districti per Brevia Regis, venerunt in Comitatum, et warantizaverunt et Tenementum et Sectam, quod Nos acquietarent. Et sic Vice-comes præcepit Ballivis, quod non permetterent Nos super hiis de cetero vexari.

Eodem anno, Dedimus ad Firmam perpetuam *Waltero de Hyda* Militi, illam virgatam Terræ in *Chaltona* ; et illam Virgatam Terræ in *Lithtegrave*, cum annuo Reditu quatuor Solidorum ; et cum annuo Reditu dimidiæ Mar-

day werke ; cum quibusdam operis in *Stoppeflepe*, quæ
Ala-

MCCXLI.

Alanus de Hyda Nobis contulerat; pro Quadraginta-quatuor Solidis annuis Nobis apud *Dunstaple* reddendis, ad quatuor Terminos Anni. Et sic recepimus ab Eo Homagium & Fidelitatem, et potestatem Distringendi omnia Tenementa sua, quæ habuit tunc vel habiturus fuit in Comitatu *Bedefordiæ*.

Eodem anno, Rex *Franciae* dedit Fratri suo Comitatum *Pictaviae*, die *Pentecostes*; et in ipsa Festivitate fecit Centum Milites cum Eo. ¹ Cui eadem Ebdomada invasit Terram Comitis de *Marchia*; et retentis quibusdam Terris sic violenter adquisitis, Composuit cum Eo.

Eodem anno, transfretaverunt cum Legato *Angliæ* usque in *Burgoniam*, *Wigornensis*, et *Exoniensis*, & *Norwicensis* Episcopi; et Abbas de *Burgo*; et quidam alii Abbates *Anglici*: qui videntes pericula Viarum, remanserunt in *Francia*. *Cobventrensis* etiam Episcopus Peregrinationis Causa profectus est ad *Sanctum-Eligum*, et *Sanctum-Edmundum*, et alios. Deinde reversus, in die *Sancti-Andree*, fuit præsens apud *Drooniam* in Concilio Episcoporum, ubi tractatum fuit de Jejuniis & Orationibus pro Ecclesia faciendis. Et inde revertentes eadem Ebdomada, apud *Wirie*, obiit.

¹ F. qui.

MCCXLI.

Eodem anno, Habuimus Cyrographum Regis contra *Willelmum Basset*, de Patronatu Ecclesiæ de *Killedena*; quam contulimus *Roberto de Rotelonda*.

Eodem anno, Admisimus Tres Vicarios ad Ecclesias de *Tot* ^{er} *ho*, de *Chalgrave*, de *Seggeho*.

Eodem anno, Domnus *R.* Episcopus *Lincolniæ*, honorifice recuperavit Præbendam de *Thame*, quam *Johannes Mansel* per Regis conniventiam occupavit.

MCCXLII.

† D. fol. 36,
b.

† Anno 1242. In Crastino Dominicæ, qua cantatur *Letare*, Emit *Alfridus de Bartom* ^{nia?} de *Roberto de Cardul* Terram, quæ vocatur *Cardulhe*, pro Quadraginta Marcis. Et facta fuit hæc Emptio tempore Prioris *Ricardi*; et Denariorum Solutio tempore Prioris ² *Galfridi*.

✠ Eodem anno, Quinto Idus *Aprilis*, Mortuus est Bonæ Memoræ *Ricardus de Morins*, quondam Prior de *Dunstaple*, ^{in Margine.} (cui) debebat *Symon de Edelburne*?. Marcas; et alibi, per totum, decem Marcas.

1 Sic. 2 Sic, pro Galfridi.

MCCXLII.

Eodem anno, Die Absolutionis, Electus est in Priorem ¹ *Galfridus de Bartoniam*; et in Craſtino Domino Regi præſentatus, et ab Eo gratanter admiſſus; et die *Jovis* proxima poſt *Ascenſionem*, ab Epifcopo Confirmatus. Die Sanctorum ² *Cervaſii* et *Prothaſii* proxime ſequente Inſtallatus; per diem ^{alia manu} *Jovis*.

Eodem anno, ad *Ochedai* transfretavit *H(enricus)* Rex *Angliæ* Tertius, cum Exercitu magno contra Regem ³ *Frantiæ*; et applicuit apud *Bordeus*, ducens ſecum Reginam; et progreſſus per duas dietas intra Terram Comitis *de la Marche*, per cujus Conſilium ibidem venerat; in brevi per eundem Comitem deceptus, et niſi Dominus providiſſet fere captus: exinde, cum magno diſpendio Hominum ſuorum et Rerum ſuarum, iterum ad *Burdeus* revertitur; et à Magnatibus ſuis *Angliæ* fere omnibus ibi dimittitur, ſine quorum Conſilio ab *Anglia* fuerat profectus. Dictus vero Rex in reſeſſu ſuo Terram *Angliæ* commiſit regendam Archiepiſcopo *Eboracenſi*, *Willelmo de Cantilupo*, et *Willelmo de Eboraco*, Clerico.

Eodem anno, Captus fuit *Willelmus de Mariſco* in Inſula de *Lundai*; et Socii ſui cum Eo circiter Viginti-quatuoꝛ. Et Ipſe *Willelmus* tandem

¹ Sic, pro Galfridus. ² Pro, Gervafii. ³ Sic.

MCCXLII.

Judicialiter Equis (per Mediam Civitatem *Lundoniae*) tractus, divisus est in quatuor partibus; et in quatuor partes *Angliae* transmissus. Socii vero sui fuerunt ^{gullet?} Jugulietto suspensi.

Eodem anno, Placitavit Nos ¹ *Calfridus Dispensarius* per Breve Domini Regis, super Mensurationem Pasturae, per *Robertum de Torp* Attornatum suum. Et die *Lunae* proxima ante Festum Sancti *Clementis*, allocata fuit Carta Nostra in Comitatu de *Spotingham*; in qua continetur, quod Nullus teneat Placitum de Nobis nisi Ipse Rex vel Capitalis ² *Justitia* sua, neque

¹ Sic, pro Galfridus Dispensarius. ² *Justitia* pro *Justitiario* vel *Judice* in Monumentis antiquis occurrere novum non est. Itaque mirari satis non possum, unde ad istam opinionem venerint nonnulli, ut male eo pacto legi existiment. Quapropter & *Justitiarum* in *jurisconsulti* peritissimi *D. Constantini Phipps* Epitaphio ferri posse contenderem. Neque vox *Alter*, in *Justitiariorum* convertendum esse, ostendit. *Justitia* enim ut pro *Justitiario* in *Benedicti Abbatis Vita Henrici II^{di}* (opere nondum edito) accipitur, ita & ibidem *Adjectivo* generis masculini jungitur. Sub anno nempe 1178, ubi haec memoriae prodidit *Benedictus*: Itaque *Henricus* [II] *Rex Angliae*, *Honori* sui, et *Regni* sui *Securitati*, modis omnibus, quibus potuit, providens; *Justicias* suos et *Rectores*, de quorum fidelitate & prudentia confidebat, in *Normannia*, & in ceteris *Terris* suis *transmarinis*, constituit. Quibus addas haec verba sub eodem anno: Itaque *Dominus Rex* moram faciens in *Anglia*, quaesivit de *Justitiis* quos in *Anglia* constituerat, si bene & modeste tractaverunt *Homines Regni*? &c. Sunt & alia loca apud *Benedictum* eo spectantia, quae opera dedita missa faci-

MCCXLII.

etiam de Tenementis Nostris. Et sic recessimus Quietis.

Eodem anno, Circa Festum Sancti *Michaëlis*, facta est Concordia inter Nos et Monachos de ^{w?}

Puburna super Multis Controversiis.

Eodem anno, Die *Veneris* proxima ante Festum Sancti *Clementis*, Mortuus est *Jordanus* Vicarius de *Peubotle*, et contulimus illam Vicariam *Willelmo de Croftona* Capellano.

Eodem anno, Fuit multa Fagina. Et orta est Contentio inter Nos et Decanum *Lundina-*
rum super Communa Pasturæ de *Kenestwor*
qui cepit Averia Nostra et retinuit per Octo Dies: et tandem deliberavimus Ea per Breve Regis: et sic remansit Nobis Communa. Post-

imus. Sed de hocce (quod diximus) Epitaphio tu ipse, lector, judices, ex ejusdem exemplari, quod hic subjiciam, haud aliter atque mecum communicavit amicissimus Lovedaius, qui die 27^{mo}. mensis Martii A. D. 1732. exscripsit. Exstat scilicet in Ecclesia de White=Waltham in agro Bercheriensi. Nos in tabulas retulimus, sive in Adversaria nostra, Vol. 135. p. 124. Neque tacendum, parochiam de White=Waltham, (eam maxime partem, quæ Heywood nuncupatur) in saltu Windelsoriano sitam, vehementissime placuisse D. Constantino, tum quum ætate floretet juvenili, tum etiam postquam jam obrepisset senectus. Sed quid opus est plura? Ecce verba ipsa in Adversariis, quæ diximus, nostris, certoque scias, Lovedaium ipsam interpungendi rationem, quam in Monumento deprehendit, religiose servasse. qua de causa nec ipsi mutavimus.

White-

MCCXLII.

ea cepit Averia Nostra in Communa de ~~Ha-~~
dingdona, et similitur deliberavimus Ea per Bre-
ve Regis. Et sic subito mortuus est Quinto Idus
.....

White-Waltham, against the S. wall of the Chancel, near
the Communion-Table, is an handsome Marble Monu-
ment with this Inscription (the Arms above it.)

Siste; Properes licet, quisquis es;
Et qualis hinc quantusq; tumuletur Vir,
Paulisper Contemplare.

On a large Marble lower:

Is Est

Honorabilis CONSTANTINUS PHIPPS Miles;
Regni HIBERNIÆ Aliquot per Annos,
Imperante Optimâ Principe, ANNA Reginâ,
Summus Cancellarius,
Ejusdemq; Justitiarum Regentium Alter.
Juris Angliæ peritissimus; præcipuè verò in Curiâ
Scaccarii versatus: Ubi inter Advocatos primas Obtinuit.
Dignus certè Cujus Fama posteris tradatur;
Si quid habent Honesti
Multifaria Eruditio Eloquentia pressa, ac Nervosa;
In maximis Honoribus eximia Humilitas atq; Modestia;
Simplex morum Candor politissimâ Urbanitate exornatus;
Sapientia à Calliditate abhorrens;
Placidissima Indoles;
Inconcussa Fortitudo:
Probitas antiqua;
Pietas verè Christiana.
Infinito tandem Forensium rerum labore fractus
Obiit LONDINI Oct. 9. 1723, Ætat. 68.

Uxo-

MCCXLII.

*Martii, Willelmus de Sanctæ-Mariæ-Ecclesia, et
perit Lis contra Eum.*

Eodem anno, tradidimus ad Firmam Monachis de **Burtona**, Molendinum de **Torp**, in Festo Sancti-Martini.

Eodem anno, Misimus in **Betcum** in Festo Sancti Michaelis Johannem de **Colincheam**, ibidem moraturum.

Eodem anno, Vendidimus quemlibet Saccum de bona lana de **Dunstaple** pro Centum Solidis et Quadraginta Denariis. Et fuit Summa totius bonæ lanæ Quadraginta-tres Marcæ et dimidia. Grossam Lanam et ^{Locks} Laccos vendidimus in universo, pro Novem Marcis.

Uxorem duxit CATHARINAM filiam natu maximam GEORGII SAWYER Armig: filii natu maximi EDMUNDI SAWYER Militis, de HEYWOOD in Comitatu Berks, Ex quâ Undenos suscepit Liberos, ROBERTUM, CONSTANTINUM, FRANCISCUM, THOMAM. ANNAM, Qui Infantes mortui sunt; CATHARINAM Nuptam HENRICO INGOLDESBY Armig: è Regno Hiberniæ, adhuc Superfitem; THOMAM, et JANAM, * defunctus; GULIELMUM PHIPPS Armig: qui Uxorem duxit, Honoratissimæ Dⁿⁱ CATHARINAM ANNESLEY IACOBI Comitis de ANGLESEY filiam unicam; quiq; obiit FEB: 1. 1729. Ætat. 31. MARIAM, et FRANCISCAM, nunc etiam Superfites.

Eodem Tumulo deposita est dicta
D^{na} CATHARINA PHIPPS dicti CONSTANTINI Vidua; quæ in Supremis Tabulis
HOC MONUMENTUM Dilectissimo Marito suis Sumptibus
poni Curavit, Obiit O^{ct}. 30. 1728.
Ætat. 68.

Eodem anno, Die *Jovis* proxima ante Festum Sancti *Clementis*, dedimus unum Palefridum Domino *Johanni Gubaud*, et Runcinum Clerico suo antea dedimus. Sed eodem die, dedimus Unum Palefridum Magistro *Petro Peivere*.

Eodem anno, Emimus Terram de **Wadele**.
 0 *Robertus de Tenbrugge*.

Eodem anno, Dedimus Scutagium ; scilicet de Feudo Militis, Quadraginta Solidos.

Quæ sequuntur in hoc anno, in inferiore margine leguntur scripta ; manu vero cœva.

Eodem anno, Orta est Dissentio inter *Robertum* Episcopum *Lincolniensem* et Capitulum *Lincolniæ* super Visitatione Præbendarum ; quia voluit Episcopus in propria Persona Visitare Præbendas, et Canonici Eum accipere Noluerunt, dicentes, quod illud Officium specialiter pertinebat ad Decanum suum, et non ad Episcopum.

Eodem anno per Præceptum Episcopi *Lincolniensis* recepimus in Manus nostras Ecclesiam Nostram de *Hetham*, in Medio Termino, licet inviti, à Canonicis de *Eslebi*.

Eodem anno, Orta est Dissentio inter Capitulum *Cantuariense* (Vacante Sede) et Episcopos *Angliæ* super tuitione Appellationum. Quia dicebant Monachi, se habere speciale Privilegium, quod possint et debeant Cognoscere super

MCCXLII.

per Appellationibus ad eas factis, ab injustis Gravaminibus Episcoporum. Episcopi vero confederati sunt contra eos per Scriptum, cui appensa sunt Singulorum Sigilla, volentes se defendere; et Excommunicaverunt Monachi *Robertum* Episcopum *Lincolniæ*, et Episcopum *Rosenensem*, qui super præmissis eis primi restiterunt.

MCCXLIII.

† Anno 1243. Anno incipiente à Festo Annuntiationis Dominicæ, circa *Pascha*, factus est Firmarius de *Kadingdona* Magister *Johannes de Nortuna*; qui, sicut ^{† D. fol. 37.} Prædecessor suus, cepit Averia nostra in Communa de *Kadingdona*, et violenter detinuit per Quindecim dies; quæ tandem (sicut prius) per Breve Regis deliberavimus.

Eodem anno, *Willelmus de Stratford* Clericus, Ballivus prædicti Firmarii, contumeliis affecit Priorem et Conventum in *Dunstaplia*; super quo, quia noluit stare Recto, amisit Equum suum.

Eodem anno, in Vigilia *Pentecostes*, recuperavimus Terram *Adæ de Stodun*, quam Tenuit de Nobis, cum Terris et Tenementis omnibus in Villis adjacentibus ab eodem adquisitis. Item,

1 Sic. 2 Sic.

Kk 2

Ter-

MCCXLIII.

Terram *Ricardi Cardinalis* à *Simone de Edelesburi*.

Eodem anno, circa Festum Sancti Jacobi, fecit Nobis Archidiaconus *Derbeiae* Cartam suam Novam de Ecclesia de *Bradburna*; quia alia à Muribus fuit corrosa, quam antea dictus Archidiaconus Nobis confecerat.

Eodem anno, reparatum est Castrum de *Berkamstude*. Et Comes *Ricardus* Sororem Reginae desponsavit infra Octabas *Sancti-Martini* apud *Cantuariam*.

Eodem anno, infra autumnum, Emimus Reditum Quatuor Solidorum in *Wadelisdona*, de *Henrico Blancfrunt*.

Eodem anno, recuperavit Magister *P.¹ Peiure* domos de *Wadelowe* in perpetuitatem.

Eodem anno, placitavimus cum *Simone de Pateshulla* pro Firma Nostra de *Grimescota*.

Eodem anno, Emimus in *Waldona* Toftum cum Aedificiis, et plures Terras, et Prata.

Eodem anno, ² *Senobaldus* Cardinalis creatus est Papa, die Sancti *Laurentii* consecratus; vocatus *Innocentius IV*, Pace nondum formata inter Ecclesiam *Romanam* & Imperatorem.

Eodem anno, per triduum ante Festum San-

1 Sic. 2 Vel Sinibaldus.

MCCXLIII.

Et *Michaëlis*, applicuit Rex *Henricus*, Filius Regis *Johannis*, in *Anglia*, rediens de *Bordella* in ^{Bourdeaux} *Garsonia*. Et, ad mandatum suum præmissum, occurrerunt ei omnes Magnates *Angliæ*, videlicet Archiepiscopi, Episcopi, Comites, Vice-comites, Barones, Abbates, Priores, Milites, et Vavasores, Jocalia Ei et Munera multa deferentes. Post cujus adventum, in *Crastino Sancti Bricii*, applicuit Comitissa ² *Provenciæ* Mater Reginæ, cum Filia sua juniore: pro qua vocavit Rex, sicut in adventu suo, omnes Magnates *Angliæ*, ut Ei amplius si possent qualia Regi Munera darent, et Honores impenderent: Quæ nichil voluit accipere nisi à Rege et à Comite *Ricardo*. Et sic circa *Purificationem* ab *Anglia* recessit; et in recessu, nuntiata est ei Mors Viri sui.

Eodem anno, *Willelmus de Ralei*, Episcopus *Portwicensis*, postulatus est in Episcopum *Wintoniensem*; et obtinuit, quoad Spiritualia, confirmatus à Domno Papa. Sed restitit ei Domnus Rex quoad Temporalia, et ad Maneria retinenda. Et post plures Magnatum Convocationes & Consilia cum eis habita, quamvis ab Eis commonitus et rogatus, dictæ tamen postulationi noluit consentire, sed indignatus, misit *Romam*,

1 Sic. 2 Sic.

MCCXLIII.

ut contra dictum Episcopum, si quo modo posset, impetraret. Inter hæc, dictus Episcopus pridie ante *Natale Domini* venit *Wintoniam*, volens ibi Festum celebrare ; et restiterunt Ei Major et Magnates Civitatis ; et cum non pateret Ei ingressus, posuit Eam sub Interdicto. Quod cum nuntiatum esset Regi, Rex indignatus, prohibuit Edicto Regio, Ne quis Laicus in aliquo Servitio dicto Episcopo deserviret, nec Ei aliquid, quod ad Hominum vel Jumentorum Victualia pertineret, venderet, vel aliàs ministraret. Et sic Episcopus prædictus, quoad Ministerium proprium vel Inimicorum, ope sola Clericorum, per aliquod tempus est utcunque sustentatus ; et hac fatigatione pertæsus, circa Initium *Quadragesimæ*, clam Rege & aliis Magnatibus ab *Anglia* recessit : sed anno sequente, circa Festum *Assumptionis*, Dominus Rex, Missis Nuntiis suis, cum magno Honore dictum Episcopum revocavit.

Eodem anno, Mortuæ sunt oves nostræ in *Wetto*, usque ad octies-centum, *Thoma & Adam* tunc ibi Custodibus.

MCCXLIV.

Anno gratiæ 1244, Dominica *Quasi modo geniti*, mortuus est Magister *Johannes de Northona*, Firmarius de *Cadindona* ; et successit Ei *Johann-*

MCCXLIV.

hannes de Bulemere, qui statim suscitavit Nobis Litem, et cepit Averia nostra pluriès; quæ deliberata fuerunt per Breve Regis ad Comitatum. Et postea posita fuit Loquela in Banco per Breve Regis. Postea decimo sexto Kalendas *Martii*, querelata fuit Loquela; Et dixit Prior, quod Decanus et Capitulum et *Johannes de Bulemere* ceperunt Averia sua in Communa sua, et injuste detinuerunt: et negantes hoc totum Verbo ad Verbum, vadiaverunt Legem in Manu Prioris: Attornatus Decanus, pro Decano et Capitulo; et *Johannes de Bulemere* pro seipso; et in *Craffino*, absente Priore, cognoverunt: i. e. trinam Captionem.

Eodem anno, Generaliter prohibuit, ne *Lanæ* venderentur *Transmarinis*; et stetit illud Edictum, donec Ei satisfacerent; et hoc fecit in Odium *Francorum* et Ordinis *Cysterciensis*.

Eodem anno, circa *Pascha* Magister *Rogerus* Parvus, Canonicus *Harisburiensis*, Confirmatus est Episcopus *Batoniensis*. Et Dominica proxima post *Nativitatem Beatæ Mariæ*, Confirmatus apud *Kadinges*.

Eodem anno, die *Jovis* proxima ante Festum *Philippi & Jacobi*, *Bonifatius* Archiepiscopus *Cantuariensis* venit ad Regem apud *Westmo-*

i. Rex forte adjiciend.

MCCXLIV.

nasterium, et gratanter ab Eo admissus est: et restituit Ei Rex omnia, quæ ad Ipsum spectabant, cum Carucis et Instauro.

Eodem anno, ad Instantiam Regis, admissus est *Robertus Passелеme* à Capitulo *Cicestrensi*; sed præsentatus Archiepiscopo Bonifacio, non est acceptus donec constaret Ei de Electionis forma et persona Electi. ^{alia manu} Qui inventus minus
.....
habens, reprobatus est.

Eodem anno, In *Vigilia Apostolorum Philippi & Jacobi*, fecimus Pacem cum *Jacobo Judæo*, de Terra de *Wadelowe*.

Eodem anno, Dominica proxima ante Festum *Sancti Micahelis*, emimus Marcam Annuam de *Ricardo* Converso.

Eodem anno, In Festo *Sancti Petri ad Vincula*, fuit Dominus Rex apud *Novum-Castrum super Tynam*, cum omni Exercitu suo, et cum Comite *Flandriæ*, qui venerat cum quater viginti Militibus Ei in subsidium contra Regem ¹ *Schotiæ*. Qui, missis Nuntiis, obtulit Pacem, et obtinuit sub hac Forma. Quod Filius Ejus et Heres acciperet Filiam Regis Nostri in Uxorem, et retineret Terram in perpetuum, quam Rex Noster ante dederat Patri suo cum Sorore sua in

MCCXLIV.

Maritagio. Quo facto, Rex Noster rediit ver-
sus Londoniam. Et in Crastino ^{ivitatis} Natalis Beate
Mariae, tenuit Parliamentum cum Magnatibus
apud Wyndesobres; et ibi reddidit Episcopo
Wintoniensi Baroniam suam, cum omni Instau-
ro et Fructibus, excepto Frumento. Et præter
hæc, dedit Ei unum Manerium ad Terminum
Octo Annorum pro Medio tempore perceptis.

Eodem anno, In Vigilia Sancti Jacobi, obiit
Robertus de Haya; cujus Animæ propitiatur
Deus.

Eodem anno, Magister P. Peyur construxit
Thalamum suum supra Portam suam apud
Wadele: Et circa Festum Sancti Jacobi præsen-
tatus ad Ecclesiam de Sandambot. Sed ejus In-
stitutio dilata est per Nuntium Domni Papæ
Martini; qui auctoritate Domni Papæ multas
debit facere Provisiones.

Eodem anno, in Autumno, in hora Vesper-
tina, Ingressi sunt Prioratum de Luffelda viginti-
quinque prædones, et spoliaverunt Monachos
de Auro & Argento, et Vasis, & aliis Ornamen-
tis Ecclesiæ, et omnibus quæ invenire potue-
runt. Sed Dominus Rex, audito Infortunio,
Monachis condoluit, et jussit eis dari tres Cali-

I Sic.

MCCXLIV.

ces & Ornamenta ad tres Capellanos, et Quindecim Libras in Denariis.

Eodem anno, et eodem tempore, contigit simile Infortunium tribus Canonicis apud *Berlacum*.

Eodem anno, ante Festum *Assumptionis*, Ingressi sunt Fures Domum *Symonis de Edelesburi*; et coram Eo, asportaverunt duos Cyphos Argenteos, et Coclearia Argentea; et in recessu suo, quidam eorum vulnerati sunt; sed filium *Symonis* occiderunt.

Eodem anno, ad primum Comitatum apud *Bedefordam*, post Festum *Sancti Michaëlis*, Domino *W. de Holeyella*, tunc Vice-comiti, donavimus ¹ Cartam *Baldewini de Ripariis*, ² quod debuit esse Medius Noster de Terra de *Gyke-wella*, et defendere Nos de Secta Curie,

et remansit Ipse in Misericordia Vice-Comitis, soluturus Nobis pro Damnis Centum Solidos.

Eodem anno, circa Festum *Sancti Andreae*, venit Papa *Innocentius Quartus* per multas Tribulationes, apud Civitatem *Leone*, auxilio *Baldewini de Saveye*, qui fuit Electus in Archiepiscopum illius Civitatis. Quem statim cassavit; et conflavit ad Ipsum Multitudo Regionum Cismon-

¹ Sic. ² Sic.

MCCXLIV.

tanorum, et tunc profectus est Decanus *Lincolniæ* pro Se & Capitulo, contra Episcopum *Lincolniæ*, et subsecutus est Episcopus; sed Decanus prior venit ad Curiam.

Eodem anno, *Willelmus*, Prior de *Caudeswella*, mortuus est post *Natalem*; et Prior *Eudo* in brevi postea substitutus.

Eodem anno, *Misimus Henricum de Bilinda Celerarium*, in *Vigilia Conversionis Sancti Pauli*, pro Negotiis Nostris expediendis in Curia *Romana*. Et obtinuit Indulgentias quasdam, quales potuit, non quales voluit: et expendimus pro Illo Itinere Quater-viginti Marcas.

† Eodem anno, * 17 Kalendas *Januarii* † D. fol. 38.

Regina peperit Domino Regi speciosum Filium, *Edmundum* nomine.

Eodem anno, Magister *Walterus de Suffeld* Creatus est Episcopus *Norwicensis*: cui Dominus Rex per aliquot Dies dissensit: sed tandem, circa *Purificationem*, est Consecratus.

Eodem anno, circa *Pascha* venit in *Angliam* Magister *Martinus*, Domni Papæ Nuntius, qui statim Procurationem recepit de qualibet Domo Religiosa: Cui dedimus Decem Solidos. Postea circa Festum *Sancti Johannis* fecit Colligi per

* 16 Dec. At alii 16 *Januarii*, sive die *S. Marcelli*, A.D. 1245. natum fuisse docent. Vide *Lelandi Coll. Vol. 3. p. 392.*
1 *Alienora.*

MCCXLIV.

totam *Angliam*, et apud *Novum-Templum* depomi, omnia Arreragia Denariorum, sive de Promisso, sive de Legato, sive de Cruce-Signatis, sive alio quocunque modo, *Terræ-Sanctæ* provisorum ante reditum Comitis *Ricardi* de *Terra-Sancta*: Et similiter, fecit colligi Arreragia Auxilii Domni Papæ *Gregorii*. Postmodum vero, petiit Auxilium à Clero ad Opus Papæ *Innocentii* Quarti, scilicet Decies Mille Marcas; exceptis *Hospitalariis*, *Templariis*, et Ordine *Cisterciensi*. Et statuit diem à *Purificatione* in Tres Septimanas, ut certum daretur Responsum: et tunc Respondit Clerus, quod, absentibus Archiepiscopo et Episcopis *Lincolniensi* et *Dunelmensi*, non contribueret, & sic, quamvis Eo invito, dilatatum est Negotium usque ad Concilium Generale.

✍ Rex vero, eodem tempore, petiit Auxilium, tam à Clero quam à Magnatibus et Populo. Omnes vero de Eo tenentes per Servitium Militare, concesserunt Ei Auxilium; scilicet ad Scutum Viginti Solidos ad Filiam suam Primogenitam Maritandam. Hoc facto, misit Nuntios suos per totam *Angliam* ad Viros Religiosos, qui nihil Tenebant de Eo per Servitium Militare; petens ab Eis Auxilium et obtinuit. Et tunc solvimus Nos Centum Solidos anno sequente.

MCCXLV.

MCCXLV.

Anno Gratiaë 1245. in Festo *Annuntiationis* incipiente, *Martinus*, Domni Papæ Nuntius, circa *Pascha* petiit Procuraciones, quas non obtinuit; quia Rex eum cum maxima Indignatione festinanter licentiavit; et sic circa Festum *Sancti Johannis* recessit.

Eodem tempore, et anno, Domnus Papa celebravit Concilium *Lugdunense*: et petiit Auxilium *Terræ Sanctæ* et Regi *Constantinopolitano*: scilicet, de quolibet Beneficiato quantum habebat ultra Reditum Centum Marcarum; et hoc ad Tres Annos. *Francigeni* consensum præbuerunt; *Anglici* vero contradixerunt, per Procuratores ad hoc specialiter destinatos; quosdam videlicet pro Rege, et quosdam pro Regno: qui tales fuerunt, *Rogerus Bigoth*, *Willelmus de Cantilupo*, *Radulfus Filius-Nicholai*, et alii. Petiit etiam Domnus Papa in Regno *Angliæ* de qualibet Ecclesia Cathedrali Præbendam Meliorem; de qualibet Abbatia, et de quolibet Prioratu, Ecclesiam unam Quadraginta Marcarum, vel supra, quam in proprios usus non haberent, quam Ipse & Successores sui possent conferre: quod Procuratores Regis & Regni contradixerunt. Allegaverunt etiam pro Rege, quod Nullam Papæ solvere debuit ¹ Treugam; et si Pater Ipsius

¹ *Fidem, Tributum.*

hoc aliquando de Camera sua fecerat, non debuit Libertati Regni hoc derogare; quia Magnates nunquam consenserant. Hiis et quibusdam aliis peractis Nuntii redierunt.

Eisdem anno et Concilio, Domnus Papa communi consilio Excommunicavit Imperatorem *Fredericum*; et Ipsum sententialiter Imperio & Fidelitate omnium abjudicavit, et Electoribus dedit Potestatem Eligendi.

Eisdem anno & tempore, Lata est Sententia super Controversia mota inter Domnum *Lincolniensem* et Capitulum suum, super Visitatione facienda; et lata est pro Episcopo; salva Decano Correctione Excessuum, quali antea usus est.

Eisdem anno & tempore, Magister *Rogerus de Weseham*, Decanus *Lincolniensis*, factus est Episcopus *Cobventrensis*, et à Domno Papa Consecratus; Monacho de *Cobentre* Electioni suæ renuntiante.

Eodem anno, *David*, filius *Leulini*, Princeps *Walliæ*, multa mala Terrâ Regis *Angliæ* intulit; et deceptâ Curiâ Domni Papæ, Regem *Angliæ* fecit ante *Snowedone* citari, et sic à subjectione sua possit erui. Rex vero, congregatis Exercitibus *Angliæ* et *Yberniæ*, circa *Festum Assum-*

MCCXLV.

ptionis, Walliam petiit, et Castrum de *Gannon* firmavit; et ibidem cum Exercitu suo magnam penuriam in cibariis & potibus perpeffus est; plures de suis perdidit, paucos de *Wallensibus* occidit: unde pertæsus, circa Festum *Sancti Martini*, in *Angliam* rediit. *Cestriam* et ejus confinia *Johanni de Gray* custodienda commisit; qui geminæ Terræ subtrahens Commercia, *Walenses* Fame & Penuria magna depreffit.

Eodem anno, Dominica ante *Festum Sancti Matthæi*, *Johannes de Bolemere*, Firmarius de *Cadendona*, quatuordecim Porcos Prioris de *Dunstaplia* partim necavit, et partim alios detruncavit; & septem Animalia modo confimili.

Eodem anno, circa *Festum Sanctæ Margarete*, adquisivimus primò Terram apud *Stokes*; et *G. Ledele* ad Tempus concessimus.

Eodem anno, in Festo *Sanctæ Margarete*, reddidit Nobis *Vivianus* Firmam Nostram de *Peubottle*. Et tunc ibidem posuimus Instaurum, scilicet duodecies viginti et sex Oves; Boves Sex; Tres Averages; et unum Palefridum; quatuor Vaccas cum tribus Vitulis; decem *Quarteria* Frumenti; ^{sc. quarter} unum Peysee; et dimidium de Caseo; duos Porcos pretii Septem Solidorum; unam Bigam Ferratam; et alias duas; et quadraginta Solidos pro ^{Harvest} Autumno faciendo.

Eo-

MCCXLV.

Eodem anno, ad Primum Comitatum *Bedefordiae* post *Pascha*, Literæ emanaverunt à Domino Rege, Inquisitoria, de omnibus Redditibus Clericorum Ultra-montanorum quocunque modo provenientes: et prohibuit Dominus Rex super Forisfactura sua, ne quid Eis solveretur.

MCCXLVI.

† D. fol. 38.
b.

† Anno Gratia 1246, In *Festo Annuntiationis R. de Weseham*, Episcopus *Cobventrensis*, recuperavit Baroniam suam quam Rex in manu sua tenuerat; et Regis adeptus est Gratiam, quam amiserat, quia Episcopatum susceperat Rege Inconsulto. Et dedit Ei Rex omnes fructus in *Grangiis* et in *Terris* existentibus.

Eisdem anno et tempore, convocavit Dominus Rex Episcopos, Abbates, et Priores, volens, de *Consilio Communi*, de pluribus gravaminibus *Anglicanam* relevare Ecclesiam. Videlicet, quod Dominus Papa *Tallagia* et *Exactiones* facit Rege inconsulto, contra *Ipsius Privilegia*. Et quod impedit Patronos Ecclesiarum eas Clericis *Anglicis* conferre; sed auctoritate sua *Italicis* eas confert; qui *Ydioma* nescientes, nec *Prædicant*, nec *Elemosinas* faciunt; *Libros & Vestimenta* non inveniunt; nec *Ecclesiis*, sicut deceret, deserviunt. Item, quod à *Cathedralibus*
Ec-

MCCXLVI.

Ecclesiis Præbendas, à Viris Religiosis Ecclesias, aufert et extorquet. Item, quod *Italicus Italico* succedit; et quod *Anglici* extra Regnum trahuntur, et inter Inimicos conveniuntur, contra Jus scriptum, et ¹ Reg Privilegia. Item, quod Consuetudines, Statuta, Jura, et Privilegia, debilitantur per illam Clausulam *Non obstante*: unde *Anglici* graviter sunt afflicti. Super hiis omnibus scripsit Rex Domino Papæ, et Sigilla Abbatum & Priorum illi Scripto fecit apponi.

Eodem anno, *Walterus Mau-clerc*, Episcopus *Harleolensis*, die *Sancti Petri & Pauli*, suscepit habitum *Fratrum Prædicatorum*: et successit Ei *Silvester*, Domini Regis Cancellarius. Qui quamvis primò renitens, tamen postea in Episcopum Canonice Electus, à Rege gratanter Acceptus, in Episcopum Ecclesiæ *Harliolensis* est Consecratus Circa Festum *Omnium Sanctorum*.

Eodem anno, mortuus est ² Episcopus *Sarisburiensis*; cui successit *Willelmus de Eboraco*, die *Conceptionis Beatæ Mariæ* Canonice Electus. In crastino à Domino Rege receptus, ab Ipso statim Custodiam Baronix obtinuit. Et anno sequente Consecratus, in Festo ⁴ *Translationis Beati Thomæ Martyris*.

Eodem anno, Abbas de *Fontibus* obtinuit gra-

¹ *Id est, Regi.* Et tamen Regni etiam legi potest. ² *Robertus de Bingham.* ³ 8 Dec. ⁴ 7 Julii.

MCCXLVI.

tiam Comitis *Albemarae*, de maxima Controversia inter Eos habita; eo quod Homines Abbatis ipsum Comitem & Homines suos invaserant, et male tractaverant.

Eodem anno, *Rogerus de Eltesdona*, Vicarius noster de *Stodeham*, mortuus est, et successit Ei *Walterus de Kemeseje* Capellanus.

Eodem anno, obtinuumus in Capitulo contra *Johannem de Hyda*, quod melius Averium solva-
Mortuarium
 tur Ecclesiæ, pro Domino Domûs defuncto; et secundum melius Averium pro Domina Domûs defunctâ, tam de Equis, quam de aliis Animalibus.

Eodem anno, Episcopus *Lincolniensis* visitavit Capitulum *Lincolniense*, et omnes Præbendas sine Contradictione.

Eodem anno, dedimus, ex Contributione, Pape, sex Marcas & Quinque Solidos.

Eodem anno, fecimus magnum Horreum apud *Stokes*. Et die *Sancti Nicholai* combusta fuit Domus nostra apud *Stodeham*.

Eodem anno, circa ¹ Octabas *Sancti Martini* mortuus est *Ricardus*², Abbas *Westmonasterii*.

Eodem anno, accusati sunt ³ Conversi Nostri de Ingressu Parci de *Brockeberga*; pro quo de-

¹ Vide *Lelandi Coll. Vol. VI. p. 123.* ² *De Barking.* ³ Conversi idem quod Monachi.

MCCXLVI.

dimus *Hugoni de Wynun* quinque *Marcas*. Et *Ricardus Heyvyn*, qui malum illud operatus est, propter multas *Transgressiones*, invadiavit *Nobis* quatuor *Marcas* & dimidiam.

Eodem anno, in festo *Sancti Michaëlis*, *Johannis Filius-Jordani* duxit *Uxorem* suam ad *Stodeham*, et *Terram* suam recepit.

Eodem anno, et tempore, recepimus duos *filios Willemi de Eltesdona*, ad terminum octo *annorum* custodiendos. Et *Symon de Eltesdona* duxit *Uxorem* relictam *Gyffardi de Tyringham*.

Eodem anno, inter *Festum Sancti Michaëlis* et *Natale*, mortui sunt *Alexander de Swereforda*, *Ranulfus Brito*, *Magister Robertus de Insula Canonici Sancti Pauli Londoniæ*. Qui præfatus *Alexander* dedit *Canonicis Sancti-Bartholomæi* quicquid habuit apud *Tytwyngte*, et posuit *Eos* in *Seyfinam* dum adhuc viveret.

Eodem anno, *Wilhelmus Russel* coepit *Nos* implacitare de *Terra de Sorthegrabe*.

Eodem anno, fecimus *Vicarium* apud *Stodeham* *Walterum de Kemeseye* *Capellanum*.

MCCXLVII.

Anno 1247, venerunt in *Angliam* *Tres Filii Comitis de la Marche* *Fratres Regis Henrici*:

¹ Sic Ap. W. Lege, Johannes.

MCCXLVII.

quorum Primus vocabatur *Guydo de Lexinona*, qui Die *Penthecostes* factus est Miles. Secundus, *Willelmus de Valant*. Tertius, *Heymerus* Clericus. *Willelmus* accepit Filiam *Warini de Munchenesi* Uxorem, ex Dono Domini Regis.

Eodem anno, *Berardus de Nympha* per Comitum *Cornubiæ*, convenit Exsequutores Testamenti *Roberti de Haya*; imponens eis falso, quod dictus *Robertus* fuit Cruce-signatus; cum hoc ante mortem ipsius *Roberti* fuisset inauditum: et per Extorsionem cesserunt ei Actionem de viginti sex Marcis.

Eodem anno, circa Festum *Trinitatis* obiit *Walterus* Prior de *Pewenham*; et Patrono in Partibus transmarinis existente, substitutus est Dominus *Walterus de Chauvertona*, Canonicus ejusdem Locum, infra Tres septimanas subsequentes, et in Crastino *Sancti-Botulfi* Installatus. Sed medio tempore, *Philippus de Cou*, Senescallus Domini *Willelmi* † de *Bello-campo*, multa mala eis intulit, Canonicos vulnerando, et Res suas devastando; quod totum fecit, ut dicebatur, per Consilium *Michaëlis de Querdona*, et Dominae *Idæ de Bello campo*, qui *Michaël*, *Willelmus Brito* Miles, *Baldewinus Poleyn de Cadindona*, *Johannes de Clifforda*, eodem tempore Vitam terminarunt.

† fol. 39.

MCCXLVII.

Eodem anno, In *Ostabis Paschæ*, venerunt Iusticiarii Itinerantes apud *Warewicum*; et ibidem federunt usque ad *Ascensionem Domini*: scilicet *Rogerus de Turkebi*, *Gilebertus de Prestona*, et Magister *Simon de Walthover*. Et ibidem fuimus associati contra *Joceum*, *Hauvisiam*, et *Galfridum de Catheby*: et habuimus Diem ad *Crafti-*

^{Inde}
num Ascensionis apud *Droniam*: datus est Nobis Dies ad Tres Septimanas post *Nativitatem Beati Johannis Baptista*, apud *Porthamtonam*; et inde recessimus *Quieti* per Cartam *Jocei*, quam probavimus Veram per Testes in Ea positos, et per Duodecim Liberos & Legatos, scilicet Sex de *Vineto de Catebi*, et Sex de *Vineto de Dunstaple*.

Eodem anno, In *Vigilia Beati Laurentii*, venit Rex apud *Dunstaple*, cum Regina, et *Eadwardo*, et *Margareta* Filia sua; quibus omnibus dedimus *Jocalia*, scilicet Regi *Cuppam deauratam*; et Reginae *aliam*; *Eadwardo* ² *Firmaculum Aureum*; et *Margaretæ* *alium*. Pretium *Jocalium* *Viginti duæ Marcæ*; præter alias *Expensas*. Et tunc obtulerunt Rex & Regina *Octo Pannos de Serico*: et dedit Nobis Rex *Centum Solidos Argenti* pro *Turribulo* & *Pixide* faciendis.

¹ *Vicineto, Vicinitate, Vicinia.* ² *Morsum, Fibulam, Butkle.* Vide *Watfii Glossar. in Matt. Paris. voc. Firmaculum.*

In

MCCXLVII.

In *Craftino Sancti Laurentii*, ordinaverunt *Paulinus Peynre*, et *Rogerus de Turkebi*, inter Priorem & Burgenses, de Eorum Consensu; Videlicet, Quod Burgenses Curiam habeant de Eis, qui Tenent de Illis in Feudo; et non de aliis. Et de Fraxinis ordinaverunt, quod nullas debent plantare, nisi in Solo proprio; et si in Communa Villæ plantatæ fuerint, nihil ex Eis poterunt vendicare. Item ordinaverunt, quod in Visu Franc-plegiorum non debet responderi de Assisa Panis & Cervisiæ, cum Ballivi Prioris potestatem habeant omni die Transgressores puniendi.

Eodem anno, in Festo Sancti *Michaëlis*, de Itinere Justiciariorum apud *Bedefordam*, venerunt *Dunstapliam* Dominus *Gilbertus de Prestona*, et Magister *Simon de Waltona*. Et ibi sederunt per duos Dies ad Custum Prioris. Et fuerunt Eorum Socii apud *Bedefordam* *Rogerus de Turkeby*, et *Johannes de Cobeham*.

Eodem anno, circa Festum Sancti *Andreae*; dedit Nobis *Simon Scutteraisun* Terram suam de *Wokeleshore*; et post, infra *Oclabas Purificationis*, Mortuus est.

Eodem anno, Fabricata est Nova

*.D. fol. 79. ad tale Signum
‡. Scedula contemporanea,
in Codice consuata.*

Cum esset Contentio inter *Galfridum* Priorem de **Dunstaple** et omnes Homines ejusdem Villæ, Super eo, quod Idem Prior petebat à prædictis Homi- nibus, quod semel in Anno in Visu *Franci-plegii*, facerent Recognitionem per Sacramentum Suum, qui Pistores & Braciatores furniassent vel braciassent contra Assisam factam in Burgo; et de hoc dicebar, Se & Prædecessores suos esse in Possessione, et prædicti Homines Dixerunt, Quod de prædicto Articulo non debuerunt facere Recognitionem, de sicut Prior habet Ballivos suos in Villa, qui hoc Inquirere possunt, et in singulis Curis inde capiunt Emendas.

Item, super eo, quod prædicti Homines petebant à prædicto Priore, quod hii, qui tenent in Capite de Priore, habeant Curias suas de Tenentibus suis, tam de hiis qui Tenent de Anno in Annum, quam de hiis qui Tenent in Feudum; et Prior bene recognovit, quod Burgenses, qui Tenent de Eo in Capite, de hiis, qui

Mo-

MCCXLVII.

Moneta; et coepit Currere circa Festum Sancti Martini. Et in Octabis Purificationis, dedimus, de Contributione Domni Papæ, viginti quinque Marcas; et in Pecco quatuor Marcas.

Eodem anno, Electus est in Priorem de **Wilemundele** Domnus **Ricardus de Waldia**, Canonicus de **Dunstaplia**, Et die Lunæ proxima post Festum Sancti Gregorii ibidem Installatus: Cujus Electioni **Gilo de Argenteym** coepit adversari; sed nihil profecit.

Eodem anno, circa Purificationem, vendidimus Terram nostram de **Bikewelle** **Willelmo de Trippelawe**, et infra Mensem sine Herede vel Attornato mortuus est; et sine Lite & Gravamine Terram ipsam recuperavimus.

Eodem anno, circa Festum Sancti Gregorii, comparavimus de **Nicholao de Tingri** Redditum decem Solidorum in **flittewit**, pro Novem Marcis Sterlingorum.

Eodem anno, Circa Festum Sancti Gregorii, mortuus est Domnus **Adam de Lutona**, Abbas de **Woburna**; et substitutus est Domnus **Nicholaus**, Abbas de **Medmeham**.

Tenant de eis in Feudum, Curias suas habere consueverunt; sed de hiis, qui de Anno in Annum Tenent, Curiam habere non debent nec consueverunt, quia nullam Libertatem habere possunt in Villa, nec in ea manere sine Priore; nec prædicti Burgeneses tales Tenentes suos Justiciare possunt.

Item, super eo, quod prædicti Homines dicebant, Fraxinos plantatas in plateis ad se pertinere; et quod eas plantare possunt & incidere pro sua voluntate, singuli ante Domo suas; et prædictus Prior dicebat, quod prædictas Fraxinos incidere non possunt, quamvis Eas plantaverunt, quia Solum, ubi plantantur, eorum non est, sed est Regia Via, quæ ad prædictum Priorem pertinet de dono Domini Regis.

Et in Curia Domini Regis apud **Dunstaple**, anno Regni Regis **Henrici**, filii Regis **Johannis**, tricesimo primo, in Crastino **Sancti-Laurentii**, coram Domino **Rogero de Turkeby** Justiciario, et Domino * **Paulo**

Peywe Senescallo Domini Regis, et aliis tunc ibi præsentibus, Concessum est tam à prædicto Priore, quam à prædictis Burgenesibus, quod prædicti Burgeneses de cetero non faciant Recognitionem in Visu Franci-plegii, qui Pistores **bake**

vel Braciatores furnaverunt vel braciaverunt contra Assisam factam in Burgo; sed Ballivi Prioris hoc diligenter inquirent, et de Quindena in Quindenam in Cu-

* Sic Apogr. W.

MCCXLVII.

Eodem anno, Resignavit *Simon de Edelesburewe* in Festo Sancti *Michaëlis* Domino *Johanni de Crachale* Ecclesiam de *Edelesburewe*, et Tenementa quæ tenuit de Canonicis de *Caudewelle*. Et eodem Anno, post *Purificationem*, cœpit idem *Johannes* ibidem ædificare.

Eodem anno, In principio *Quadragesimæ* promoti sunt in Sacerdotium *Ricardus de Caudewella*, *Rogerus de Sancto Albano*, *Adam de Wilemundele*, *Henricus de Heddon*: et in Sub-diaconatum, *Mauricius de Elnestowa*, *Robertus de Bartona*, *Willelmus de Watforda*.

Eodem anno, Comparavimus unam Bovatam Terræ apud *Walidebere*, pro decem Marcis, circa *Nativitatem*.

Eodem anno, et tempore, dedimus pro Firma Molendini de *Le*, ad decem Annos, undecim Marcas.

ria Prioris inde capiant *Emendas* secundum Consuetudinem Villæ.

Item, concessum est, quod prædicti *Burgenfes*, de cetero, nullam Curiam habeant de hiis, qui de eis Tenent ad Terminum; nec de aliquibus nisi de eis Tenent in Feudum: sed per *Ballivos* Prioris justificentur, quod in Curia Prioris stent ad Rectum, si quis de eis conquestus fuerit. Et hii solummodo Curias suas habeant de Tenentibus suis in Feudum, qui de Priore Tenent in Capite.

Item, Concessum est, quod prædictæ *Fraxini*, et aliæ *Arbores* plantatæ in platæa ita remaneant sicut fuerant Die hujus Concessionis: Ita quod nec Prior nec aliquis de Villa eas incidere possit. Et si aliquis ramus fuerit ad Nocumentum Domorum vel transeuntium per Platæam; per Licentiam Prioris incidatur, et detur *Le-prosis*. Et si aliquis ante hanc Concessionem aliquam *Arborem* vel *Ramum* incidit, non sit Ei pro *Sessina*; ita quod Prætextu illius Incisionis aliquid de cetero possit incidere: sed remaneant omnes *Arbores* in *Pace*, sicut prædictum est. Nec liceat alicui *Homini* de Villa aliquam *Arborem* plantare vel incidere, nisi in suo solo proprio, et ubi alii homines de Villa nullam habeant *Communam*.

MCCXLVIII.

Anno *Gratiæ* 1248, statim post *Pascha*, cœpimus ædificare *Novam Domum* apud *Rohefac*; scilicet *Solarium* et *Celarium*, et *Coquinam*,

MCCXLVIII.

nam, et Thalamum in Medio ad Panem et Cervisiam, et Daeriam. Quibus omnibus Prior *Galfridus* sumptus invenit, exceptis Pane, et Cervisia, et Calce, quæ de Cellario fuerunt.

Eodem anno, ad *Pentecosten*, fecimus Excambium cum Domino *Paulino* de Terra de *Hares*, pro Viginti Libris annuis.

Eodem anno, Rex *Franciae* cum maximo apparatu & comitatu Comitum & Baronum, arripuit Iter versus *Terram Sanctam*: et in Insulam *Cipri* divertit, moram faciens longissimam.

Eodem anno, Dedimus Domino Regi Decem Marcas pro Auxilio.

Eodem anno, *Johannes Sleigrom* de **Dunstaple**, Vicarius Noster de **Segenbo**, relicta Vicaria illa accepit Vicariam de **Suneduna**: et dedimus Vicariam de **Segenbo** *Roberto de Sancto-Edmundo* Capellano.

Eodem anno, in initio autumnus, mortuus est *Robertus*, Vicarius † Noster de **Pateshulla**: et ^{† D. fol. 39^b} præsentavimus ad illam Vicariam *Ricardum*, Rectorem Ecclesiae de **Stepingele**. Qui cum Rei custodiam suscepisset, ante Institutionem mortuus est apud **Neubam**, in *Adventu Domini*, et præsentavimus ad Ecclesiam de **Stepingele** quendam *Romanum*, scilicet *Petrum Vitelle*; cui in duabus Marcis annuis tenebamur.

Eodem anno, in Autumno mortuus est *David*

MCCXLVIII.

Ruffus de flittewike, Miles; et apud *Wardunam* sepultus.

Eodem anno, Die *Simonis & Judæ*, mortuus est *Simon de Edelesbure*; et in Ecclesia de *Dunstable* ante Crucem sepultus. De cuius Bonis provisum sunt Altari de *Cruce* Calix Argenteus, Missale, Vestimentum, Lampas perpetuo ardens Lumina re unum ad duas Missas; scilicet *Cereus à Purificatione* usque ad *Festum Omnium Sanctorum*; pro quo, ponentur duæ *Candelæ à Festo Omnium Sanctorum* usque ad *Purificationem*. De ipsius etiam Bonis procuratum est, quod *Missæ de Domina* ibidem perpetuo cantetur, et *Pietantia* *Conventui* omni die *Lunæ*, quando *Festum* non fuerit, perpetuo detur. Et quod die *Anniversarii* sui, *Panis* (quantum de *Quinque Quarteriis* fieri possit) cum *Mille* ¹ *Alleciis* perpetuo *Pauperibus* erogetur.

Eodem anno redemimus, post *Natale*, *Corredium Johannis de Leytuna*, pro *Decem* et *Octo Marcis*; de quibus, promisit *Nobis* restituere *duas*.

Eodem anno, dedit *Nobis* ^{postm?} *odum Nicholaus de Tyngritha* quicquid habuit in *Dominico* in *Craule* et *Husseburna*; et recepimus *Homagia* et *Fidelitates* Die *Sancti Thomæ Apostoli*;

¹ *Halecibus*.

MCCXLVIII.

et ibidem cum Amicis nostris pernoctavimus, retento Sibi tamen Molendino et dimidia Virgata Terræ, quam Nobis postea, in Festo *Sancti Gregorii* donavit.

Eodem anno, in Festo *Omnium Sanctorum*, accepimus Dominicum de *Stokes* ad duos Annos proximo sequentes.

Eodem anno, in Festo *Sancti Michaëlis*, tradidimus ad Firmam Terram nostram de *Githewella Thomæ* Capellano, ad totam Vitam suam.

Eodem anno, die *Circumcisionis*, post prandium; combusta est Domus Nostra apud *Wade-
lowe* Nova et optima.

Eodem anno, circa Festum *Sancti Gregorii* incepimus duo Columbaria, unum apud *Wine-
feld*, et aliud apud *Caldecote*; et perfecimus.

Eodem anno, Emimus de *Johanne Blundo* duodecim Acras super *Wanelonde*, in Campis de *Pullokeshulla*.

Eodem anno, in *Quadragesima*, dirationavimus in Comitatu *Bedefordie*, contra *Warinum Filium-Geroldi* unum Quarterium Frumenti annum, in quo Nobis tenebatur; et solvit Nobis Quarterium illius Anni, et tria Quarteria de *Ar-reragiis*, per Sacramenta Hominum suorum.

MCCXLIX.

Anno Gratia 1249. Levavimus Cirographum

MCCXLIX.

contra *Nicholaum de Tingrith*, de Terra de **Cra-**
wele & Husseburna.

Eodem anno, in *Quindena Sancti Johannis Ba-*
ptistæ, Levamus Cirographum contra *Johan-*
nem Allmar et Uxorem ejus, de Terra, quæ fuit
Willelmi de Linleye, in **Houcctona.**

Eodem anno, In *Crastino Sancti Martini*, Le-
vavimus Cirographum contra *Radulfum de Fake-*
ham, et *Constantiam* Uxorem Ejus, de Terra de
Bradewine.

Eodem anno, ad *Quindenam Paschæ*, reddi-
dit Judicium contra Nos *Willelmus de Eboraco*,
tunc Episcopus *Sarisburiensis*, de Seyfina Pastu-
ræ de *Kineswortha & Cadendona*: assidentibus
Willelmo de Rale tunc **W**ⁿ*itonien*se, et *Waltero de*
Cantilupo tunc Episcopo **W***igornien*se, et *Paulo*
Peyure Domini Regis tunc Senescallo: Rema-
net tamen quæstio Juris super prædictis.

Eodem anno, Die *Sancti Jacobi*, fecit Episco-
pus *Lincolniensis* Visitationem suam apud **Dun-**
staple. Et quia *Henricus de Bilenda* diffamatus
coram Eo se purgare non potuit, Sabbato pro-
xime sequente, diluculo, timens Episcopi auste-
ritatem, clam recessit: et in *Nativitate Beatæ*
Mariæ proximò sequente, apud **Myrival** Ordi-
nem ingressus est **Cy***sterciens*em.

MCCXLIX.

Eodem anno, in *Crastino Sancti Petri ad Vincula*, fecit Episcopus Visitationem suam apud **Caudewellam**, in qua Prior *Eudo*, in multis à Fratribus & aliis accusatus, timens Episcopi subire Judicium, per consilium de **Dunstaplia**, de **Newenham**, de **Hontingdona**, de **Wysmede** Priorum tunc ibidem præsentium, sponte resignavit; et die *Veneris* proximo sequente apud **Merival** Ordinem suscepit **Cyterciensem**. Conventus vero de **Caudewella** eodem die, statim post Resignationem *Eudonis*, concorditer una voce proclamantes Priorem, elegerunt *Walterum de Cadendona* tunc apud **Dunstapliam** Sup-priorem. Quorum Electio, die sequenti ab Episcopo est confirmata: Et ipse *Walterus*, die *Assumptionis* proximò sequente est Installatus.

Eodem anno, in *Octabis Trinitatis* apud **Dunstapliam**, celebratum fuit Generale Capitulum Ordinis *Sancti Augustini*. In quo, Præsidentes fuerunt *Henricus* Abbas de **Pratis Leycestriae**, et *Galfridus* Prior de **Dunstaple**.

Eodem anno, ante Autumnum, Mortuus est Rex *Scotia*.

Eodem anno, Ædificavimus apud **Stokes Au-**
Grangiam
lam, et **Boveriam**: apud **Wadelowe** domum

MCCXLIX.

ad manendum: apud **Stodham**, ¹ Bercariam, ² **Warr**
 et partem Boveriæ; apud **Cherltonam**, Hor-
 reum magnum: apud **Patshullam**, domum
 Servientibus ad manendum: apud **Wokeshoc**,
 Dayeriam*.

* hie tres
 lines, de in-
 dustria ab-
 raduntur de
 MSto.
 † D. fol. 40.

† Eodem anno, Die Veneris proxima post
 Festum *Trinitatis*, applicuit Rex *Franciæ* cum
 Exercitu suo Civitati *Damiætæ*; et quasi mira-
 culose, Congressu minimo cum *Saracenis* habi-
 to, omnes *Saraceni* fugerunt; Et ingressus Rex
 Civitatem, infinitas ibidem invenit divitias: Et
 ordinans Civitatem pro Voluntate sua, ipsam
 suis tradidit custodiendam: et Ipse cum quibus-
 dam Sibi familiaribus extra Civitatem in Tendo-
 riis remansit. Ubi, cum suis, in Vitæ necessa-
 riis maximum habuit defectum, donec per *Fre-*
dericum eis Vitæ necessaria mitterentur. Postea
 vero, circa Mensem *Martium*, volebat cum suis
 equitare, et Terras *Saracenorum* occupare; quod
 videntes *Saraceni*, fortiter in unum conglobati
 restiterunt, et de *Cristianis* maximam stragem
 fecerunt, et Regem *Franciæ* ceperunt, et in Ca-
 ptivitate tenuerunt, donec per *Hospitalarios* &

aliena manu

1 Locum herbicibus sive vervecibus alendis aptum. Sheep-
 coat vulgo dicimus, etsi non desint, qui ab ovili alium fuisse in-
 nuant.

Tem-

MCCXLIX.

Templarios deliberatus est Fine facto de Pecunia
.....
infinita.

Eodem anno, *Robertus*, Episcopus *Lincolniensis*, fecit vocari omnes Viros Religiosos Beneficiatos in Episcopatu *Lincolniæ*; primo apud *Stanford*; secundo apud *Leycestriam*; tertio apud *Droniam*; quod comparerent coram Eo ostensuri Cartas Fundatorum, Confirmationes Episcoporum, Privilegia Papalia. Quibus ostensis, transcriptum omnium sibi retinuit, dicens, quod super prædictis Domnum Papam consuleret. Et factum est hoc in *Crastino Cinerum*. Et in *Media-Quadragesima* proximo sequenti versus *Lugdunum* Iter arripuit, ubi Dominus Papa tunc morabatur. Sed de prædictis, nihil fecit.

MCCL.

Anno Gratiae 1250, Mense *Martio* incepimus Portam interiorem infra Curiam de *Dunstaple*; et eodem anno perfecimus: et Magnum Horreum apud *Pullokeshullam*; et Berkariam apud *Winesfeld*; et Berkariam apud *Craule*; et decem ¹ Careias Plumbi super Refectorium posuimus.

¹ *Vel Carregia.*

MCCL.

Eodem anno, Prior de **Lentona**

cepit Oves Monacorum de **Hireballe** in **Cheylmesdona**, in pastura, quam Monachis de Novo contulerat *Robertus de Esburna*, et Decimam cepit pro duobus annis, scilicet Anno præsentis et anno præcedenti; et hoc facto, statim Oves in Pasturam remisit. Monachi vero confusi, dictum Priorem per Breve *Quare Vi & Armis* in Curia Domini Regis implacitabant.

Eodem anno, circa Festum *Sancti Michaëlis*, emimus Terram de **Moldrichyf**, invitatis Monachis de **Guerdona**, qui multum Nobis nocuerunt. Sed certum ingressum habere non potuimus, donec assensum Comitis haberemus. Quo habito, in initio *Quadragesimæ* proxime sequentis, per Dominum Comitem missi sumus in plenam Seysinam. Sed *Hugo de Ferrariis* Nos pluries postea molestavit.

Eodem anno, die *Sanctæ Lucie*, *Fredericus* quondam Imperator, mortuus est, et Filium suum *Conradum*, paterni sceleris imitatore[m] reliquit. Qui Domno Papæ et suis, damna plurima & injurias infinitas intulit.

Eodem anno, Ebdomada proxima ante *Cineres*, fecit *Robertus Grosteste*, Episcopus **Lincolniensis**, Visitationem suam in Domo de **Dunstable**; et convenerunt ibi Episcopi **Londoniensis**, **Sarisburiensis**, **Norwicensis**, **Lincol-**

MCCL.

colniensis, personaliter ; et alii Episcopi per Procuratores, ut inirent Consilium contra Visitationem Archiepiscopi *Cantuariensis Bonifacii*. Et Sigillis suis Scripto Communi appensis, bona fide ad invicem promiserunt, quod Communi Auxilio & Consilio Archiepiscopo resisterent. Et ad hoc, quilibet Episcopus totum Clerum in Episcopatu suo efficaciter induxit, pro qualibet Marca duos Denarios exigendo : et in *Quindena Pasce* proximo sequenti, pro prædicto negotio, Nuntios suos, scilicet unum pro Episcopo et Capitulo Cathedrali, et alium pro Clero, ad Sedem Apostolicam transmiserunt.

Eodem tempore, mortuus est *Willelmus de Cantilupo* secundus.

Eodem anno, Inplacitavit Nos *Petrus Filius Rogeri le Lorenger* in Comitatu *Bedefordie*, de Sectis & Servitiis pro *Causa Aungewini* : et cecidit in Misericordia Vice-Comitis, et *Quieti* recessimus.

Eodem anno, Die *Sancti-Leonardi* recepimus *Stephanum de Wachamsteda*, et statim postea, *Henricum de Neutona*, ad Habitum nostræ Religionis.

Eodem anno, circa *Pentecosten*, venit ad Nos *Petrus de Vitella de Ferentino*, Rector Ecclesiæ de *Stepingle*, et Moram fecit Nobiscum, usque post Festum *Sancti Michaëlis*, et Ecclesia sua ad

MCCL.

Firmam dimissa ad Terminum quinque Annorum Domino *Gilberto de Tingriche* pro Centum Solidis annuis, dictus *Petrus* à Nobis recessit, et versus *Lugdunum* Iter arripuit, quo Dominus Papa tunc morabatur.

Eodem anno, *Adelina Wake*, Domina de *Wardona*, dedit Nobis Reditum trium Solidorum in eadem Villa, quem de *Thoma Capellano* percipere consuevit.

Eodem anno, Dictus *Thomas Capellanus* circa *Pentecosten* reddidit Nobis Terram Nostram de *Giketwella*, sumptibus suis feminatam, quam de Nobis acceperat ad totam Vitam suam, pro Novem Marcis annuis ad duos Terminos Nobis persolvendis.

Eodem anno, Mortuus est *Willelmus de Rale*, Episcopus *Wyntonienfis*.

MCCLI.

† D. fol. 40,
b.

† Anno Gratiae 1251, Ante *Pascha* mortuus est *Johannes de Cobham*: statim post *Pascha* *Galfridus Dispensarius*, in Ebdomada *Pentecostes* *Paulus Peyuer* tunc Senescallus Domini Regis; cujus Uxor pro Custodia & Maritagio Filii sui, Finem fecit Domino Regi, pro quingentis Marcis.

Eodem anno, Die Dominica post *Ascensionem*, comparavimus coram Justiciariis de Banco con-

I F. Comparuimus.

tra

MCCLI.

tra *Petrum* Filium *Rogeri Lorenger*, qui Nos inplacitavit de Servitiis & Consuetudinibus de Terra *Aungevin*; et remansit Ipse in Misericordia Regis; et Nos recessimus Quiet.

Eodem anno, Domina *Johanna Peyvere*, cum esset in Seyfina omnium, quæ fuerunt Domini sui *Paulini*, retenta sibi Custodia, vendidit Mari-tagium Filii sui Domino *Johanni de Grey* pro Quingentis Marcis. Et suscepit in se Dominus *Johannes* onus adquietandi Ipsam *Johannam* contra Dominum Regem de tanta Summa Pecuniæ. Filius vero *Paulus* contraxit Matrimonium in facie Ecclesiæ cum Filia ipsius *Johannis* apud *Etunam*, ante Festum Sancti *Michaëlis*. Domina vero *Johanna* toedio affecta, quod Dominus Rex ejus connubia cuidam Militi alieno, scilicet, *Stephano de Salines*, dederat, de Consilio Amicorum suorum se nubendam concessit Domino *Johanni de Grey*: et contractum est inter Eos Matrimonium Die *Martis* proxima post *Quindenam Sancti Michaëlis* apud *Londonias*, Rege apud *Westmonasterium* existente, et hoc ignorante. Quod cum Regi innotesceret, vehementer iratus, Consilium quæsit, Quid de Domino *Johanne* faceret pro tanto delicto? Et tandem, amicis intervenientibus, Finem fecit cum Domino Rege de Quinquaginta Marcis.

Eodem anno, post Festum *Sancti-Michaëlis*

MCCLI.

coepit Nos inplacitare *Petrus* filius *Rogeri Lorenger* de Quatuor Rodis Terræ.

Eodem anno, fecimus privatum Dormitorium Novum, propter timorem Ruinæ Veteris Dormitorii.

Eodem anno, in Nocte *Natalis Domini*, Conventu incipiente Matutinas, Mortuus est *Walterus de Dentuna*.

Eodem anno, citò post Festum *Sancti Michaëlis*, recepimus in Canonicos *Hugonem de Bray*, & *Thomam de Dyam*.

Eodem anno, fecimus unum Columbarium apud *Segenho*, et aliud apud *Craule*.

Eodem anno, *Robertus* Capellanus factus est Vicarius de *Segenho*.

Eodem anno, fecimus Grangiam novam, et Bercariam ¹ auementavimus, et tres Domos ad lotandum fecimus apud *Craule*. Et frontem Cancelli de *Husseburna* à fundamento novam construximus.

Eodem anno, in *Cathedra Sancti Petri*, recepimus Terram Dominæ *Hylariæ* cum pertinentiis, ad totam Vitam suam, excepto Capitali Manso.

Eodem anno, Dominus Rex dedit *Margeriam* Filiam suam Regi *Scotiæ* in Festo *Natalis Domini* apud *Eboracum*.

¹ Sic,

MCCLII.

MCCLII.

Anno gratiæ 1252. fecimus Domum novam
Carpentariis & Rotariis, in Curia de **Dunstaple.**

Eodem anno, in festo *Pentecostes* venit Ar-
chiepiscopus et Magnates de *Burdellis* apud
Westmonasterium, querimoniam suam Domino
Regi deponentes de Domino *Simone de Monte-*
forti, dicentes, Quod eis multas Injurias intule-
rat, quosdam suspendendo, et quosdam usque ad
Mortem incarcerando. Et cum Dominus *Simon*
secundum Legem *Angliæ*, vel secundum Legem

Burdegalem ?

Burdellensem paratus esset ad omnia respondere ;
dixerunt Ipsi præcise Domino Regi, quod Ipsum
Simonem Custodem nunquam reciperent, nec Ei
obedirent. Et instanter petierunt, quod Domi-
nus Rex alium Eis daret Custodem : Qui, ad in-
stantiam eorum, dedit eis Dominum & Custo-
dem Dominum *Eadwardum* Filium suum ; qui
omnes Ei Fidelitatem fecerunt, allegantes, quod
Homagium Ei facere non debebant, quamdiu
Ipse Pater ejus viveret. Dicitur vero *Simon de*
Monteforti, quia Dominus Rex *Wardam Gasco-*
niæ per Cartam suam ad Terminum Sex Anno-
rum concesserat, ab illa Guarda nullo modo po-
tuit deflecti ; sed iratus à Curia recessit, et *Wa-*
sconiis Guerram movit infinitam.

Eodem anno, et tempore, Dominus Rex et
multi Magnates cum Eo, Crucem receperunt ;

et

MCCLII.

et Occasione illa, Dominus Rex Curiam suam, et præcipue Cameram Reginæ moderavit, et multos et multas ejecit.

Eodem anno, In Octabis *Paschæ*, *Silvester* Episcopus ¹*Karlionensis*, et Dominus *Rogerus de Turkeby*, & *Gilebertus de Prestuna*, Justiciarii Itinerantes federunt apud *Notingham*: ubi coram Eis comparuimus pro Communi Summonitione; Et portavit super Nos *Thomas de Makkele* Breve Regis de Ingressu, de Una Bovata Terræ in *Walidena*. Et Brevi renuntiando, dedit Fidem suam coram Domino *Roberto de Assburna*, et *Ricardo de Wit-cherche* et *Ricardo de Caudewella* Canonicis, et *Waltero de Walidena* Laico, et quibusdam aliis, die Lunæ proxima ante *Hokeday*; quod de prædicta Terra nunquam Nos implacitaret, nec aliquis per Ipsum quem posset impedire.

Eodem anno, prædicti Justiciarii in *Crastino Trinitatis* venerunt apud *Weycestre*; ubi *Hawisia de Cateby* detulit breve Regis de *Morte* ²*Antecessorum*, quod Narrando adnullavimus. Et remansit Ipsa in Misericordia Regis, et Nos *Quieti* recessimus.

Eodem anno, in *Hokeday*, combusta est Villa de *Esseburna* miserabiliter; ubi multi fuerunt

¹ Vel Karliolensis. ² Sic *Apogr. W.* *Alibi*, Antecessoris.

MCCLII.

depauperati et Stabulum nostrum de *Bradeburna*.

† Eodem anno, *Ædificavimus & Seminavimus* † D. fol. 41. primo apud *Moldrich*.

Eodem anno, *Præsentavimus Magistrum Thomam* ad Ecclesiam *Sancti Cuthberti de Bedeforda*; et *Johannem de Bartuna* Capellanum, ad Vicariam de *Chalgrave*.

Eodem anno, *Admisimus die Ascensionis Benedictum* Clericum Episcopi, in Canonicum.

Eodem anno, *Lata est Sententia à Domno Papa* pro Archiepiscopo *Bonifacio* in *Causa Visitationis*, contra Episcopum & Capitulum *Lundoniae*.

Eodem anno, circa *Festum Sancti Johannis*, mortuus est *Robertus Passeleme*; et *Petrus Peyvere* ad Ecclesiam de *Swaneburna* est præsentatus.

Eodem anno, mortuus est *Robertus de Martivals*, Prior de *Landa*, apud *Leycestre*, *Justiciariis Itinerantibus* tunc ibidem *Sedentibus*. Scilicet, Episcopo *Carliolensi Silvestro*, *Rogero de Turkebi*, *Gilberto de Prestuna*, et aliis. Et ibidem *prostravimus Breve Hawisiae de Catebi*, et *Cirograffavimus* dimidiam *Virgatam Terræ Rogero Hageyn de Catebi*, reddendo Nobis per *Annum tres Solidos*. Et ibidem *perdidit Galfri-*
I Sic. *waisiam*.

MCCLII.

waifiam. Eadem *Hawisia* cito post quæfivit contra Nos Breve de Recto ad Comitatum, quod prostravimus ante Quadragesimam.

Eodem anno, ante *Purificationem Beate Mariæ*, receperunt Habitum nostrum *Willelmus de Wottuna, Johannes de Maydeneburi, Willelmus de Hornefende, Adam de Poclintuna*.

Eodem anno, post *Natale*, incepit *Caristia Bladi*; et fuit Magna in pluribus partibus *Angliæ*.

Eodem anno, circa Festum *Sancti Michaëlis*, mutuo accepimus de Magistro *Berardo* Viginti Libras; quas Ei die Sabbati proxima post Festum *Sancti Johannis Baptiste* per manum *Petri, Celerarii Nostri*, apud *Londoniam*, plene perfolvimus anno proximo sequente.

Eodem anno, *Philippus Lovel* factus est *Thesaurarius Domini Regis*, cito post Indignationem maximam, quam Dominus Rex erga ipsum conceperat, per Accusationem *Judaorum*, quibus præfuit *Justiciarius*, et per Machinationem *Roberti del Ho*, qui pro Auro *Reginæ, Judæis* tanquam *Justiciarius* præfidebat.

MCCLIII.

Anno *Gratiæ 1253*, circa *Pascha*, dedimus *Vicesimam* *Domno Papæ*, pro quadam *Indulgentia*, quam concessit *ReCTORIBUS Ecclesiarum Angliæ*, circa *Moderationem Procurationis Archiepiscoporum, Episcoporum, Archidiaconorum*.

Sci-

MCCLIII.

Scilicet, quod Archiepiscopus habeat in Visitatione sua Quinquaginta¹ Evectiones; vel pro Visitatione, habeat Quatuor Marcas ad plus. Episcopus Visitet cum Triginta Equis; vel pro Visitatione habeat Triginta Solidos. Archidiaconus cum Septem Equis; vel recipiat Septem Solidos, tres Denarios, et Obolum.

Eodem anno, statim post *Pasca* convocavit Rex Magnates suos pro Succursu habendo ad Terram *Wasconia* recuperandam, quam Homines sui jurati contra Ipsum totam occupaverant, excepta Civitate *Burdella*. Et tunc petiit Auxilium ab Episcopis, Comitibus, Baronibus, Militibus, Abbatibus, Prioribus; et maximam ab eis extorsit pecuniam. Et tunc, inter alios, dedimus Ei Decem Libras. Ipse vero Rex congregavit Magnum Exercitum apud *Portesmue*, et variis Causis præpeditus, ibi diutius morabatur. Tandem, Terra *Anglia* Reginae et Comiti *Ricardo* in Custodiam tradita; profectus est prospero Itinere in *Wasconiam*: et die *Martis* proxima post *Assumptionem Beatae Mariae*, *Burdellis* cum gaudio receptus.

¹ *Equitaturas vel Equos. Quo sensu eo circiter tempore usurpatam fuisse hanc vocem monuerunt etiam alii. Nec, quod sciam, ea de re ulla inter scriptores disceptatio est. Parum considerate locutos esse id genus scriptores nemo dixerit, qui exportatione eodem itidem in sensu usos fuisse mediæ ætatis auctores concesserit. Exportatio autem idem est quod Græcis ἰννεµιδη.*

MCCLIII.

Eodem anno, ante *Pascha*, consummavimus duo Columbaria, unum apud *Stodham*, et aliud apud *Sortegrabe*: et post *Pentecosten*, unam Grangiam apud *Sortegrabe*.

Eodem anno, infra Octo Dies ante Festum Sancti *Johannis Baptistæ*, fecimus Pacem cum *Hamisia de Catebi*; et concessimus Ei dimidiam Virgatum Terræ cum Tofto et pertinentiis, solvendo Nobis inde duos solidos per annum. Et sic remisit & quietum clamavit pro Se & Heredibus suis Nobis & Successoribus Nostris, Jus & Clamium, quod habuit vel habere potuit in tota Terra, quam *Simon* Avunculus suus Tenuit in *Catebi*.

Eodem anno, in *Vigilia Simonis et Judæ*, Heredes *Alani de Hyda* omnes comparentes in Curia de *Lutuna*, susceperunt onus adquietandi Nos de omnibus Demandis & Exactionibus, quæ aliqua occasione possunt exigi de Terris, Redditibus, et Tenementis, quæ habemus ex *Dono Alani de Hyda*. Et promulgatum est per Os Domini *Ricardi de Haveringe*, tunc Senescalli, quod Ballivi de *Lutuna* nullam facerent districtiorem super Homines Nostros vel Tenementa prædicta pro prædictis; sed tantum super Heredes *Alani de Hyda*.

Eodem anno, die *Sancti Calixti* Papæ¹, obiit

¹ Oct. 14. *Alii aliter. Multi nempe operam dederunt, ut Groste-*

MCCLIII.

Robertus Grosteste, Episcopus Lincolnienſis, apud Bogodene, et ſepultum eſt Corpus apud Lincolniam; Archiepiſcopo Bonefacio Officium Sepulturæ cum pluribus Episcopis peragente; qui,

Grosteſti vita omnibus nota fiat. In his numerandus Antonius à Wood, qui & ipſe ejuſdem vitam (nondum editam) conſcripſit. Habes in Muſeo Aſhmoliano. dignam, ut memini, quæ legatur. utpote quo nemo unquam diligentius Grosteſti opera erudita, quotquot videre licuit, pervolutaverat. inter quæ opera & Speculum Concionatorum recenſeri debet, etſi in Codicibus excuſis Gerardo Leodiensî adſcribatur. Ita enim in Adverſariis noſtris MSS. Vol. VII. p. 218. In the year 1607. was printed at Naples, Speculum Concionatorum, 8°. & ſaid in the Title-Page to have been written by Gerardus Leodiensîs, which is falſe, it appearing from John Leland and the MSS. that Robert Groſthead, Bp of Lincoln, was the true Author. Alia inſuper multa hîc dici poſſent de Grosteſto. Sed miſſa facio, tanquam ab inſtituto noſtro aliena. De his omnibus igitur in angulis, ſi lubet, conſumendi otii cauſſa diſſerant eruditi. maxime ſi forſitan in civitate conſcientiſſima literarum vitam agant. Nec tamen tacendum eſſe puto, non deeſſe qui negent, Grosteſtum Sacræ Theologiæ doctorem de Oxonia fuiſſe. perperam autem, ut innuit Thomas Gaſcoignius in Diſtionario Theologico. Colligas ex Hemingfordio noſtro. Neque eſt cur aias, auctoritate proba haud nixum eſſe Gaſcoignium. Teſtem enim advocat ipſum Grosteſtum. Quid quod & vir pereruditus Joſephus Sanfordius, Collegii Balliolenſis ſocius, mihi Codicem MS. Ranulphi Higdeni nuper monſtravit, in quo hanc reperi notam ab ipſo Gaſcoignio conſignatam, (ſicuti & in eodem Codice alias itidem notas adſcripſit Gaſcoignius, utpote ad quem olim ſpectaverat ipſe Codex)? Iſte episcopus Lincolnienſis magiſter Grosteſte fuit Doctor ſacræ theologiæ de Oxonia, ut patet in ſermone ſuo de Levitis, ſcripto manu propria ipſius domini Lincolnienſis. Codex vero ille in Bibliotheca adſervatur Collegii Balliolenſis. Memoria prodidi in Adverſariis noſtris, Vol. 135. p. 113.

MCCLIII.

die *Martis* † proximo præcedente, ibidem in Ca-
pitulo Visitationis Officium exercuerat. Et sta-
manu alia,

in margine interiore.

tim sepulto Episcopo, Capitulum fecit convoca-
ri; et Canonicis præsentibus & contradicenti-
bus, jurisdictionem Episcopalem sibi retinuit, et
Sententiam Excommunicationis super omnes re-
sistentes tulit. Propter quod, Magister *Willel-
mus Lupus* appellavit, et Appellationem suam
prosequens. Et ne caperetur, apud *Sanctum Ed-
mundum* divertit, et ibi mansit donec Nuntius

hic linea per Bibliopegum abscinditur

suus

Eodem anno, fecimus duas Boverias; scilicet
unam apud *Winefeld*, et aliam apud *Craue-
leye*.

Eodem anno, ante Autumnum, vendidimus
frumentum pro Quinque Solidis; scilicet Quar-
terium. Et cepimus pro Blado septies-viginti
Libras et amplius; et expendimus in Avenis
emptis Viginti Libras; et in Plumbo duodecim
Marcas.

† D. fol. 41,
b.

† Eodem anno, Rex *Angliæ* in *Wasconia* exi-

I Oct. 7. 2 Sic. Recte. Nam locutio satis frequens apud
Scriptores Monasticos.

stens,

MCCLIII.

stens, multa Castra cepit, et fere totam Terram *Wasconia* sibi subjugavit. Sed quidam Vir Magnus de *Wasconia*, nomine *Gastun de Bierner*, timens Regem, transtulit se ad Regem *Hispania*, ab Eo quærens auxilium; et Pecuniâ ei plurima data, ab Eo Cinculum Militare suscepit, et Ei Homagium fecit: dans Ei intelligi, quod Ipse Rex pinguius habuit Jus in Terra *Wasconia* quam Rex *Anglia*. Unde Ipse vehementer commotus, Literas suas eidem misit comminatorias. Sed Rex *Anglia* Pacem cupiens & Confoederationem, misit Nuntios suos Sollennes; scilicet, Episcopum *Cicestrensem*, et Domnum *Johannem Mansel*, ad Regem *Hispania*: ut Filiam Ejus si haberet, vel sororem, *Edwardo*, Filio Regis *Anglia*, in Uxorem caperent. Qui, cum in Modo & Forma Contrahendi non possent convenire; ad Regem *Anglia* sunt reversi: et accepto pleniori Consilio, Rex iterum remisit Episcopum *Wigoznia*, et *Johannem Mansel*, qui Sororem Regis *Hispania* *Edwardo* in Uxorem recipientes, Negotium consummaverunt, excepta Ecclesiæ Sollemnitate.

Eodem anno, circa Festum *Purificationis*, mortuus est *Sylvester* Episcopus *Carliolensis*, cadens de Equo suo.

1 Sic Apogr. W.

MCCLIII.

Eodem anno, fuit Caristia Bladi in *Anglia*; ita quod in Multis Locis vendebatur Quarterium Frumenti pro Octo Solidis, et amplius: sed apud **Dunstaple** pro Quinque Solidis.

Eodem anno, in *Octabis Sancti Hilarii*, convenerunt **Londoniæ** Archiepiscopus **Cantuariensis**, et Episcopi plures, Comites & Barones, Abbates & Priores, Quos allocuti sunt Comes *Ricardus* et alii de Consilio Reginae; petentes ad Opus Regis Auxilium Generale à Clero & à Populo. Qui omnes contradixerunt, nisi sub certa Forma; scilicet, Quod Magna Carta & Carta Forestæ plene tenentur; et Executio Vice-Comitibus, per Literas Domini Regis Patentis mandaretur; et Ecclesia Libertatibus suis plene reformaretur. Quo audito, Comes *Ricardus* et Consilium Reginae petierunt à Clero Decimam unius Anni de Decima trium Annorum, quam Dominus Papa Regi concesserat. Quod Clerus denegavit, nisi Literas haberent Domini Papæ Patentis, quod Eis pro Decima primi Anni cederet. Unde nihil factum est.

Eodem anno, Vacante Sede **Lincolniensi**,
 p Saxon. vacabat Ecclesia de **Messeworþe** per Mortem
 Magistri *Ricardi de Tyngeres*. Et profecuti sunt
 Jus suum Canonici de **Caudewella** coram Ar-

I F. tenerentur.

chie-

MCCLIII.

chiepiscopo ; sed nihil profecerunt, Nisi quod Præsentatus eorum ad Vicariam admissus est.

Eodem Anno, Ortâ Dissentione inter Archiepiscopum & Capitulum *Lincolniæ*, super Jurisdictione Episcopali, quam Archiepiscopus statim post Mortem Episcopi *Lincolniensis* sibi usurpavit ; et ab Obitu Episcopi (donec alius esset substitutus) per Officiales suos plene exercuit ; scilicet, fere per dimidium annum, Archidiacono & Canonicis *Lincolniensibus* è contra contendentibus, et dicentibus, quod Jurisdictio Præsentatos ad Ecclesias recipiendi, et Eos in eisdem Instituendi, et de Causis quæ ad Episcopum pertinent Cognoscendi, ad Ipsos ab antiquo pertinebat. Placuit utrique Parti in Judices consentire: et consentiens Archiepiscopus ex parte sua in Archidiaconum *Cantuarie*, et Canonici *Lincolnienses* in Magistrum *Robertum de Marisco* Con-Canonicum suum ; ut Illi duo, hinc inde Probationes reciperent ; et quod Justum esset, inter Partes statuerent.

Eodem anno, ante Natale, ¹ Eligerunt Canonici *Lincolnienses* Domnum *H. de Lexintonæ*, ejusdem Ecclesiæ Decanum, in Episcopum. Qui statim adiit Regem in *Wasconia*, et ab eo benigne susceptus, cum Literis suis in *Angliam* ad Archiepiscopum est reversus, et statim ab Eo

1. Sic.

MCCLIII.

Confirmatus, quoad Temporalia et Spiritua-
lia Jurisdictionem recepit. Die vero *Dominica*,
proxima ante *Ascensionem*, apud **Lamehe**, fuit
Consecratus; et in *Vigilia Trinitatis* proxi-
mo sequente, primos Ordines suos fecit apud

^{ebergam?}
Merl et die *Apostolorum Petri et Pauli*
proximo sequente, apud **Lincolniam** fuit Intro-
nizatus.

Eodem anno, Archiepiscopus *Bonifacius* Visi-
tavit omnes Viros Religiosos & Moniales de E-
piscopatibus **Cantuariensi**, **Roffensi**, **Londoniensi**,
Norwicensi, **Helicensi**, **Lincolniensi**; ca-
piens de unaquaque Domo Religiosa Quatuor
Marcas pro sua Procuracione. Et veniens ad
Nos, dedit Nobis Litteras suas Episcopo **Con-
ventrensi** testimoniales, quod Inspexerat Privi-
legium Monasterii Nostri, quod habemus de Pa-
pa *Alexandro*, mandans, quod contra Tenorem
Privilegii Nostri Nos non molestaret, nec ab
alio permetteret molestari.

MCCLIV.

† D. fol. 42. † Anno Gratiae 1254, in *Quindena Pascae*, con-
venerunt Magnates *Angliae* apud **Westmona-
sterium**; et misit Dominus Rex Nuntios suos
de *Wasconia*. Qui, habito Consilio cum Regina

MCCLIV.

& Comite *Ricardo*, petierunt cum Effectu Decimam Trium Annorum Domino Regi concessam; datis Executoribus à Domno Papa super Negotio Crucis & Decima colligenda, Episcopo *Portuicensi*, Episcopo *Cithestrensi*, et Abbate *Westmestre*.

Eodem anno, Fecimus Pacem cum *Philippo Lovel* et Magistro *H.* filio ejus, de Decimis de ¹ *Cardvilleh*, et dedimus Eidem *H.* decem Marcas die *Sancti Johannis* ² *Babstæ* pro Areragiis Septem Annorum præcedentium.

Eodem anno, Fecimus Horreum Novum apud *Sortegrade*; et Stabulum magnum apud *Dunstaple*.

Eodem anno, Emimus Bladum de *Humbri-litho*, pro Centum Solidis: scilicet quamlibet Acram Frumenti et Avenæ pro duobus Solidis.

Eodem anno, Misit Dominus Rex de *Wasconia* pro Regina & Filio suo *Edwardo*; et circa Festum *Sancti Petri ad Vincula* Mare transivit, et cum omni Prosperitate in *Wasconiam* pervenit. Et inter hæc, Castrum de *La Fiole* Ei cum multis Prisionibus redditum est, quod per Annum obsederat.

Eodem anno, Venit Papa *Innocentius Quartus* Romam; Qui per plures Terras, per decem Annos exul erat.

MCCLIV.

Eodem anno, Comes *Ricardus* in Castro de *Berchamsteda* Turrim cum tribus Stadiis fecit levare, et Plumbo cooperiri; et multum maremium de Parco de *Soingdona* fecit cariari; quod multum Mercato de *Dunstaplia* nocuit, propter Bigarum captionem.

Eodem anno, circa Festum *Assumptionis*, Mortuus est *H.* Episcopus *Heliensis*, qui quondam fuerat Abbas de *Santo-Edmundo*; et Ei substitutus Magister *W. de Kirkem*.

Eodem anno, Mortuus est subito *Walterus de Couvertona*, Prior de *Penham*; et *Stephanus*, Canonicus ejusdem Domus, eidem substitutus. Qui cum per Ordinarium Loci, ad Mandatum Episcopi, fuisset Installatus, supervenientes *W. de Bello-campo* Patronus Loci et *Domina Hida* Uxor sua, de his, quæ facta fuerant, vehementer Indignati, Minis & Terroribus Priorem extra Portam ire fecerunt, et ab Eis petere Installationem. Quo facto, Dominus *W.* cepit Eum per manum, et duxit in Chorum, et iterum auctoritate sua, ut Patronus, Ipsum installavit, in Injuriam Episcopi *Lincolniensis*.

Eodem anno, vendidimus apud *Dunstaple* Saccum Lanæ de Velleribus pro Septem Marcis; et Lanam pellicatam pro Sex.

i Kilkeny aliis.

Eo-

MCCLIV.

Eodem anno, Fecimus Calcem multam per Manus *W. de Norham*; et dedimus ei pro Stipendiis, Septem Marcas: ita quod nihil invenimus ei nisi Boscum.

Eodem anno, die *Veneris* ante Festum *Sancti Michaëlis*, Mortuus est *Willelmus de Cantilupo Tertius*, et Die *Mercurii* proxima sequente, scilicet, in *Crastino Sancti Michaëlis*, apud *Stodleam* sepultus: præsentibus Abbatibus, et Prioribus multis, et Comitibus; videlicet, *Simone de Monte-forti* Comite *Lecestriae*, et Comite de *Hereforda*, qui Corpus defuncti in Sepulcro posuerunt.

Eodem anno, Venerunt Justiciarii Itinerantes in Comitatum *Bukingham*, in *Octabis Sancti Michaëlis*; scilicet, Abbas de *Burgo Sancti Petri*, Magister *Simon de Waltona*, *Robertus de Sottingdona*, et *Johannes de Cave*, Clerici; Dominus *Willelmus Trussel*, et Dominus *Nicholaus de Hanlou* Milites. Et apud *Deuport* federunt usque ad Festum *Sancti-Martini*. Inde venientes apud *Bedeford*, federunt ibi per quindecim dies. Et portavit ibidem coram Eis Abbas de *Wardone* decem et septem Brevia contra *Willelmum de Bello-campo*; et per Eos summonitus, quamvis præsens esset in Villa de *Bedeford*, coram Eis

¹ Hanlou *infra*. Handlo *al.* Vide *Dugdali* Chronicam Seriem, p.17.

MCCLIV.

tamen noluit comparere. Qui anxii propter hoc, et tædio affecti, miserunt Nuntios suos ad Comitem *Ricardum*, tunc *Angliæ* Custodem, consilium quærentes ab Eo, quid super hiis facerent. Et rescripsit Eis, quod de Justitia facienda nihil omitterent. Quo audito, dicti Justiciarii Baroniam *Willelmi de Bello-campo* in Manum Regis ceperunt, et Milites posuerunt, scilicet *Willelmum de¹ Falham*, et *Willelmum de Hollewelle*, qui Baroniam custodirent, ne *Willelmus de Bellocampo* manum apponeret.

Eodem anno, Mortuus est *Gillebertus de Segrave* in Prifona *Reginaldi de Puns* in partibus transmarinis; ubi multi Nobiles *Angliæ* imprisonati fuerunt: et quidam evaserunt, et quidam ibi mortui sunt.

Eodem anno, Factus est Episcopus *Harliolensis* Magister ² *Thomas de Veteri-ponte*, et obtinuit à Rege Custodiam Baroniam, quinto die *Natalis Domini* apud *Cantuariam*.

Eodem anno, Venerunt apud *Dunstaple* Magister *Simon de Waltona*, et *Robertus de Sotingdona*, et Dominus *Nicolaus de Hanlou* Justiciarii; Et, una cum Priore, Placita tenuerunt; et facta sunt Priori omnia Juramenta sub hiis Verbis, *Hoc audis Domne Prior, Justicie Domini Regis.*

¹ Sic *Apogr. W.* ² Vel, *Thomas Vipont*,

MCCLIV.

Et habuit ibi Dominus Prior Præcones suos, et coram Justiciariis prædictis recepit Prior Catalla Felonum. (*Huc pertinet Adnotatio in superiore pagina Ora posita; cujus tamen prioris lineæ partem abscidit improbus Bibliopegus. Sic autem legendam Eam censeo, De Catallis Felonum. De Simone le Brettun duodecim denarios. De Wilhelmo de Leycestre suspenso, quatuor denarios. De Letitia, quæ abjuravit Regnum pro Latrocinio, duos Solidos. De Henrico le Parchemenarii, qui abjuravit Regnum pro Homicidio, viginti Solidos; et pro Wasto decem Solidos.*

alia manu.

lacuna in Co-

Annus Regni Regis Henrici 38^{vus})

dice, quam impletam intelligo per superiorem Adnotationem.

Et vastum *Henrici* ¹ *Percamenarii* ad valentiam Sexaginta Solidorum et amplius; et de trium Latronum Evasione de Prifona Prioris mansit idem Prior quietus; sed in Expensis Justiciariorum multum fuit gravatus.

Eodem anno, ante Festum *Sancti Michaëlis*, misit Dominus Rex Filium suum *Edwardum* de *Wasconia* in *Ispaniam* ad Regem de *Castella*, ut acciperet Sororem suam in Uxorem, quod & factum est, sicut antea per Internuntios fuerat

1 Sic.

pro-

MCCLIV.

prolocutum. Et facta ibidem mora per aliquod tempus, rediit dictus *Edwardus* cum Uxore sua & Comitatu ad Patrem suum in *Wasconia*. Et dedit Illi Dominus Rex in Terris, Redditibus, & Wardis, Quindecim Millia Marcarum ad Uxorem suam dotandam, pro quibus Ei assignavit *Wasconiam*, et quicquid habuit in *Ybernia* et *Wallia*, et Comitatum *Cestriae*, et Castrum de *Becco* cum pertinentiis, et Custodiam Terræ Comitatus de *Ferariis*, et *Willelmi de Cantilupo*, et *Gilberti de Segrave*, et Civitatis de *Brissollia*, de *Stanforda*, et *Graham*; et multa alia, quæ Nobis sunt incognita. Et *Edwardo* cum Uxore & suis in *Wasconia* dimissis, Rex *Angliæ* cum Regina & suis, petita Licentia à Rege *Franciæ* & obtenta, venit *Parysus*; et suscepit Eum Rex *Franciæ* in Osculum Pacis cum gaudio magno, et solenne fecit Ei convivium: Cui Rex *Angliæ* in Craftino reddidit Talionem. Et ibi fuerunt simul Quatuor Sorores; scilicet, Regina *Angliæ*, Regina *Franciæ*, Uxor Comitatus *Ricardi*, & Uxor Comitatus Fratris Regis *Franciæ*. Rex inde profectus venit ad Mare, et petens Naves, cum suis, die *Sancti Johannis Evangelistæ* applicuit apud *Doberam*; occurrentibus et Eum cum Gaudio recipientibus multis Magnatibus *Angliæ*. Et in craftino, die *Sancti Thomæ Martyris*, apud *Canstuarium*, fecit Magnatibus suis grande Convivium.

MCCLIV.

vium. Die vero Dominica proximo sequente, venit *Londoniis*; ubi, à Clero & à Populo cum Honore susceptus est.

Eodem anno, in *Vigilia Natalis Domini*, in partibus *Transmarinis*, mortuus est *Petrus Chaceporc*, qui fuit Custos *Warderobæ* Regis; et quidam ¹ *Provensalis Hartaldus* nomine, est Ei substitutus.

Eodem anno, post *Festum Omnium Sanctorum*, venit *Pestis* Equorum sævissima, quæ *Malum Lingue* appellatur, et multos Equos in *Francia* et in *Anglia* interfecit, et multos *Infirmos* & *inutiles* reddidit, qui vix postea sanari potuerunt.

Eodem anno, vendidimus *Saccum* de meliore *Lana* de *Dunstaplia* pro *Septem Marcis*; et de alia pro *Sex Marcis*; quia *Lana* tunc fuit *Vilis*.

Eodem anno, in *Crastino Octabas Sancti Hylarii*, *Justiciarii Itinerantes*, qui ante *Natale* sederunt apud *Chelmeffordam*, venerunt apud *Hertford*; scilicet, *Abbas* de ² *Colcestre*, *Dominus Gilbertus de Prestona*, et *Dominus Willelmus Brito*, *Rogerus de Wicestre* *Clericus*; et ibi per aliquod tempus sederunt. Et fecimus ibidem *Attornatum* *Nostrum* contra *Aliciam*, quæ fuit *Uxor Hugonis Præpositi de Dunstaple*: quæ

¹ Sic. An, Provincialis, (ut de Provincia esset) Hartaldus &c.?
² Sic.

Nos Implacitavit de una Acra Terræ in Bare-
 p Saxon. worpe, quam dixit esse Jus suum. Et datus est
 Nobis dies in *Ostabas Trinitatis* anni sequentis,
 apud *Bernemundeshe*. Et quia Attornatus no-
 ster ad diem non venit, perdidimus per Defal-
 tam.

Eodem anno, obtinuimus in *Causa* contra *Wal-*
terum Vicarium nostrum de *Stodham*, quia re-
 tractata fuit augmentatio Vicariæ suæ facta per
 Domnum *Robertum Grosteste* *Lincolniæ* Episco-
 pum. Et per Abbatem *Westmonasterii* Judi-
 cem nostrum delegatum, redacta fuit ad statum
 pristinum.

Eodem anno, Misimus Regi per *S. de Etone*,
 Celerarium Nostrum, unam Cupam Argenti de-
 auratam Centum Solidorum, in Reditu suo de
Wasconia.

Anno Gratiae 1255, in *Quindena Paschæ*, Con-
 vocavit Rex omnes Magnates suos, et tenuit
 Parlamentum Solempne cum Eis; petens auxi-
 lium à Clericis & Laicis, præter Decimam Ei à
 Domino Papa concessam. Qui omnes petierunt
 inducias Responfioni suæ, usque ad Festum *San-*
cti Michaëlis proximò sequens: ut tunc præcise
 responderent: dum tamen, medio tempore, Li-
 bertates in *Magna Carta*, et in *Carta Forestæ*
 con-

MCCLV.

contentas faceret ¹ observare. Quod se promissit facturum; nec tamen perduxit ad Effectum.

Eodem anno, Mense *Aprili*, prope *Londonia* mortuus est *Walterus de Gray*, Archiepiscopus *Eboracensis*, et apud *Eboracum* delatus. Et post aliquod tempus Vocatis Vocandis, Elegerunt in Pastorem Magistrum *Sewale*, ² ejusdem Ecclesiæ tunc Decanum. Cui Rex noluit con-

¹ *Sic. Observari malint alii. At observare & observari in Scriptoribus Monasticis non raro indiscriminatim usurpantur.*

² Sewallus, Ecclesiæ ejusdem Decanus,
Ad Sedem eligitur dignus Capellanus.
Rex Henricus noluit sibi consentire,
Nec ad temporalia sua se venire.
Tunc de Sede taliter per regem ejectus,
Ad Romanam Curiam mittebat Electus.
Ipsam in Episcopum Papa confirmavit,
Et Honoris Pallium sibi remandavit.
Sic intravit Cathedram sui Præsulatus,

ⁱ
et à suffraganeis fuit consecratus.
Et sic temporalibus cum Clero gaudebat,
licet Rex Principiis non consentiebat.
Supra gregem vigilat agens sui curam,
Oves suas jugiter ducit ad pasturam.
In Capella, primitus Sepulcri vocata,
reformavit omnia, prius Ordinata.
His gestis et aliis Sedi profuturis,
Anno vero tertio ab humanis curis
Devotus exiit suæ dignitatis.
Eboraci suscipit Jus humanitatis.

*Hæc è Presbyteri anonymi Eboracensis Catalogo MS^{to}.
Archiepiscoporum Ebor. usque ad Alex: Nevillum Anno*

fentire, objiciens Ei, quod ante Matrimonium fuit genitus, et propterea ¹ Illegitimus. Quod Electus Milites sustinuit, sed Capitulum, convocatis Fratribus, de Communi Consilio, tres Majores de Capitulo miserunt apud Curiam *Romanam*; qui obtinuerunt Electum suum à Domno Papa cum ² hore Confirmari, contra Regis Voluntatem.

Eodem anno, Circa Festum *Sanctæ Margaretae*, Mortua est Domina *Eva*, uxor *Willelmi de Cantilupo Tertii*.

† D. fol. 43. † Eodem anno, Circa Festum *Sanctæ Margaretae*, mortuus est *Warinus de Mun-chenesii*: et Magister *Thomas* ³ *Valensis*, Episcopus *Wenebensis*; et post ipsum ⁴ est Electus, et Regi præsentatus: sed ab ipso non admissus, statim Domnum Papam adiit; et ab Eo cum honore receptus, Confirmatus et Consecratus, ad Episcopatum suum rediit cum honore.

Eodem anno, Circa Festum *Sancti Martini*, dedimus Decimam Anni præcedentis, tam de Laico Feudo, quam de Ecclesiis. Et post Festum

1373. Rhythmis comprehenso à Paulino, cum Præfatione & recapitulatione in prosa. *Mibi accommodavit Ricardus Rawlinsonus, LL.D. amicus egregius.* 1 F. Illegitimus; et quod E.M. sustinuit. Sed Capitulum. 2 F. honore. 3 Vel, Wallensis. 4 Ricardus de Karreu vel Carreu. *Vide Whar-toni Angl. Sacr. Part. II. p. 650.*

MCCLV.

Purificationis, dedimus Decimam Anni tunc præsentis, eodem modo quo prædictum est.

Eodem anno, In Festo *Sancti Michaëlis*, *Simon de Ellesdone*, qui Vice-Comes extiterat, ad Instantiam propriam, Ballivam dimisit. Et successit Ei *Robertus Salvagius*, Vir Prudens & Discretus.

Eodem anno, Circa Festum *Sancti Michaëlis*, venit Magister *Rustandus* in *Angliam*, à Latere Domni Papæ missus cum Magna Potestate; qui in Brevi tempore, multos in *Anglia* Reditus est consecutus.

Eodem anno, & tempore, Venit *Petrus Vitella* in *Angliam*; qui Ecclesiam suam de *Stepinle Gileberto de Tingrize*, tunc Decano, ad Firmam tradiderat, et *Simonem de Etone*, Canonicum de *Dunstaple*, Procuratorem suum reliquerat. Sed nec ipsi *Petro* nec Procuratori suo dictus Decanus per Tres Annos, de Centum Solidis annuis, nihil solvere curavit. Quo-circa, dictus *Petrus* eum Implacitavit, et Laboribus & Expensis multum fatigavit; in tantum, quod dictus *Gilebertus* dedit Ei sexdecim Marcas pro duobus Annis. Et de Tertio Anno habuit *J. de Crachale* ¹ Archidiaconus sexaginta Solidos; de quibus retinuit Viginti-tres Solidos pro Hospi-

¹ Subintellige *Bedfordiæ sive Bedfordiensis*. Vide infra sub ann. 1258, 1259.

MCCLV.

tiis Trium Annorum. Et *Petro* dedit Viginti Solidos, et *Rogero de Sancto-Albano*, Canonico de **Dunstaple**, septendecim Solidos, pro tribus Fenestris in Cancelllo de **Stepinle** faciendis, et Ornamentis Ecclesiæ emendandis. Et in recessu suo, dictus *Petrus* tradidit Ecclesiam suam *Benedicto Clerico* ad Firmam per Quinque Annos sequentes, pro Centum solidis annuis, quos idem *Benedictus* solvet: sicut in Scripto inter eos confecto continetur.

Eodem anno, Facta est Pax inter Domnum Papam et *Manfredum*, Filium *Frederici*, Regem *Apuliæ*: ita, quod *Manfredus* retinet *Apuliam*, et omnes Terras quæ fuerunt Patris sui, solvendo Magnam Annuam Pecuniam Sedi Apostolicæ. Et sic exinanita est Spes Regis *Angliæ*, qui credebat omnes prædictas Terras Filio suo *Edmundo*, pro se, perquirere. Sed quia de Maxima Pecunia solvenda Terminos statutos Rex Papæ non observavit; nec Papa eidem de Regno promisso Fidem observare curavit.

Eodem anno, in Fine Anni, Vendidimus *Alexandro* apud **Cherltonam**, Decimam Garbarum trium Annorum, excepto Tramisso Primi Anni, pro Quinquaginta Marcis Sterlingorum. Et Bladum de **Pateshul** et de **Hecham** ejusdem temporis, fecimus Domum cariare.

Eodem anno, Rex *Angliæ* iratus contra Con-
fi-

MCCLV.

filium Regis *Scotia*, eo quod Filiam suam male tractaverunt: misit ante Iplum *Ricardum* Comitem *Globerniae*, et *J. Maunsel*: ut Rei Veritatem inquirerent. Qui cum ad Partes illas accederent, et venirent ad Castrum de *Edenesbury*, in quo Rex & Regina Tenebantur: invenientes illud incaute custoditum, ingressi sunt Castrum: et salutatis Rege & Regina, pro certo didicerunt, quod, impediante *Roberto de Ros*, (qui per Consilium Regni Custos Eis fuerat deputatus) Rex ad Reginam accedere non potuit; sicut Regina Patri suo antea demandaverat. Comes vero *Globerniae* et *J. Maunsel* praedicti amotis Custodibus, Regem & Reginam simul in Lecto posuerunt: et sic Ipsa Nocte cum Familiis suis, ad loca remota recesserunt, et Regi, è vestigio supervenienti, omnia, quæ facta fuerant, retulerunt. Qui contra Custodes, scilicet *Robertum Le Ros* et *Johannem de Bayllel*, maximam concepit Iram & Indignationem: in tantum, quod *Lundoniis* eos Inplacitavit, et de Multis Transgressionibus accusavit.

Eodem anno, *Ricardus*, Comes *Cornubiæ*, per *Abraham*, *Judeum* de *Norwico*, quamdam Cartam invenit, per quam *Robertus Malerbe* Omnes Terras suas, Reditus, et Possessiones *Judeis* obligaverat; qua Occasione, Comes *Ricar-*

I Indicaverat.

MCCLV.

dux Willelmum de Bello-campo, et suos, de Manerio de **Honyttone**, et de Manerio de **Hoclive**, et Homines de **Bedeford**, de Novies-viginti Acris Terræ, ¹ præceptum Domini Regis ejecit, Homines suos Inprisonando, et aliàs Eis gravis existendo.

Eodem anno, In Adventu Domini solvimus Magistro *Rustando* Quinquaginta Libras Sterlingorum, quas de Executoribus Negotii Crucis mutuo accepimus.

Eodem anno, Adeptus est Dominus *Eduardus* Custodiam Terræ *Willelmi de Cantilupo Tertii*: Et non fuit Heres tunc Quatuor Annorum.

Eodem anno, fuit notabilis Bladi defectus; quem nisi præcedentis Anni suppleffet Abundantia, penuria Victualium multos aggravâffet. Et sciendum, quod **Stokes**, **Craule**, **Segenbo**, **Rokeshoc**, sibi-ipsis hoc Anno sufficere non potuerunt.

Eodem anno, *Robertus Le Vavasur*, Vice-comes **Notinghamiæ**, Ballivam suam perdidit; et à pluribus accusatus, ducentas Marcas cum Domino Rege Finivit.

Eodem anno, Quidam Burgenses **Derebeye** obtinuerunt à Rege, pro pretio dato, quod Justiciarii Itinerantes & Vice-Comites Placita sua de Comitatu **Derebeye** apud **Derebeyam** placi-

1 F. per præceptum.

MCCLV.

tabunt, quæ apud **Notingham** placitari consueverunt.

Eodem anno, *Petrus de*¹ *Aqua-alba*, Episcopus *Herefordensis*, malitiose fecit sibi² *Literas falsas*, et obligavit in *Curia Romana* fere omnes *Domos Magnas Religionis in Anglia*; Illis nescientibus nec consentientibus. Et *Judices* impetravit in *Partibus Transmontanis*; ut si quos inveniret in *Anglia* *Contradictores*, Eos ibi conveniret ubi accedere non auderent.

Eodem anno, circa principium *Quadragesimæ*, *Willelmus de*³ *Boraco* mortuus est, Episcopus *Salisbury* et Magister⁴ *Gilo de Brigepor* in Episcopum Electus.

MCCLVI.

Anno *Gratiæ* 1256, Magister *Rustandus* & Magister *Gilo de Brideport*, & *Ricardus* Abbas *Westmonasterii*, et *Domnus Henricus*⁵, ad *Instantiam Domini Regis*, adierunt *Curiam Romanam* pro negotiis suis expediendis, contra *Clerum & Populum Angliæ*. Quibus in *Angliam* redeuntibus, petiit *Dominus Rex* à *Clero & Populo*, omnes *Sumptus*, quos tunc posuerat pro *Terra*⁶ *Ciciliæ* *Filio suo Eadmundo* perquirenda; scilicet, Cen-

¹ Sive Egueblank vel Egeblaunch. ² *Literas, Epistolas.*
³ Vel Eboraco. ⁴ Vel Ægidius de Bridport sive Brideport. ⁵ Vox deesse videtur. ⁶ Sic.

MCCLVI.

tum Milia Marcarum ; et Triginta-sex Milia ; et Quinque Milia ; quæ omnia in Vanum expenderat, et male perdiderat. Petiit etiam, quod *Cle-*
rus & *Populus* Terram ^{Sici} *Cycylia* Sumptibus suis Filio suo *Eadmundo* perquirerent ; et Ipsum ibidem sumptibus suis salvo perducerent, et Terram cum Munitionibus traderent. Ad quæ, Magnates primo, et postea Clerici, quasi Impossibile reputantes, responderunt, Quod petita facere nec voluerunt, nec potuerunt : Præcipue, propter Pecuniæ penuriam, et propter Locorum Distantiam, Viarum Discrimina, et Inimicorum per Vias ¹ Numerositate ; et propter *Manfredi*
 potentiam, qui tunc Regnum ^s *Cicilia* et ² *Apulea* tenebat, et Tesauros infinitos possidebat. Et præterea, præmissa facere nec voluerunt nec potuerunt propter Terræ *Anglicanae* Desolationem. Quæ si Consilio & Auxilio Magnatum foret destituta, Rex & Regina & Sui, et tota Terra *Anglia* maximo periculo exponerentur, tum propter *Walenses*, qui tunc totam Terram vicinam (quam Dominus Rex Domino *Edwardo* Filio suo tradiderat) hostiliter devastabant ; tum propter Regem *Franciæ* & *Francigenas*, Terras suas in *Anglia* vendicantes. Qui, si viderent Terram *Anglia* desolatam, Eam hostiliter impugnarent. Et

¹ F. Numerositatem. ² Sic.

MCCLVI.

alias plures Causas Clerus & Populus assignabant.

Item, Magister *Rustandus* tunc passim dedit Literas suas continentes Clausulam; et quidam alii; sicut in Literis Domni Papæ continetur.

Eodem anno, *Walenses*, fines suos egressi, maximum congregaverunt Exercitum; quibus præerat *Lewelinus* secundus, Vir pulcherrimus, et Bello strenuus; qui omnes *Walenses* habuit quasi sibi conglutinatos. Eo tempore, Dominus Rex & Regina & Consilium eorum Dominum *Galfridum de Langeleye* Terræ Domini *Edwardi*, quam in *Wallia* habuit, Custodem posuerunt. Qui *Wallenses* Legibus *Angliæ* subdere nitebatur: et cum ex parte hoc fecisset, credens Rem ad effectum perducere; jaçtabat se coram Rege & Regina, quod omnes *Wallenses* habuit in Manu sua clausos. Et cum postea Comitatus & Hundredos ordinaret, ¹ *Walenses*, habito Consilio, confidenter responderunt, quod Nihil pro Eo contra Leges Paternas facerent. Et sic ab invicem, cum maxima discordia discesserunt.

Eodem anno, *Robertus de Ludham* et *Rogerus Le Eyr de Dorfolchia*, viri nequissimi & crudeles, Ballivi fuerunt Domini *Edwardi* apud *Cytone* & *Houtone*. Qui Abbatem de *Sancto Albano* & Abbatem de *Wroubourne*, et alios vicinos multum gravabant. et præcipue Nos;

MCCLVI.

qui propter Foffatum apud *Scottegrave*, et propter *Hammonem* ¹ *Garcionem*, in Sex Marcis injuste fuimus amerciati: de quibus Tres Marcas solvimus; et Tres Marcæ per Dominum *Galfredum de Langeleye* in Respectum fuerunt positæ. Et Ballivi infra annum, cum maxima Confusione recesserunt.

Eodem anno, tradidimus Terram Nostram de *Cherletone* *Johanni de Cheydut* ad Feudi-Firmam. Et dedit Nobis Quindecim Marcas in ² *Gerfumam*. Et quolibet Anno Tres Marcas & dimidiam; et pro Domibus Octo Solidos: retentis in Manu Nostra duobus Grangiis, et Veteri Aula. Retentis Nobis etiam omnibus Decimis Garbarum, Fœni, et Molendinorum; et Reditu Triginta-duorum Denariorum de duobus Tenentibus Ecclesiæ.

Eodem anno, In *Natali Domini* orta est Dissentio maxima inter Dominum *Willelmum de Cheydut* et *Johannem Boyver*: ita quod hora Vespertina obviaverunt sibi in Magno Vico de *Cherletone*. Et *Johannes* subito dictum Militem Ictu valido ad Terram prostravit, et Ipsum graviter verberatum dereliquit. Et quia dictus *Johannes* in autumno præcedenti ibidem Decimas

¹ *Nebulonem*. ² *Sic. Rectius Gerfumam, sive Gerfumam, à Sax. Gærþuma. Compensationem autem vel Finem denotat.*

MCCLVI.

nostras collegit, delictum suum Nobis dictus Miles imposuit.

Eodem anno, *Ricardus*, Comes *Cornubiæ*, in Regem *Alemanniæ* est Electus.

Eodem anno, Recepimus Dominum *Johannem de Watforda* in Canonicum.

Eodem anno, Post *Pasca*, mortuus est *Galfridus de Bello-Campo*, Rector Ecclesiæ de *Brichulla*; et præsentatus est ad eandem *N.* Filius *Wilhelmi de Grey*; qui Nobis Decimas illius Anni de *Dominico*¹ deforciavit.

Eodem anno, Mortua est Domina *Johanna de Peyure* apud *Leyham*; et apud *Wouburnam* sepulta. Cujus Funeri, Dominus *Johannes de Grey*, Vir ejus, parum exhibuit Honoris et Reverentiæ.

Eodem anno, statim post obitum *Johannæ* prædictæ, Magister *P. Peyver* Custodiam & Maritagium Heredis Domini *Paulini Peyvere* à Domino *Johanne de Grey* obtinuit, pro Mille Marcis infra Annum dicto *Johanni* solvendis: de quarum tre-centis Marcis Abbas de *Wouburne* et Prior de *Dunstaple* plegii fuerunt. Et statim vendidit dictus *P.* Maritagium Cognati sui Domino *Galfrido de Langeley* pro Tre-centis Marcis infra annum solvendis. Item, dictus *P.* dedit

¹ Per vim & contra jus abstulit, detinuit.

MCCLVI.

Quadragesima Marcas Domino *Simoni de Monteforti*, pro bono Pacis.

Eodem anno, Incepit Venditio Bosci de *Caddendone*; in quo posuimus tresdecim Marcas & dimidiam.

Eodem anno, Magister *Willelmus de Chirkenny*, tunc Cancellarius Regis, factus est Episcopus *Elvensis*; et infra annum mortuus.

† D. fol. 44. † Eodem anno, Magister *Rogerus de Wesenham*, Episcopus *Cobrentrensis*, resignavit; et *Rogerus de Muletone*, ad instantiam Reginæ et tunc Comitis *Ricardi*, in Episcopum est Electus.

MCCLVII.

Anno Gratia 1257, in Principio anni, fecit Rex convocari omnes Magnates *Angliæ*; scilicet Episcopos, Comites, Abbates, et Priores, *Londoniæ*: ut Tractatum haberet cum Eis de Statu Regni & de recessu Fratris sui Comitis *Cornubiæ*, qui tunc in *Allemanniam* erat recessurus; pro cuius conductu venerunt in *Angliam* Archiepiscopus *Colonensis*, et Episcopus de *Legis*, et duo alii Episcopi; quos omnes Comes *Ricardus* maximis Donariis honoravit; et ab Eis Homagium et Fidelitatem recepit: et post Con-

1 *Kilkenny al. Itaque r in l mutarem.* 2 *Sic Apogr. W. Molend al. Non desunt etiam qui & Longespe appellant.*

MCCLVII.

filiis & Fidelitati eorum se plurimum commisit. Et die *Pascæ* statuit Eos, qui de *Allemannia* venerant, in Officiis suis, unumquemque ad Officium ex Feudo sibi deputatum; et sic versus Mare Iter arripuit, et Navigio suo, apud *Gerne-
mæ* præparato, appropriavit. Et cum tempus optimum adveniret, Vela Ventis et Mari, Deo gubernante, commisit; et sic Sanus et Incolumis pervenit. Multi vero ¹ *Magnates* de *Allemannia*, et de partibus adjacentibus, ei obviam venerunt, et de Adventu suo & Incolumitate Gratias Deo reddiderunt. Ipse vero, apud *Hese* Capellam, et Comitissa, Die *Ascensionis* Coronati sunt; et *Henricus*, Filius ejus, in *Craftino*, Miles est effectus. Speciales quosdam, quos de *Anglia* secum adduxit, ut *Jacobum de Audithel-
leye*, et *Stephanum de Cheyndut*, et alios sibi familiares, Consiliarii sui de *Alemannia* statim in *Angliam* remiserunt.

Eodem anno, post Festum *Sancti Johannis Baptistæ* Dominus Rex noster congregavit Exercitum Copiosum, ut *Walenses* (qui Fines suos exce-
sserant) ad internecionem debellaret, et cum magna parte Exercitus sui ivit *Cestriam*; et inde, usque ad Castellum del ² *Canno*; ubi moram fecit, quam diu in partibus *Walliæ* remansit. Ubi

¹ Sic. ² Sic.

multos de suis per Corruptionem Ciborum & Potuum amisit; sed *Walensibus* parum aut nihil nocere prævaluit: Propter quod *Walenses* convitia & opprobria multa Nobis intulerunt. Magnam vero partem Exercitus sui Dominus Rex cum *Ricardo*, Comite *Glovernæ*, reliquerat, ut in partibus de *Suht-Wales* *Walenses* expugnaret. Quibus subito relictis, Ipse Comes cum uno Armigero ab Exercitu clam recessit, et apud Castellum de *Thotebire* perrexit cum Regina locuturus, quæ tunc ibidem manebat, quia apud *Stoughtingham*, ubi Dominus Rex Ipsam perendinaturam transmiserat, propter fumum Carbonum Maris nullo modo potuit demorari. Et sic Dominus Rex et Ipse Comes à *Wallensibus* sine Honore redierunt circa Festum *Sancti Michaëlis*; ut Rex Festum *Sancti Edwardi* in Quindena *Sancti Michaëlis* posset Celebrare.

Eodem anno, Electus est quidam Monachus *Clieusis* in Episcopum ejusdem Ecclesiæ; sed cum coram Archiepiscopo tunc *Bonesacio* de Sibi objectis Responderet sapienter et bene: Domnus Archiepiscopus & sui, graves & injuriosi ei fuerunt, nec ad tantam Curam ipsum admittere voverunt. Et nacta Occasione, Domnum Papam Appellans, Curiam *Romanam* adiit, et ab Ipso

i *Hugo Balsam.*

MCCLVII.

Confirmari et Consecrari meruit. Et sic in *Anglia* cum Honore reversus est.

Eodem anno, Magister *Simon de¹ Wauthbone* in Episcopum *Portuicensem* est Electus; et sine Contradictione à Domino Rege receptus, et ab Archiepiscopo *Bonifacio* sine Contradictione Confirmatus.

Eodem anno, ² Monachus *Sancti Edmundi* in Abbatem Ipsius Ecclesiæ est Electus: Sed Curiam adiit *Romanam*, et à Domino Papa Confirmatus est et Benedictus, et sic in Patriam ³.

Eodem anno, circa Festum *Ascensionis* Emimus de *Rolando Malet* Reditum Viginti Solidorum, de Domino *Warino de Brazenham*, percipiendum ad duos anni terminos.

Eodem anno, post Festum *Sancti Michaelis* emimus de *Hugone le Bretun de~~U~~Malda*, Reditum Viginti Solidorum, de *Philippo filio Alexandri de Dagehale* percipiendum: et Domino *Feodi Johanni de Boclisford* dedimus Viginti Solidos, ut liberum et pacificum haberemus Ingressum.

Eodem anno, post Festum *Sancti Martini* Emimus de *Almarico de Sancto Amando* Terram, quam habuit de *Johanne Boynun*, apud *Dullo*

¹ Wanton sive Walton aliis. ² Simon de Luyton addend. Vide *Mon. Angl. Vol. I. p. 296.* & *Lelandi Coll. Vol. VI. p. 142.*

³ Adjice, rediit vel reversus est.

MCCLVII.

keſhille, pro Quadraginta et tribus Marcis et dimidia.

Eodem anno, Emimus parvum Boſcum apud *Wocliſhore* de *Johanne Puſcer*, dimidia Marca.

Eodem anno, Emimus de *Johanne Aeinfrei* Reditum quatuordecim Denariorum, una Marca.

Eodem anno, Emimus de *Philippo de Dageham* Reditum novem Denariorum, octo Solidis.

Eodem anno, Fecimus Magnum Horreum apud *Kokethor*; et augmentavimus Boveriam apud *Wullokeshille*; et tunc primo Vaccas ibi poſuimus.

Eodem anno, admifimus in Canonicos, die *Aſcenſionis*, *Johannem Edliſberne*; *Dominica ante Aſſumptionem Beatae Mariae*, *Ricardum de Mentemore*; die *Aſſumptionis*, *Simonem Wiſcard* & *Johannem de Hallingges*.

Eodem anno, fuit Magna Cariftia Bladi; ita quod multi Famis Peſtilentia ¹ morirentur.

Eodem anno, pro defectu Victualium, emiſſæ ſunt de *Chikeſand* ad alias Domoſ ſuæ Ordinis, Quinquaginta et duæ Moniales, et decem Converſi.

† D. fol. 44,
b.

† Eodem anno, Electus eſt *Robertus de² Chauve* in Episcopum ³ *Carlionenſem* per ejuſdem Loci

¹ Sic. ² Chauſe vel Chanſey al. ³ Sive Carliolenſem.

MCCLVII.

Conventum, et Archiepiscopo *Sewallo* præsentatus; qui Ei Bona promisit & Mala reddidit: quia de Die in Diem negotium protrahens, per lapsum tempus, cuidam Magistro *Johanni* Episcopatum de facto contulit. Sed alius tempore debito Domnum Papam Appellavit, et ab Ipso Literas Executorias super Mandato Papali reportavit sub tali Forma, Quod si dictus Archiepiscopus nollet, vel non posset, vel aliquo alio modo Negotium negligenter prætermitteret: tunc Executores prædicti, scilicet Episcopus *Sarisburiensis* et Episcopus *Batoniensis*, de meritis Causæ Cognoscerent, et Negotium Effectui manciparent. Ut si dictus Electus dignus inveniretur, Electionem suam Confirmarent, et in Episcopum Ipsum Consecrarent. Quod factum est.

Eodem anno, in *Quindena Sancti Michaëlis* apud *Westmonasterium* levavimus duo Cirograffa; unum contra *Henricum del Broc* et Uxorem ejus; et aliud contra Sorores de *Wainfeud*.

Eodem anno, in *Octabis Sancti Hilarii* sederunt Justiciarii Itinerantes apud *Derbeiam*; scilicet Abbas de *Burgo Sancti Petri*, et Dominus *Johannes de Wyawilla*, et Dominus *Robertus de Brus*, absente Domino *Rogero de Turkebi*, qui

¹ *Vel Hilarii.*

MCCLVII.

Quartus erat, per magnam Infirmi-
tatem. Et tunc per Communem Summonitionem, ibi præ-
sentes fuimus; et primo die, per dictos Justicia-
rios Licentiati recessimus.

Eodem anno, circa Autumnum, Magister *Ru-*
standus, Vir Magnæ autoritatis in *Anglia*, *Ro-*
mam adiit; et propter facta præcedentia ibi-
dem cum Confusione remansit. ^{alia manu.} Sed postea re-
versus est.

Eodem anno, *Johannes de Heltesdona* Terram
suam de *Toterno* sub *Duna* & super *Dunam*,
Thomæ Hynge invadiavit pro sexdecim Marcis
Sterlingorum solvendis eidem *Thomæ* anno se-
quenti in festo *Sancti Johannis Baptistæ* octo
Marcis; et in Festo *Sancti Michaëlis* tantundem.
Quod si faceret, Terram prædictam quietam re-
ciperet; sin autem, dictus *Thomas* Octo Marcas
dicto *Johanni* supersolveret, et sic totam dictam
Terram in Feodum retineret.

Eodem anno, *Willelmus de Weltona* in Initio
Quadragesimæ Omnia, quæ de Feodo suo habui-
mus in *Toterno*, Nobis Confirmavit, et postea,
Quinque Pueros suos de Dominico suo in *To-*
terno infeodavit, et statim in *Seifina* posuit; et
Pueri de Tenentibus Fidelitatem receperunt.

Eodem anno, Rex *Alemanniæ Ricardus* misit
Li-

MCCLVII.

Literas suas in *Angliam*, ut bosci sui venderentur, propter Defectum ¹ Denariorum inopinatum.

Eodem anno, Post Festum *Sancti Michaëlis*, dedimus Scutagium per omnes Terras Nostras; sed apud *Stokes* fuimus decepti; quia ibidem dedimus Sexdecim Solidos & Septem Denarios; et non debūimus dedisse nisi Medietatem tantum. Sed in Maritagio Filix Domini *Alani*, præmuniti dedimus quod justum fuit, scilicet duos Solidos et tres Denarios.

Eodem anno, Emimus de *Johanne de Heltesdon* Terram Arabilem & Gravem, quas habuit super *Dunam* pro Triginta & Quinque Marcis. Et deliberavimus Vadium, quod fecerat *Thomæ Hinge*; scilicet, totam Terram suam de *Thoterno* sub *Duna* et super *Dunam*, solvendo eidem *Thomæ* sexdecim Marcas de Denariis prædictis. Et Cirograffum et Cartam Feodationis, quæ *Johannes* fecerat eidem *Thomæ*, tradidimus *Johanni*, qui statim fecit comburi: sed cito postea poenitentia ductus, idem *Johannes* totam Terram sub *Duna* vendidit præfato *Thomæ* præcise, cum Reditu & Homagiis quæ habuit in *Thoterno*.

Eodem anno, statim post Festum *Sancti Michaëlis* incepit Bladi Caristia; et tunc Emimus Viginti Quarteria Frumenti ad Seminandum; quod bene nobis profuit.

¹ Nummarum, Monetæ, Money, Moneys.

MCCLVII.

Eodem anno, Emimus Terram de **Bullo-**
keville de *Ammarico de Sancto-Amando*, quam
habuit ex dono *Johannis Boinun*, pro Quadra-
ginta-tribus Marcis et dimidia. Et Reditum Vi-
ginti Solidorum de *Hugone Britone de Walda*,
pro Sexdecim Marcis et dimidia: et *Johanni de*
Bocclesforde dedimus Viginti Solidos pro ejus-
dem Terræ Confirmatione.

MCCLVIII.

Anno Gratia 1258, Die Sabati, in Ebdo-
mada *Paschæ*, cecidit Magnum Stabulum no-
strum in **Dunstaple**; ita, quod totum mayre-
nium et lateres confraeta sunt, ² quod quam citò
potuimus illud reparavimus; scilicet, ante Fe-
stum *Sancti Michaëlis* proximo sequens.

Eodem anno, cecidit Horreum Nostrum juxta
Portam apud **Sortegrave**; quod statim post-
ea relevavimus.

Eodem anno, in æstate, fuit maxima bladi ca-
ristia; ita quod Quarterium Frumenti vendeba-
tur apud **Norhamtone** pro Viginti Solidis;
apud **Wedesforde** pro decem & septem Solidis;
apud **Dunstaple** pro una Marca. Et Nos tunc,
pro defectu Bladi, Emimus duodecim Quarte-
ria et dimidium de Frumento; scilicet, Tria
Quarteria, quodlibet pro Octo Solidis & Sex

1 Sic. 2 Pro, sed quam,

MCCLVIII.

Denariis; et de residuo, quodlibet Quarterium pro Sex Solidis. Et à Festo *Sancti, Johannis Baptistæ* totum Potum Nostrum Emimus; scilicet, Quarterium de communi ¹ Brasio pro Sex Solidis et Octo Denariis. Et inter hæc, duo Dolea Vini comparavimus pro Novem Marcis, quæ in Conventu expendimus; et multum Nobis profuit. Et sciendum, quod expendimus hoc anno, in Pane, Potu, et Præbenda, Quater-viginti Libras & amplius.

† Eodem anno, cito post *Pascha*, venit qui- † D. fol. 45.

dam Magister *Arlocus* ^{r?} in *Angliam* de Curia *Romana* cum potestate magna; petens à Domino Rege Pecuniam infinitam, in qua Obligatus fuit Rex Domino Papæ: Videlicet, Centum Milia Marcarum et amplius. Et Dominus Rex, habito Consilio cum Magnatibus suis, respondit, quod Pecuniam tantam non habuit, nec habere potuit. Et minatus est *Arlocus*, quod Ipsum Regem & omnes Magnates suos Excommunicaret: Et dixit, quod Dominus Rex & Magnates, et alios de tota Terra sua, pro dicta Pecunia sicut seipsum Obligaverat; ad quod, et Clerici & Laici Responderunt, Quod Ipsi Liberi fuerunt; propter quod, Dominus Rex Eos Obligare non potuit: Et sic à Sententia sua, Domnum Papam

¹ Mealt *Anglo-Sax.* *Walt Anglis.*

MCCLVIII.

appellaverunt, et Nuntios Sollennes ad Ipsum destinaverunt.

Eodem anno, in Festo *Sancti Barnabæ* Apostoli, fecit Dominus Rex convocari omnes Magnates suos *Angliæ*; scilicet Clericos & Laicos. Et habito cum maxima Deliberatione Consilio, inter eos statuerunt, quod Dominus Rex haberet duodecim de Consilio suo electos per totam Communam *Angliæ*, et eorum niteretur Consilio; et sine Eis nihil magnum faceret: quod et factum est. Et statim Illi Duodecim, de Consensu & Voluntate Domini Regis, elegerunt unum Justiciarium Principalem, qui coram omnibus Juravit, quod Justiciam omnibus exhiberet; nec Diviti nec Pauperi parceret, quin omnibus Justiciam exhiberet. Dominus vero Rex, tactis Sacrosanctis, juravit, quod Bonas Leges et Antiquas, et Cartam Magnam, quam antea concesserat, ex tunc observaret, et faceret observari. Omnes vero Magnates ibi præsentés juraverunt, quod eadem in Terris suis circa Tenentes suos observarent et facerent observari, quæ Dominus Rex Eis promiserat observanda. Hoc factó, vocati sunt Fratres Regis, ut jurarent sicut alii juraverunt; quod omnino facere noluerunt. Fratres Regis fuerunt *Aymerus* Electus *Wyntonniensis*, *Willelmus de Valentia*, ¹ *Galfridus de Le-*

¹ Guido & Galfridus de Lizenim *Tho. de Walsingham* Ep. *Neufir.*

MCCLVIII.

sinan, Isti et eorum Ballivi ita Insolentes & Graves & Feroces *Anglicis* fuerunt, quod Eos et Catalla sua devastaverunt; et Eos quasi in nichilum reputaverunt. Et quia à tali ferocitate se cohibere noluerunt, ideo jurare contempserunt. Magnates vero juraverant, Quod si quis contra Eorum Sacramenta & Statuta venire attemptaret, Ipsum Inimicum Capitalem reputarent. Quod postquam Fratres Regis agnoverunt, clam et de Nocte, usque *Wintoniam* recesserunt. Quo cognito, Magnates statim cum Equis & Armis Eos usque *Wintoniam* subsecuti sunt; et Eos usque ad Mare conduxerunt, et jurare coegerunt, quod nunquam Terræ *Anglicanæ* per Se vel per alios nocerent, nec in *Angliam* redirent, nisi de Consensu Regis & Magnatum suorum. Terræ vero & Tenementa Eorum seiscita sunt in Manu Regis. Nomina Magnatum, qui hæc fecerunt, sunt hæc, *Simon de Monte-forti Comes Leicestræ, Ricardus Comes Globerniæ, Rogerus de Bigod Mare-scallus Angliæ, ¹ Onfridus de Boun Comes Herefordiæ; ² Comes de Warewiche, Hugo Bigod Justitiarius Summus, Jacobus de Alditheleye, ³ Comes de Albemare, Hugo Despensarius, Ricardus*

Neustr. p. 467. Ed. Camd. 1 Humfredus. 2 Johannes de Pleffetis. 3 Willielmus de Fortibus.

MCCLVIII.

de Grey, Johannes Filius-Galfridi, et multi alii, Nomina quorum ignoramus.

Eodem anno, Ad ¹Parlamentum *Sancti Michaëlis*, provisum fuit per Consilium Regis, quod quilibet Vice-Comes haberet Cartam *Anglice* scriptam, et Magno Sigillo Regis signatam; et pluries in Anno coram Comitatu legatur, ut ad Notitiam omnium quæ ibi continentur perveniant. Et provisum fuit ibi, quod omni Anno fit Novus Vice-Comes per Electionem; qui in Principio suo jurabit, quod Aurum vel Argentum à nullo recipiet, nec ²Exennium nisi comestibile; et quod Duodecim Denarios non ³excedat; nec Hospitabitur cum aliquo in Balliva sua, nisi habeat Tenementum *Quadraginta Librarum*; et hoc, nisi Semel aut Bis ad plus in Anno, et devote rogatus cum Equis *Quinque* ad plus.

Eodem anno, in Festo *Sancti Mathæi Apostoli, Johannes de Stoke, Johannes de Hertford, et Johannes de [?]Walcia* receperunt Habitum Nostrum.

Eodem anno, et tempore, *Bonifacius*, Archiepiscopus *Cantuariensis*, celebravit Ordines Generales apud *Dunstaple*, Sede *Lincolniensi* tunc vacante. A quo, dictus *Johannes de Stoke*

¹ Sic, sine mentione loci. ² Xenium, munus, donum, oblationem. ³ F. excedet. ⁴ Sic *Apogr. W.*

MCCLVIII.

Novicius, suscepit Ordinem Subdiaconatûs, contra Consuetudinem nostram.

Eodem anno, Dominus *Johannes de Crachale* factus est Thesaurarius Domini Regis.

Eodem anno, circa *Natale*, Mortuus est *Philippus Lovel*,² Thesaurarius Regis, qui in illo Officio multa Mala perpetravit.

Eodem anno, habuimus Autumnum nimis tardum et tædiosum, propter pluviam continuam & perseverantem; ita quod Blada fere fuerunt deperdita; et vix ante Festum *Sancti Martini in Cereis* recondita.

Eodem anno, In *Ostabis Epiphaniæ* mortuus est apud *Dunstaple* *Ricardus de Lincolnia* Clericus.

† Eodem anno, Cum Magnates essent apud *Wintoniam*; datum est Venenum pluribus; ita, quod *Ricardus*, Comes³ *Globerniæ* per Artem Medicinæ, et per⁴ *Tiriacam*, quam habuit, vix evasit; et Frater ejus cito post mortuus est. Et *Ricardus Abbas Westmonasterii*, et alii plures, nomina quorum ignoramus.

Eodem anno, Mortuus est Domnus *Henricus de Lexintone*, Episcopus *Lincolniensis*; et substitutus est ei Magister *Ricardus de Gravehende*,

¹ Archidiaconus *Bedfordiæ*. Vide supra sub an. 1255. uti etiam infra sub an. 1259, 1260. ² Sic. ³ Pro *Globerniæ*. ⁴ Sic, pro *Theriacam*.

MCCLVIII.

1 statim post Confirmationem suam, una cum *Simone de Monte-forti*, et *Ricardo Comite Blouernia*, Iter arripuit ad Regem *Franciae*, ut inter Ipsum & Regem *Angliae* pacem reformarent.

Eodem anno, in *Octabis Trinitatis* fuit Capitulum Generale Canonorum Regularium apud *Leicestre*; quod quasi evanuit, propter absentium numerositatem.

Eodem anno Inplacitavimus *Thomam Hinge* de quatuor Acris Terræ, quas habuit ex Dono *Johannis de Heltesdone*, intra Clausum de *Sortesgrave*. Sed antequam *Johannes* in Warantum vocaretur, dedit Nobis in Excambium Quatuor Acras Terræ in Campo de *Hocfeld*; et Quinque Acras eidem adjacentes in Excambium pro Quinque Acris, quas habuimus ex Dono Patris sui, pro Cantaria Capellæ suæ de *Warewurthe*.

Eodem anno, usque ad Novum Granum fuit magna Sterilitas cujuslibet Fructus, & Bladi Caristia, quia parum fuit. Sed illud parum optimum fuit propter Temporis amœnitatem.

MCCLIX.

Anno Gratia 1259. Quidam *Garcio de Dunstaple*, *Laurentius* nomine, furatus est apud *Santum-Albanum* Sexaginta Marcas et amplius, ut dicebatur, quas tulit ad Domum *Philippi Illig* in

1 F. qui statim.

MCCLIX.

Dunstaple. Et de hiis cepit Viginti-quatuor
Marcas, et comparavit Sibi unum Coredium
apud **ſpeuham**, et sic evasit de Villa de **Dunsta-**
ple. Dicitus vero *Philippus* captus fuit et deten-
tus propter hujus facti suspicionem; et in Pri-
sona positus, donec per Breve Domini Regis
traditus fuit in Custodia Duodecim, ut Ipsum ad
Rectum coram præviis Justiciariis ibidem ¹Iti-
nerantibus. Quo facto, dicitus *Philippus* à Patria
recessit, nec postea potuit inveniri. Et hoc fa-
ctum fuit in Initio *Quadragesimæ*. Postea, in *O-*
ctabis Pasce, *Hugo le Bigod*, Justiciarius Totius
Angliæ, misit Breve suum, quod dicitus *Philippus*
caperetur, et usque ad Adventum suum in Car-
cere detineretur; quod non potuit fieri, quia
Philippus non potuit inveniri. Postea vero, in
Ebdomada *Pentecostes*, venit dicitus Justiciarius
apud **Bedeford**, et *Gilebertus de Prestone* cum
Eo; et petebant, quod Nos dicitum *Philippum*
coram Eis præsentarem: Et Respondimus,
quod hoc esset contra Libertatem nostram: sed
cum apud **Dunstapliam** venirent, faceremus quod
justum esset. Et statim petivimus, quod ad Nos
venirent: quod omnino facere contempserunt;
dicentes, quod Iter eorum non fuit ad omnia
Placita, sed ad quædam specialia. Et quia Ei no-

¹ Perducerent, *vel quid simile, subintelligend.*

luimus obedire, seysivit in manum Regis omnia quæ habuimus, ponens singulos Custodes per singula loca nostra. Et secuti sumus Eum usque *Hontendone*; et vix Finem fecimus pro decem Marcis. Pligii vero dicti *Philippi* finem fecerunt pro Sex Marcis; de quibus nihil retinui-
mus.

Eodem anno, et in eodem Itinere apud *Bede-*
ford, implacitati fuimus de Terra de *Worth-*
inge, per tres Filias *Radulphi Eyl* sine Brevi; et vocavimus ad Warentum Rotulos *Willelmi de*
Euernic et Sociorum Ejus, de Itinere apud *Bede-*
ford, multis annis à retro transactis; et statim
quæsi sunt Rotuli, et Inventum est, quod Fra-
ter dictarum Mulierum perdidit Terram illam
per Magnam Assisam coram dictis Justiciariis;
& sic Nos recessimus *Quieti*, et Mulieres in Mi-
sericordia.

Eodem anno, Mortuus est *Fulco Basset*, Epi-
scopus *Londoniensis*, cui successit *Henricus de Weg-*
ham, Domini Regis Cancellarius.

Eodem anno, habuimus Terram *Baldewini de*
Witechiche apud *Stodham*, et domos in *Tofto*
ad eam pertinentes.

Eodem anno, multis Nuntiis ² prætermis-
sis pro Pace Reformanda, ivit Rex *Angliæ*, filius
Regis *Johannis*, *Henricus* cum Rege *Franciæ*; et,

1 Sic. 2 F. præmissis.

MCCLIX.

de Consilio Magnatum suorum, reliquit ei Terram *Normanniæ*, cum omni Jure, quod in Ea habuit, pro quadam Summa Pecuniæ, et quibusdam aliis. Et ibi ^{alia manu}maritavit secundam Filiam suam Filio Comitis *Bononiæ*.

Eodem anno, *Fratres Prædicatores* per maximam Industriam & Seductionem, Nobis invitis, Villam de *Dunstaple* ingressi sunt, et per Dominum Regem & Reginam, & aliquos Magnates, moram ibidem à Nobis impetraverunt.

Eodem anno, Frater *Radulfus*, Conversus Noster apud *Stodham*, occisus est pro Jure Ecclesiæ Nostræ, per Homines Prioris de [?]*Graba*; in maximum Ecclesiæ Nostræ præjudicium & Gravamen.

Eodem anno, post *Natale Domini* venerunt Justiciarii Itinerantes apud *Dunstaple*, auctoritatem habentes ad Placitandum quædam Placita specialia. Et quia Potestatem non habuerunt ad Omnia, et Nos Litteras Regis ad Eos non habuimus speciales; ideo Libertati Nostræ non consenserunt.

Eodem anno, Archiepiscopus *Cantuariæ Bonifacius*, et Decanus & Capitulum et Archidia-

I Sic Apogr. W.

MCCLIX.

coni Episcopatus ¹ *Lincolliæ* impetraverunt à Domno Papa, quod misit à Latere suo quendam *Romanum* in *Angliam*, ad examinandum Testes ex utraque parte inter Archiepiscopum et dictum Capitulum, super Articulis inter eos motis, super Jurisdictione Episcopali, Sede Vacante.

† D. fol. 46. Dicebat enim Archiepiscopus, † jura Episcopalia ad Ipsum pertinere, Sede vacante, quibus Prædecessores sui usi sunt. Decanus et Capitulum ² *Lincolliense* pro Se & Archidiaconis suis è contra dicebant, quod Jura Episcopalia ad Eos ab antiquo pertinebant. Et ad probandum hoc ex utraque parte, producti sunt Testes.

Eodem anno, Decanus & Capitulum *Londoniense* dederunt Domno *Johanni de Crachale* Archidiacono *Bedefordiæ*, et tunc Domini Regis ³ Tezaurarii, unam Præbendam in Ecclesia *Sancti Pauli Londoniarum*, quæ fuit antea Magistri *Rustandi*; et tunc vacabat, quia Ipse Habitum Religionis susceperat: sed postea venit quidam *Romanus* cum Literis Domni Papæ miro modo conceptis, et tandem obtinuit in Causa; et Installatus fuit prima die *Jovis Quadragesimæ*. Et statim cum egressus esset Cimiterium cum duobus Sociis suis, occurrerunt Eis Tres Juvenes, penitus ignoti, et Ipsum, qui Installatus fuit, interfecerunt prope Portam; alius vero aufugit

1 F. Lincolnæ. 2 Sic. 3 Sic, pro Thesaurario.

MCCLIX.

usque in ~~West-chep~~, et ibi occisus est coram Multitudine Populi: tertius vero aufugit ultra Pontem; et ibi abscisso Capite mortuus est. Et ista Occisio facta fuit circa horam Tertiam, nec fuit aliquis, qui dictos Malefactores invaderet, vel acclamaret, nec Mortuos deplangeret.

MCCLX.

Anno Gratiae 1260. *Henricus*, Rex *Angliæ*, Filius Regis *Johannis*, Pace firmata cum Rege *Franciæ*, ibidem per Longum tempus moram traxit; nec in *Angliam* redire curavit, donec Episcopi & Magnates *Angliæ* Ei literatorie mandaverunt, quod reverti in *Angliam* properaret: quod si non faceret, ad Placitum suum in ^r *Anglia* non rediret. Quo audito, Rex in se reversus, in *Angliam* rediit. ^{ubi?} W quidam malitiosi falsis Rumoribus inter Patrem & Filium suum *Edwardum* discordiam seminaverunt, asserentes, quod dictus *Edwardus* & Consilarii sui Guerram Domino Regi movere procurarunt; propter quod Dominus Rex supra modum iratus, multos Milites de partibus Transmarinis usque *Londone* secum adduxit; et Eis ultra Pontem dimissis, in partibus *Sureiæ*, Ipse Civitatem *Londone* ingressus est; et ibi aliquandiu moram fe-

r F. Angliam.

MCCLX.

cit, Portis Civitatis firmatis & feratis apposuit Custodes, ut nullus nisi ab Eo licentiatus ingrederetur. Comes vero *Globerniæ*, et *Johannes Maunsel*, et quidam alii, qui de Consilio Regis fuerunt, ad placitum suum Ingressum & Egressum habuerunt. Rex vero prohibuit, ne Filius suus *Edwardus*, nec aliquis qui de Consilio suo extiterat, coram Ipso veniret, dicens, *Coram Me non appareat Filius meus Edwardus, quia si eum videro, quin Ipsum osculer me non cohibebo.* Tandem, amore Paterno commotus, et Magnatum precibus devictus, Ipsum ad Osculum Pacis recepit, et Regina Mater sua similiter; quæ, ut dicebatur, causa totius Malitiæ extiterat. Dum ista aguntur, quantos Honores & quantas Expensas omnibus, qui interesse voluerint, Dominus *Edwardus* fecerit, lingua vix potest explicare.

Hiis factis, Dominus Rex per falsos Accusatores contra Comitem *Simonem de Monte-forti* iræ suæ frena relaxavit, Ipsum in multis Articulis condemnare proposuit. Sed auxilio Dei fultus, omnibus Articulis vel per Scriptum Autenticum, vel per Vivam Rationem ita respondit, ¹ obstupuerunt, et in nullo contra Ipsum proficere poterunt.

¹ F. ut obst.

MCCLX.

Eodem anno, mortuus est *Wilhelmus de Bello-campo* fenior; et Domina *Ida* dotem suam ad libitum suum recepit, et statim ad *Simonem de Pateshulle* Conversa, Manerium suum apud *Craule* ingressa est, Domos prostravit, Arbores incidit, et alia damna enormia ibidem perpetravit.

Eodem anno, Mortuus est *Johannes*, Vicarius de *Esseburna*, qui Decano *Lincolniensi* toto tempore suo de prædicta Ecclesia Quinquaginta Marcas annuas persolverat; et totum residuum, videlicet ducentas Marcas, ibidem expendit. Decanus in Usus proprios dictam Ecclesiam voluit retinere; sed Rex, dicens, se Jus habere in Patronatu illius Ecclesiæ, ad eandem *Petrum de Wintonia* Clericum præsentavit. Decanus vero et Capitulum sibi timentes, pro Bono Pacis Domino Regi Mille Marcas obtulerunt, et Clerico suo præsentato Reditum Centum Librarum.

Deinde, cernantur vestigia quatuor linearum, de industria, abrasarum.

Eodem anno, circa Festum Sanctæ ¹ *Margaritæ*, obiit *Laurentius*, Abbas de *Burton*; et infra Mensē subsequētem, substitutus est Ei *Johannes de Stafford*, Monachus de eadem dōmo.

Eodem anno, Electus *Wintoniensis* ² *Eeimerus*, Frater Domini Regis, qui per Consilium to-

¹ F. Margaritæ. ² Ethelmarus vel Ademarus al.

MCCLX.

tius *Anglia*, propter Homicidium, ab *Anglia* ejectus est; in *Vigilia Trinitatis* à Domno Papa Presbyter est Ordinatus; et in *Crastino* in Episcopum Consecratus¹; et circa Festum *Sancti-Michaëlis Parisius* mortuus est.

† D. fol. 46,
b.

† Eodem anno, circa *Nativitatem Beatæ Mariæ*, mortuus est *Johannes de² Cracheal* Archidiaconus *Bedefordiæ*, et tunc Domini Regis³ *Teshaurarius*. Et præsentaverunt Monachi de *Bardeney* ad Ecclesiam de *Hedlesburche* Magistrum *David de Sancta⁴ Fresetwyba*, tunc Archidiaconum *Derbyæ*; qui per Procuratorem ingressus est illam Ecclesiam; et per aliquod tempus tenuit: sed superveniens *Walterus de Rudham* cum multis armatis, alios ejecit, et Ecclesiam vi occupavit, et tenuit per quandam Provisionem Ei factam. Abbas vero et Monachi de *Kamhesepe* Præsentaverunt ad Ecclesiam de *Sutlingdone* Magistrum *Rogerum de⁵ Kavennigham*, tunc Archidiaconum *Huntendonæ*; qui viriliter ingressus est, et eam occupavit, et in Pace detinuit.

Eodem anno, Dominus *Edwardus* cum multo

¹ Consecratum fuisse monuit etiam Chronicon Osneiense. Testis est Godwynus. Alii autem nunquam consecratum fuisse innuunt. inde forsitan decepti, quod per decennium, aut circiter, dilata esset consecratio. Nam A. D. 1250. in episcopum Wintoniensem electum fuisse constat. ² Supra (A. D. 1255, 1258, 1259.) Cracheale. ³ Sic. ⁴ Vel Frideswida. ⁵ Sive Ravensingham.

Mi-

MCCLX.

Militum comitatu ad Partes Transmarinas transfretavit, propter Hasti-ludia exercenda. Qui cum omnibus suis, in multis locis male tractatus, & multa mala in Corpore perpeffus, Equos & Arma, et alia quæ ibi detulerat, plene perdidit.

Eodem anno, post *Natale* Dominus Rex *Turrim Londoniarum* ingressus est, et Eam ¹ multum afforciavit; ² Porta Civitatis obseravit, mandans Magnatibus, quod ad Turrim ad Parliamentum venirent: et renuerunt, mandantes, quod, si placeret, Ei apud *Westmonasterium* venirent, ubi Parliamentum tenere consueverunt, et non alibi: propter quod, inter Eos orta est Dissensio.

Eodem anno, venit Rex *Scotiae Londonias* cum Uxore sua ³ prægnante, Filia Regis *Angliæ*. Et cum ibidem per aliquos dies moram fecisset; petita Licentia, à Domino Rege recessit, Uxore sua cum Matre relicta donec parturiret. Et peperit Filiam apud *Wyndesores*.

MCCLXI.

Anno Gratiae 1261, Magnates providerunt et constituerunt Vicecomites & Magistratus fere

¹ *Multum fortificavit, multo fortiozem reddidit.* ² *F. Portas.* ³ *Sic.*

MCCLXI.

per totam *Angliam*, contra Potestatem & Voluntatem Domini Regis. Et Vicecomites & Ballivos, quos Dominus Rex constituerat, abjecerunt; et eis in nullo obedire voluerunt.

Inter hæc, Comes *Globerniæ* quasi Apostatavit, recedens à Consilio *Simonis de Monte-forti* & aliorum Magnatum, quibus Juramentum fecerat Confoederationis, pro Bonis Legibus Terræ conservandis; Quibus omnino relictis, voluntati Regis consensit. Quo audito, *Simon de Monte-forti Angliam* reliquit, dicens, se sine Terra malle mori, quam ¹Perjurus à Veritate recedere.

MCCLXII.

Anno Gratia 1262, in *Quindena Paschæ*, venerunt Justiciarii Itinerantes apud *Bedefordam*; videlicet Dominus *Nicholaus de Turri*, *Robertus de Brus*, *Willelmus de Englesfeld*, *Willelmus Bonquer*, *Ada de Greynvile*, Milites; et ibi federunt per Tres Septimanas et amplius. Ubi coram eisdem Dirationavimus & Evicimus Patronatum Ecclesiæ de *Herlindone* per Duodecim Homines Liberos & Legales, contra *Radulfum Pyrot*, Nepotem *Ricardi Pyrot*, fortiter resistentem; et cum Magna Confusione succumbentem in perpetuum.

¹ F. perjorum.

MCCLXII.

Item, coram eisdem Justiciariis, Implacitavit Nos *Willelmus Pyrot* de Advocatione Ecclesiæ de **Pullokeshulla**, per Consilium & Auxilium *Hervici de Borham*, qui ¹ Causiticus erat suptilissimus; et quem *Radulfus Pyrot* contra Nos ad Ecclesiam de **Herlingedone** Præsentaverat; et per Consilium Magistri *Johannis de Fraveresham*, cui dictus *Willelmus* seipsum, & uxorem suam, & omnes Terras, Redditus, et Possessiones, quas tunc habuit, imperpetuum tradidit Possidendas. Dicens, Nos nihil habere Juris in dicta Ecclesia, nisi per *Johannem Pyrot* Avum suum; qui nil Juris habuit nisi per Uxorem suam. Tandem convenit inter Nos et Ipsum, quod Ipse coram Justiciariis ibidem recognovit, Patronatum Ecclesiæ de **Pullokeshulla** esse Jus Nostrum; et pro Se & Heredibus suis illum Nobis resignavit & Quietum-clamavit in perpetuum. Et pro Bono Pacis, et ut Nobis Consiliarius sit Fidelis, dicto Magistro *Johanni* duos Solidos annuos de Camera Nostra in Festo *Pentecostes* ² suo perpetuo concessimus.

Item, *Johannes de Efferugge* Implacitavit Nos per Breve Domini Regis de Quadraginta Acris Terræ apud **Wadlowe**; et quia Defensionem plenam non habuimus, dedimus ei duas Marcas, et Cartam suam obtinuimus.

¹ Sic, pro Causidicus e. subit. ² F. solvendos perp.

MCCLXII.

Item, *Colinus Cocus* de *Herlingedone* Nos itidem Implacitavit de Decem Acris Terræ et ¹ Vestura injuste asportata; quod pro duabus Marcis et dimidia pacificavimus: et Ipse Jus suum & Clamium de Terra & Blado asportato per Scriptum suum plene resignavit.

Item, Eodem anno, infra *Quindenam Sancti Johannis Baptistæ*, Dominus Rex *Henricus*, Filius Regis *Johannis*, transfretavit cum Regina & Privata Familia sua; ^{*}Causam Itineris fere omnibus Cismarinis ignorantibus, et mala inde futura multa pavescentibus.

Item, eodem anno, Mense *Junio*, Dominus *Edwardus*, Filius Regis *Henrici*, ad quoddam Tornamentum in Partibus transmarinis, male Verberatus fuit, et graviter Vulneratus.

Item, eodem anno, mense *Julio*, mortuus est *Henricus de Wengham*, Episcopus *Londoniensis*; et *Ricardus Comes Globerniæ*.

Eodem anno, Circa Festum *Johannis Baptistæ*, habuimus defectum de Cervisia; et mutuo accepimus Brasium de *H. Chadde* ad ² amuntiam Viginti Librarum; et præter hoc, Quinque ³ Dolea Vini pro decem Marcis; et à Festo *Sancti Michaëlis* præcedente, avenas comparavimus ad

¹ *Fructibus*. Nam VESTURA, fructus quilibet agro hærentes, ut notat *Dufresnius*. the Crop lingua dixerim vernacula. ² *Valorem*, the amount. ³ *Sic*.

MCCLXII.

Seminandum, et Equis Domesticis, et aliis, Quadringenta Quarteria. Et præter hæc, ab *Octabis Purificationis*, dedimus Panem pro Præbenda Equis Domesticis et aliis, usque ad Novum Granum.

Existente Rege in Partibus Transmarinis, Mortui sunt ibidem *Baldewinus Comes de Insula; Ingelramus de Perci*, et alii de Familia Regis, usque ad Sexaginta. Rex vero Febre Quartana laborabat, fere usque ad Mortem; et tunc Mortuus est *Ricardus de Clara*, Comes de *Clasbernia*, per Maleficium, ad Mensam *Petri de Sabaudia*, Avunculi Reginæ: et *Willelmus de Bello-campo* similiter mortuus est.

Eodem tempore, *Urbanus* Papa contulit Magistro *Johanni de Ekecestre* Episcopatum *Wintonie*; ad Cujus Consilium, Rex venit in *Angliam*, ut proprio aëre recrearetur. Qui veniens ad mare, die *Mercurii* ante *Natale Domini*, transfretavit, et applicuit *Doroberniam*. Et inde veniens apud *Cantuariam*, celebravit Festum *Natalis Domini* ibidem.

Eodem tempore mortui sunt *Radulfus de Stodham*, et *Ricardus de Dodingtone*, Canonici.

Eodem tempore, die *Sabbathi* ante Festum *Sancti Nicholai*, *Galfridus* Prior mera Voluntate,

1 Pro, Excestre.

MCCLXII.

resignavit Prioratum in Manus *Ricardi*, Episcopi *Lincolniensis*, apud *Dunstaple*. Et petita Licentia et obtenta à Domino Rege, per Fratres *Simonem de Etone*, et *Henricum de Neutone* Canonicos, alium Priorem eligendi; compromissum est per totum Coventum in *Reginaldum de Redinge*, *Simonem de Etone*, *Willelmum Britone*, *Thomam de Leutone*, *W. de Hannes*, *Henricum de Neutone*, *Ricardum de Mentemor*: Qui concorditer, Vice totius Conventûs, Elegerunt dictum *Simonem de Etone* in Priorem, die *Veneris* infra *Octabas Epiphaniæ* ejusdem anni: et infra Diem *Veneris* proximo sequentis, Confirmationem ab Episcopo, Terrarum ¹ Possessionum à Domino Rege Seisnam obtinuit. Et Installatus est Prior in *Crastino Sanctorum Fabiani & Sebastiani* proximo sequenti, ubi Domnus *Petrus de* ² *Audeham*, Archidiaconus *Bedefordiæ*, *Palefridum* Prioris petiit, sed non obtinuit.

Eodem tempore, Die *Sanctæ Lucie* præterito, admissus est Dominus *Rogerus de Sancto-Albano* ab Episcopo *Cestriæ* ad Custodiam Ecclesiæ Nostræ, secundum Formam Nostræ Præsentationis: scilicet, ut Episcopo de Spiritualibus, Nobis de Temporalibus Respondeat: revocandus cum Or-

¹ F. et Possess. ² Sic *Apogr. W.* *Aldeham* dicitur aliis.

MCCLXII.

dinis Honestas, vel Domus Nostræ Necessitas postulaverit.

Eodem anno, Citra *Purificationem Beatæ Mariæ*, Rege infirmato apud *Westmonasterium*, exivit Ignis de Camino Cameræ suæ, ¹ combussit eandem cum Capella *Sancti Laurentii*: et transfiliit Ignis usque ad Cameram Receptæ, quam combussit.

Eodem anno, Mortuus est apud *Lande* ² Abbas de *Burgo* tunc Thesaurarius Regis, et *Nicholaus*, Archidiaconus de *Clí*, Loco Ejus Creatus Thesaurarius.

Eodem tempore, fecit Rex ³ Convocare Magnates suos apud *Westmonasterium*, ut facerent *Edwardo*, Filio suo, Homagium & Fidelitatem; quod et multi fecerunt: sed *Gilbertus de Clara* hoc facere recusavit.

Sciendum est, quod *Simon* Prior invenit Domum suam *Ære* alieno ⁴ Obligatum usque ad *Quadringas* Marcas, die suæ *Installationis* per Partes debitas: Et insuper totam *Lanam* ejusdem *Anni* venditam, receptam et expensam, præter Comparavimus etiam totam *Avenam* Nostram ab eodem tempore usque ad *Autumnum* sequentem.

¹ F. et comb. ² Johannes de Caletto *vel* Johannes de Caux. *Vide Lelandi Coll. Vol. VI. p.152.* ³ Sic. ⁴ Sic *Apogr. W. pro* Obligatam.

MCCLXII.

Eodem anno, Circa Festum *Sancti Gregorii*, habuimus Breve Domini Regis ad *Laurentium de Broc*, pro Gaola de *Dunstaplia* deliberanda; et tunc suspensus est quidam pro Latrocinio; et alii deliberati.

MCCLXIII.

Anno Domini 1263, Congregavit *Lemelinus* Exercitum copiosum; et invasit & combuffit *Marchiam*, et cepit quædam *Castella*.

Eodem anno, circa Inventionem Crucis, compositum est cum Domino *G. de Bartone*, quondam Priore Nostro, super Provisione sua, ad mandatum Domni *Lincolniensis* Episcopi.

Eodem anno, Comparavimus quandam Partem Bosci in *Flittewit*, à *Simone filio Winnart*; et medietatem Pasturæ de *Brademor* à filia *Petri de Tingrie*, solvendo eidem pro eadem ¹ *Blad*, prout continetur in Scripto.

Eodem anno, circa Festum *Sancti Marci* Evangelistæ, venit *Simon de Monte-forti* in *Angliam*; et congregati sunt ad Parlamentum apud *Dro-niam*, Rege & Consilio suo Ignorantibus, *Ricardus* tunc Rex *Alemanniæ*, *Simon* prædictus, Comes *Warennæ*, *Gilbertus de Clara*, et alii quamplures de Baronibus. Ubi provisum est, quod

¹ *F. Bladadam sive Bladagium* [*id est*, præstationem ex Blado.]

MCCLXIII.

omnes venientes contra Statuta *Oxonie*, haberentur pro Inimicis Capitalibus, sicut apud *Oxoniam* per Dominum Regem & Barones aliàs fuit provisum, et per Scripta sua Confirmatum. Et cum hoc idem *Simon Comes* & alii Domino Regi demandarent, non acquievit Eorum Provisioni Rex. Et tunc congregavit Comes Exercitum innumerabilem; et fuerunt in Ejus Consilio et Facto Comes *Warennæ*, *Henricus Filius Regis Alemannie*, *Hugo Dispensarius*, *Henricus de Hasteng*, *Rogerus de Clifford*, *Johannes Filius Johannis*, *Rogerus de Leiburne*, † *G(ilbertus) de Clara*, *Johannes de Vaus*, *Johannes Giffard*, *Hamundus Le Estrange*, *N. de Segrave*, *G. de Luci*, et alii sine Numero. Qui primi aggressi sunt *Petrum* Episcopum *Herefordie*, et Ipsum ceperunt, et omnia Ejus Bona diripuerunt: idem facientes de Maneriis *G. de Langele* et ejus Bonis: nulli omnino Malum vel Damnum inferentes, nisi Alienigenis; et Ipsis, quia contra Statuta *Oxonie* Consilium vel Auxilium impenderunt, vel Summoniti ad Ipsos venire noluerunt, quos omnes Juramenti sui Transgressores reputabant, et Felones vocabant; et omnia Bona istorum, ubicunque inventa, deprædati sunt: Insuper Terras & Ecclesias Alienigenarum, quas Feofando & Instituendo dederunt. sed hoc erat contra Jura, nec stare potuit.

MCCLXIII.

Eodem tempore, circa Festum *Beati Augustini*, *Anglorum* Apostoli, adiit Rex cum Regina *Turrim Londoniarum*, Domino *Edwardo* apud *Hospitale de Clerkenwelle* commorante. Quibus omnibus, cum Pecunia in Coforis deficeret, nec ¹ Eis in *Londoniis*, qui Eis ad Credentiam Oblatum traderet: Dominus *Edwardus* cum Seipsum ² dehonestare voluisset, in Festo *Apostolorum Petri & Pauli*, adjuncto sibi *Roberto* ³ *Walrampno* et aliis multis, Novum Templum adiit foribus clausis, et, Clavibus ad suam Petitionem sibi redditis, dixit, se velle Jocalia Reginæ, Matris suæ, Videre; ⁴ Thesauriam Templi, Custode Illius accersito, fraudulentè cum suis ingressus est; ubi, cum malleis Ferreis, quos secum detulerunt, Cistis quorundam ibidem confractis, multam Pecuniam usque ad Summam Mille Librarum ibidem cepit, et inde asportari fecit. Quo perpetrato facinore, Cives *Londoniarum* contra Ipsum et alios de Consilio Regis in Civitate commorantes, insurrexerunt; in tantum, quod *Hospitium Johannis de Grey* extra *Ludgate* invaserunt, et Equos ejus Triginta-duo, et alia quæcunque ibidem inventa abduxerunt: ipso *Johan-*

¹ F. esset in Lond. ² Dehonestari noluiisset *malint forsitan alii*. Atque ita quidem legisse videtur *Hollingshedius*, qui ipsam hac de re *Chronicam de Dunstaple* advocat. Non tamen ipse arbitror, locum temere esse mutandum. ³ Vel *Walerano*. ⁴ Vel, *Thesaurariam*.

MCCLXIII.

ne cum difficultate maxima ultra Alveum de *Flete* fugam arripiente. Idem fecerunt de Domibus & Bonis *Simonis Passelewe*.

Eodem tempore, *Johannes Maunsel* egressus de Turri *Londoniarum* in *Tamisiam* cum Comitissa de *Insula* et aliis Feminis Transmarinis, Navigio devenit apud *Witsaund*. Qui Dominum *Henricum*, Filium Regis *Alemanniæ*, pro quibusdam transfretantem ibidem, per Dominum *Ingelramum de Feines*, fecit capi & detineri; qui postea per Regem *Franciæ* deliberatus, in *Angliam* rediit.

Eodem tempore, redemimus à *Johanne de Ellesdone* et *Waltero Gode* Liberationes, in quibus eis tenebamur.

Eodem anno, die *Sanctæ Mildredæ*, exiens Regina de Turri in *Tamisiam*, volens adire *Windlethores*; venit Navigio ad Pontem *Londoniarum*: ubi *Londonienses* probrosis Verbis & turpibus, Lapidibus etiam projectis in Ipsam & suos assultum ignominiosum fecerunt. Ita, quod vix per Majorem *Londoniarum* liberata, et necessitate compulsa, ad *Turrim* reversa est; quam Rex ingredi non permisit, sed per Majorem *Londoniarum* apud *Sanctum-Paulum* salvo conducta, in Domibus Episcopi hospitata est.

Episcopi vero *Lincolniensis*, *Londoniensis*, *Ce-*

MCCLXIII.

strensis inter Dominum Regem apud *Turrim* et Barones apud *Doberiam* existentes, interim de Pacis restauratione tractantes, à Domino *Simone* Comite & Baronibus acceperunt, quod Paci nequaquam assentirent, nisi Dominus Rex & Regina primo Dominum *Henricum*, in partibus Transmarinis captum, deliberarent; et Castellum de *Dobere* cum omnibus aliis Castellis sibi deliberarent; et *Angliam* ab Alienigenis ex toto mundarent; et Statuta, *Dronie* præstita, bona securitate plenius facerent observare: quod à Domino Rege, in arcto posito, concessum est. Comes autem cum Baronibus audiens, de *Doberia* venit *Londonias*; ubi cum jocunditate maxima, à Civibus honorifice susceptus est. Et accedens ad *Turrim*, Rege salutato, quæsit ab Eo Comes, utrum Articulos prædictos concessisset, et tenere vellet? Respondit, quod sic: et super hoc fecit Rex Cartam suam. Ita quod per quosdam, Electos ad hoc, Statuta *Dronie* prædicta Eorum deberent augmentari vel diminui, prout Utilitati Regis & Regni Expediret. Post hæc, demandatum per Litteras Domini Regis, quod Castellum de *Dobere* cum aliis Castellis Baronibus redderentur custodienda. Castellum vero de *Winlethores*, in Custodia Domini *Edwardi* existens, cum Difficultate maxima Domino Regi & Baronibus redditum est. Ita tamen, quod omnes

MCCLXIII.

omnes Alienigenæ, ibidem existentes, cum Equis et Armis suis libere possent recedere: Juramento suo prius interposito, ne iterum, sine of all the parties mandato Communitatis, redirent. Post hæc, ut inquireretur Assensus Communitatis, convocati sunt Episcopi omnes, Comites, Barones, Abbates, Priores, per Literas Domini Regis ad *Crastinum Nativitatis Beatæ Mariæ*; et in Ecclesia Beati *Pauli Londoniarum* in præsentia omnium prædictorum, et Domini *Edwardi*, et aliorum Magnatum lecta fuit Carta Domini Regis antedicta; cui omnes præbuerunt assensum, et Dominus *Edwardus*.

Interim Dominus *Edwardus*, cui *Robertus de Ferrariis* Comes abstulit tria Castella, et alii, qui Bonis suis erant spoliati, cogitaverunt insurgere contra Spoliatores: sed per Consilium Magnatum provisum fuit, quod Dominus Rex omnibus Spoliatis, conquerentibus de Spoliatoribus, plenam Justitiam exhiberet per Se, et per Justiciarios suos ad hoc deputatos; prout continebatur in quadam Forma, in Scriptis redacta.

Dum hæc agerentur, Dominus Rex & Regina clam procuraverunt versus Regem *Franciæ*, quod Ipse equidem cum Domino *Edwardo*, et Comite, et aliis quibusdam, ^{æqualiter?} summoneret, quod

I F. summoneretur.

MCCLXIII.

comparerent coram Eo apud *Bononiam* in *Octabis Sancti Michaëlis* proximò sequentibus, ad pleniùs inquirendum, Quis Cui injuriaretur? Ubi cum Dominus Rex et Regina, et Dominus *Edwardus*, et Comes, et alii multi Nobiles adessent, Rex & Regina versus Comitem graves querelas deposuerunt super Injuriis, Inprisonationibus, Castellorum suorum occupationibus, Ecclesiarum Deprædationibus, sibi & suis in Regno suo factis. Quibus omnibus & singulis dictus *Simon* respondens, Voluntati Domini Regis *Franciae* per omnia satisfecit; et post hæc licentiatus, cum Honore in *Angliam* remeavit, ut in *Quindena Sancti Michaëlis*, ut supradictum est, possit una cum aliis, ad hoc Electis, de Statutis Ordinare. Ad quem diem, venerunt multi *Londonienses* cum Armis, et *Walenses* similiter. † Et cum Dominus *Edwardus* præmissis consentire nolisset, recessit à Parlamento versus *Wainlesshoberes*, cum multis, et Rex cum Eo. Comes vero, in *Turri Londoniarum* se recepit cum suis. Et ejectis de *Londonia* Comite *Warennæ*, et *H. Bigot*, et aliis qui erant cum Rege; Portæ Civitatis clausæ sunt: Et post parvum vero tempus, Comes adivit *Kenilworthe*. Dominus autem *Edwardus* interim attraxit quamplures, qui

† Vel et vel vero (ni fallor) delend.

prius

MCCLXIII.

prius erant cum Comite, per Maneria sua, quæ dedit eis; videlicet, Comitem *Warennæ*, et *Henricum* filium Regis *Alemannie*, *Rogerum de Clifford*, *Rogerum de Leiburne*, *Johannem de Vaus*, *Hamonem Le Estrange*, & alios.

Eodem tempore, convocavit Rex Parlamentum apud *Kedinge*; ubi Comes non venit, quia timebat Sibi, ne caperetur. Rex vero recessit inde versus *Doberiam* Consilio sibi dato, cum Multitudine Armatorum; ut redderetur Ei Castellum, quod erat in Custodia *Ricardi de Grei*. Ad Portas venit, petiit, nec obtinuit. Audito quod Rex iret versus *Doberiam*, Comes venit de *Kenilwethe* versus *Londonem*, et transiens per *Norhamtone* accepit Fidelitatem à Burgensibus; et sic venit per *Dunstaple*. Et cum *Simon*, Prior de *Dunstaple*, occurrisset ei, salutatis sibi ad invicem, petiit Fraternitatem Domûs: et Prior annuit, et recepit Eum; et sic adiit *Londoniam*, volens occurrere cum suis Regi apud *Doberiam*. Et cum Rex Ingressum Castellum obtinere non posset, reversus est per *Waldias*, ubi occurrerunt Ei quidam Cives *Londoniarum*, promittentes Ei fideliter, quod si Comes veniret *Londonias*, Ingressum non obtineret.

Hiis auditis, Rex et *Edwardus* supra modum gavisi sunt, et certi effecti, quod Comitem &

MCCLXIII.

suos, qui erant in **Suthwerc**, caperent; mandavit Rex Comiti, ut se redderet. Et Respondit, quod Perjuris & Apostatis hoc nunquam faceret. Et cum videret Comes, quod multo pauciores haberet quam Rex; ita quod nullo modo posset resistere, ¹ noluit ingredi Civitatem, et clausæ sunt Januæ, nec potuit. Quod perpendens Comes, fecit se et suos ² armare, et In Nomine Domini fecit se et alios ante & retro ² Cruce-signare; et interim confitentes Peccata sua, Corpus *Cristi* omnes sumpserunt, parati adventum Adversariorum suorum expectare, et pro Veritate contra Ipsos dimicare. Et cum auditum esset in Civitate, Comitem esse præclusum, Communitas Portas fregit continuo, et Ingressus est Comes cum suis: quod audiens pars adversa, confusa est vehementer.

Et dum hæc agerentur, dedit Rex *Rogero de Mortuo-mari* tres Villas Comitis, quæ erant in *Marchia*; qui destruxit Eas, et cepit Ballivum Comitis, et Tenuit, donec seipsum redimeret Centum Marcis.

Eodem anno, in Festo *Sancti Michaëlis*, obiit *W. de Watford* Canonicus.

His ita peractis, compromiserunt Rex & Comes in Regem *Francia*, quibusdam Episcopis in-

¹ F. voluit. ² Sic, pro armari & Cruce-signari.

MCCLXIII.

tervenientibus, quod starent Dicto suo super omnibus Controversiis, occasione Provisionum *Dronie* ortis. Et cum Comes iter versus Fran-
hesiam?

C de *Kenilworth*, ad Audiendum dictum Regem, arripuisset, Palefridus ejus cecidit prope *Catebi*, et Os Tibiæ ejus confractum est: qua de causa rediit *Kenilwortham*, et misit pro Baronibus quosdam sapientes Clericos et Laicos, ad Audiendum dictum Regem *Franciae*. Rex *Angliae* in propria Persona transfretavit; et Dominus *Edwardus* cum esset in Medio mari, orta est procella magna terribilis, ita quod Dominus *Edwardus* fecit vota quamplurimá pro timore, et cum difficultate maxima applicuerunt *Witsond*. Rex vero *Franciae* ad Instantiam Uxoris suæ, et Reginae *Angliae* (ut dictum est) proprii Honoris Immemor, et Se ultra Potestatem sibi concessam extendens, contra Barones in Statutis et omnibus aliis, etiam non pertinentibus, Deum nec Veritatem habens præ oculis, pronuntiavit.

Dum hæc agerentur, nolentes Dicto hujusmodi dictus Comes nec Barones adquiescere; misit Comes duos filios suos *Simonem* & *Henricum* Milites, cum maxima Multitudine Armatorum, ut Patrem suum vindicarent, ad Castella & Villas *Rogeri de Mortimer*; quæ vastaverunt & combusserunt.

MCCLXIII.

Hiis ita peractis, venerunt dicti Filii Comitis ad **Gloucestre**; et continuo reddita est Eis Villa; Castello, in quo erant Uxores *R. de Clifford*, et *R. de Leiburne*, et aliorum, in Custodia Comitis de **Hereford** existente. Quod cum prædicti obsedissent, et Major pars Exercitus ad loca Vicina causa recreandi se declinasset; Dominus *Edwardus* clam per Medium Exercitum cum suis ingressus est: et videns Exercitum modicum, voluit in **Craſtino** ipsos aggredi; quod et Eis mandavit. Timentes vero Barones, quia pauci erant, miserunt pro Comite de *Ferrers* et aliis qui prope erant, et vènerunt cum omni festinatione. *Henricus* autem, et *Johannes Filius-Johannis*, et alii quamplures de Majoribus qui Milites non erant, eligentes potius Mori Milites quam Scutare, Cingulum Militiæ in Campo, parati ad Pugnam, receperunt. Videns ergo Dominus *Edwardus* Multitudinem supervenientem insperatam, timens supra modum, exiit Inermis ad Barones, cum *Henrico* Filio Regis *Alemanniæ*, et aliis; præſente Episcopo **Wigornia**, obtulit Eis Pacem, et Treugas petiit usque ad **Craſtinum Sancti Gregorii**, ut dictam Pacem, et Voluntatem Baronum per omnia, per Patrem suum Dominum Regem procuraret fieri perpetuam ad Diem prænominatum: prædicto *Henrico* hoc Fidejube, et seipsum obligante. Et sic per Dominum

MCCLXIII.

num *Henricum*, filium Comitis, contra Voluntatem Sociorum suorum male concessum est: eo quod Opportunitas Loci, et Tempus, et aliæ Occasiones multæ dictos Barones ad Adversariorum Captionem vel Confusionem promovebant. Sumpta igitur Securitate hinc inde, rediit Exercitus versus *Kenileworthe*; et Dominus *Edwardus*, contra formam Pacis initæ, *Burgenses de Gloucestre* cepit, inprisonavit, et Ipsos Bonis omnibus spoliavit, et sic *Oxoniam*, quo Rex moratus est, rediit: Mittens circumquaque, *W. de Valencia* et alios, qui patriam deprædarent, & maxime suos adversarios. Comes vero, quia Dominus *Edwardus* sic fatue fuit dimissus, multum confusus erubuit, et *Henricum* filium suum super hoc acriter increpavit. Quia vero Dominus *Edwardus* diem, secundum formam prælocutam, non † tenuit, Barones super hoc multum commoti paraverunt se cum multitudine innumerabili versus *Londonias*, consilium habituri cum *Londoniensibus*, Sociis suis, quid super hiis esset agendum.

MCCLXIV.

Anno Domini 1264. Rex vero iterum Nuntiis suis per totam *Angliam* missis, fecit summonere Omnes, qui sibi Tenebant, ut cum Equis & Armis venirent ad Eum apud *Oxoniam* in Medio

dio ¹ Quadragesima. Et Consilio cum suis habito, primò (ut dictum fuit) fecit per tres Episcopos qui aderant præsentés, et per Viginti-quatuor Presbyteros, Excommunicare omnes illos, qui essent contra Statuta *Dronia*, et qui Depredationes facerent in Locis Sacris; vel qui Viros Religiosos vel Clericos Bonis suis spoliarent: et postea, die *Jovis*, fecit explicare ² Vexhilla sua (præcedente Dracone) de *Dronia* versus *Northamton* iter arripuit; scire volens, quis Ei Ingressum denegaret; præcipue cum Barones haberent Custodiam Villæ, custodiâ Castelli Domino *Rogero de Wautone* traditâ per eosdem. Erant enim infra Villam Dominus *Simon de Monte-forti Junior*, *Petrus de eodem*, *Radulfus Piro*, *Hugo Gubiun*, *Osbertus Giffard*, *Simon de Pateshulle*, et alii plures. Venientes autem qui ex parte Regis erant, die *Veneris*, petentes Ingressum non obtinuerunt. Rex vero, die *Sabbati* accedens ad Portam cum quibusdam de suis, cum Processione admissus est: alii quidem interim accedentes ad Muros Villæ, qui circumdant Gardinum Prioris *Sancti Andrea*, quos idem Prior, ut dicebatur, malitiose quodam modo debilitaverat, et Idem Domino Regi et Suis manifestaverat, assultum acriter et cum magno Impetu fecerunt. Quod cum nuntiatum esset Domino *Si-*

1 *F. Quadragesimæ.* 2 *Sic.*

MCCLXIV.

moni, et magna pars Muri jam cecidisset, viriliter restitit, et assultantes viriliter repulit Semel, Secundo, Auxilium sibi præbentibus Domino Ingerammo de Bailol & quodam Scutario. Et cum Tertio vellet ¹ Ipso reprimere, et non posset; exiit cum magno Impetu, in Medio eorum viriliter se habens. Et Equo suo retro cadens, captus est cum Honore, cum Sociis suis. Alii vero hoc videntes, quidam ad Ecclesiam Ignominiose confugerunt; quidam in Castello se receperunt. Sed, Quid erit dicendum? omnes Capti sunt et Retenti. Et hii, qui cum Rege erant, Burgenses et omnes alios usque ad Extremum

obolatum deprædati sunt. ²*^θ Dominus *Henri-* * in marg.

cus de Monte-forti. Ibidem cepit Comitem de ~~Warewic~~ et Comitissam, et plures alios*. Dominus vero *Edwardus* Maneria Baronum circumquaque Existentium combussit, et Castellum de

¹ F. Ipsos. ² Sic Apogr. W. Recte quaritur. Docent enim alii, Henricum de Monte-forti in prælio de Eowesham interemptum fuisse. Quemadmodum & ex historicis quoque liquet, Willelmum Male-doctum, sive (ut vulgo) Mauduit, comitem Warwici, Aliamque uxorem (sive comitissam) ejus captos fuisse apud Warewicum à perduellibus, indeque ad castrum de Kenilworth abductos. Videfis, præter alios, Joannem Rossam de Regibus Angliæ à nobis editum, p. 199. Rem item elucidavit Dugdalius, tum in Antiquitatibus Agri Warwicensis, tum & in Baronagio Angliæ. Hoc animadverti, quia quæstio alioqui perdifficilis sane & perobscura, ut existimo, videbitur.

MCCLXIV.

‡ in interio-
re ora.

Tuteburi cepit; † Et ne Wapentachium de **Warkeswithe** combureret, promiserunt Ei ducentas Libras, de quibus posuerunt super Priorem de **Dunstaple** pro **Bradeburne**, Decem Libras‡.

Comes quidem *Simon* apud **Londoniam** existens, paravit Se et suos versus **Norhamtone**: et cum venisset ad *Sanctum Albanum*, nuntiatum fuit Ei, quod *Judei Londonienses* paraverant Seditionem Civitati; ex qua *Causa* incontinenti rediit, et invenit *Ignem Græcum* apud Eos, quo in *Vigilia Palmarum* Civitatem incenderent. Et *Claves*, quas ad singulas *Portas* Civitatis *adulterinas* sibi confecerant. Et, ut dicebatur, † habebat *Vias subterraneas* ad quamlibet *Portam*. Et cum *Res* ita se haberet, fecit occidi *Judæos* à *Minimo* usque ad *maximum*, præter quosdam de *senioribus*, de quibus magis voluit *Inquirere*; et præter eos, qui *Baptismum* recipere volebant. *Gilbertus* vero de *Clara* idem fecit de *Judæis* de **Cantuar**ia.

Dum hæc agerentur, Comes *Iter* arripuit versus **Houcestre** ad *Castellum*, in quo erant *Comes de Warena*, et quidam alius *Comes*, *Rogerus de Leiburne*, *Reginaldus Filius-Petri*, et alii quamplures in *abscondito*. Qui cum *Ignis Græcus* apponeretur *Civitati Londone*, parati essent in-

† F. habebant.

gredi

MCCLXIV.

gredi Civitatem, et Ipsam occupare et destruerre. Et cum venisset *Simon Comes ad Houcestre*, Pons fractus est per Burgenfes ejusdem; qui etiam fecerunt muniri Pontem ex Parte sua, contra assultus. Sed Comes artificiose Munitio- nem ¹ Ponti combussit, et Villam in manu arma- ta cepit, occisis prius quatuor vel quinque de Bur- gensibus. Et cum Castellum obsedisset Comes, primo die Balliam exteriùs cepit; circa Turrim capiendam curiose & viriliter cum *Londoniensibus* insiftens.

Rex verò, apud *Notingham* existens, versus *Hoffestriam*) ut dictam ammoveret Obsidio- nem, cum suo Exercitu festinavit. Interim nun- tiatum est Comiti *Simoni*, quod nisi citius *Lon- donias* adveniret, per quosdam Seditiosos Civi- tas Domino *Edwardo* traderetur. Quo audito, Comes, Obsidione dimissa, *Londonias* confestim rediit, et comperta super præmissis veritate, à Seditiosis præmissis cepit Obsides, quod in poste- rum Fideliter se versus Barones haberent. Et cum Rex in partibus *Houcestriæ* adveniret, Co- mes de *Londoniis* cum suis exiens, Seditiosis præcedentibus, Regem et *Edwardum* Filium suum, versus Partes Maritimas tendentes, insecu- tus est. Ita, quod ipsos, apud *Wemes* cum suo

Exercitu existentes, Primò per Milites; Secundo & Tertio per Episcopos, de Pace reformanda allocutus est.

Dum hæc agerentur, Die ¹ *Sancti* ² *Freemundi* venerunt quidam Latrones hora vespertina in Campis versus *Sevellam*, et Oves Elemofinarii invitis ³ *Bercariis* fugaverunt versus *Leitone*. Quod, cum *Dunstapliæ* esset auditum, exeuntes Servientes de Prioratu cum Hominibus de Villa, duos apud *Sevelle* ceperunt cum Ovibus. Qui In *Craftino* apud *Pastecumbe* Judicialiter sunt Suspensi.

Quo die, venerunt apud *Segenbo* Viginti et amplius, cum Equis & Armis, et Pedites plures; et quæcunque invenire potuerunt apud Domum Prioris, *Henrici de Norwde, W. Beyvin*, abduxerunt. Et cum Clamore Patriæ infecuti, eodem die apud *Bellum-locum* Septendecim armati cum omnibus quæ abduxerant capti sunt. ^{alio atramento.} Qui postea per Priorem ejusdem Loci, temere permiffi sunt abire.

Eodem die, *pridie Idus Maii*, Domino Rege *Angliæ*, et Domino *Ricardo* Rege *Alemanniæ*, et Domino *Edwardo*, cum toto suo Exercitu apud *Letwes* existentibus, et Paci nullo modo adque-

¹ *Maii XI.* ² *Vel Fremundi sive Fremondi.* ³ *Pastoribus, Bergers, Shepherds.*

MCCLXIV.

scentibus; Comes *Leicestriae* cum suis Deum habens præ Oculis et Justitiam, eligens mori potius pro Veritate, quam Juramento præstito contraire: Consilio Episcoporum, et aliorum Virorum Religiosorum adquiescens; appropinquavit versus Regem et Suos, Fide munitus, præliaturus proelia Domini. Et cum incepissent ad invicem proeliari, Dominus *Henricus de Hastine*, †*Galfridus de Lucy*, *Humfridus de Boun Junior* vul- † D. fol. 49.
neratus, et *Londonienses* universi terga vertērunt, et *Londoniam* fugerunt, relinquentes Comitem, et *Gilebertum de Clara*, et *Johannem Filium Johannis*, et alios paucos cum suis in Campo. Et licet Dominus Rex in quadruplum plures et majores, quam Comes *Leicestriae* haberet; miraculose tamen, et Dei adjutorio roborati, dictus Comes et qui cum eo erant ceperunt Regem *Angliae*, et Regem *Alemanniae*, et *Edwardum*

hæc verba, lineola re-

et à interducta, tanquam Obelo notata, jugulantur

filium Regis, et Henricum filium Regis Alemanniae, Philippum Basset, Comitem de Hereforde,

recentiori atramento quasi deleta

Rogerum de Leiburne, et alios Barones quamplures; et omnes quot inventi sunt, præter Johannem Comitem de Warena, Hugonem de Bigod,

linea recta ducta jugulantur

Rogerum de Mortimer, Willelmum de Valence, qui

• hic inci-
pit aliud a-
tramentum
subfuscum.

fugerunt apud ^{o?} **Debeneshey**. Et præter * *Roge-*
rum de Mortimer, Johannem de Baylol, ^{lacunula} *R.*
de Clifford, R. de Leiburne, Hamonem le Estraunge,
 et quosdam alios, qui abire permiffi sunt, reli-
 ctis pro Eis et Domino Rege Obsidibus, scilicet
 Domino *Edwardo*, et Domino *Henrico* filio Re-
 gis *Alemanniæ*, ut ad Parliamentum venirent
 summoniti et starent Judicio Parium suorum.

Comes vero *Leicestriæ*, et Comes *Glou-*
cestriæ, et alii qui cum eis erant, redeuntes de
Lewes, adierunt *Cantuariam* cum Rege,
 transmittentes Dominum *Edwardum* et *Henri-*
cum filium Regis *Alemanniæ* *Dobertiam* in Ca-
 stello custodiendos sicut Obsides. Timentes Ba-
 rones Seditionem circa Ipsos, miserunt Eos apud
Walingforde; Rege *Alemanniæ* apud *Turrim*
Londoniarum custodito, postea apud *Waling-*
ford transmissio.

Eodem anno, citra Festum *Sancti Johannis*
Baptistæ, audientes Barones, quod Regina *An-*
glia, in partibus transmarinis existens, et angu-
 stiata et maximo dolore fatigata præ Eventu
 Belli, sollicita esset versus Regem *Franciæ*, *Pe-*
trum de Sabaudia et alios Magnates de Partibus
 transmarinis, supplicans eos attentius et multa
 promittens, et plura largiens: et quod duxisset
 ad Mare Manum armatam innumerabilem, ad
 Trans-

MCCLXIV.

Transfretandum & Veniendum in *Angliam*, ad Confusionem & Destructionem omnimodam *Anglicorum*: fecit Rex, Consilio Baronum suorum, mandare per Literas suas per universos Comitatus *Angliæ*, ut Littora Maris, *Angliam* circumjacentia, contra Adversarios, de Partibus Transmarinis adventantes, copiosa armatorum multitudine munirentur: quod et factum est. Unde et Nos habuimus ad Mare Quatuor Homines in Autumpno, cum Equis & Armis, et Sex Pedites. Præter hoc, dedimus Decimam pro totali æstimatione Ecclesiarum nostrarum; Vicariis in nullo Nobiscum contribuentibus: ita quod expendimus in Universo, præter Equos emptos & Arma, Triginta Marcas. Interim vero, Alienigenis trans Mare, Nostratibus citra ex adverso existentibus, missis hinc inde Nuntiis de Pace reformanda tractaverunt.

Eodem anno, et eodem tempore, per Reginam *Angliæ*, et Regem et Reginam *Franciæ*, procuratus est Legatus à Sede Apostolica cum apparatu magno, ut veniret in *Angliam*; habens Potestatem utriusque Gladii: et per unum, Episcopos, Barones *Angliæ* Excommunicare nolentes, deponeret: et per alium, quosdam Barones usque ad Triginta exheredaret. Et insuper, Statuta *Droniæ*, et Pacem, inter Dominum Regem & dictos Barones initam, ex toto adni-

chi-

MCCLXIV.

chilaret. Qui cum esset apud *Bononiam*, ut dicebatur, proclamatorie citabat in Consistorio existens Episcopos *Londoniensem*, *Lincolniensem*, *Wigornensem*, *Cestrensem*, *Salesburiensem*, *Cicestrensem*, et Electum *Batonensem*, et quosdam alios Inferioris Ordinis Clericos. Qui, super dicta Citatione auditis rumoribus, volentes ad dictum Legatum omni annifu transmeare, Baronibus passagium Eorum seu Procuratorum impredientibus, Excusatores Legittimos, cum Causis Legittimis Excusationum instructos, ad dictum Legatum, Licentia Baronum cum difficultate obtenta, transmiserunt. Et cum pro Dominis suis Episcopis causas Excusationum Legittimas coram dicto Domino prætenderent; ipsas non admittendo, in multis est Eis injuriatus. Unde dicti Excusatores, ex Causis legitimis pro dictis Dominis suis, et pro toto Clero *Angliæ* Sædem Apostolicam seu Concilium Generale in Scriptis Appellaverunt. Quam Appellationem Clerus *Angliæ* apud *Westmonasterium*, ad diem Dominicam post Festum Sancti *Luæ* Evangelistæ convocatus, communiter Approbavit.

Robertum de Pullokesbulle, et *Edmundum de Trel* admifimus in Canonicos.

Eodem anno, cum prædicti *R(ogerus) de Mor-*

i Sic, cum duplici t,

MCCLXIV.

timer, R. de Clifford, R(ogerus) de Leiburne, et alii, qui, obsidibus datis, de Lewes recesserunt, in Marchiam venissent, Castella de Gloucestre, de Bruges, de Darleberga, et alia quamplurima occupaverunt, et patriam circumjacentem vastaverunt, nolentes ad Pacem venire; sed ipsam potiùs infringere. Dominus vero Rex ipsorum temeritatem audiens, de Consilio Comitum Leicestriæ et Gloucestriæ et aliorum Baronum, misit Literas suas Summonitorias per Omnes Comitatus Angliæ; ut omnes, ei Servitium Militare debentes, essent parati cum Equis & Armis apud Porhamtone, in quindena post Festum Sancti Martini, profecturi cum Eo Ubi Sibi viderit expedire.

Eodem anno & Tempore, *Robertus de Ferreres, Comes Derbyæ, assumptis secum Equitibus multis, et Peditibus usque ad viginti Millia, profectus est versus Cestriam. Cui occurrentes Wil-*

helmus la Coufche, David Frater Levelini, James de Audedeleie, et multi alii; non sunt ausi cum Comite bellum committere, sed fugerunt. Quos Comes cum suis insequens, occidit ex Eis usque ad Centum, et quosdam ceperunt; et ex suis non est vulneratus præter unum.

Adnot. in ima marg.

De Karolo, Fratre Regis Francorum, Electo in Regem Alemanniæ.

† D. fol. 49,
b.

† Eodem anno, Dominica infra *Octabas Beati Martini*, recepimus *Radulfum de Tingre* in Canonicum; & *Radulfum de Bray* in Conversum.

Eodem anno, *Rogero de Mortimer* et aliis, pro quibus Dominus *Edwardus* datus est in Custodia, summonitis, ut ad ¹ Parliamentum *Oxoniam* venirent; timentes sibi, non venerunt. Quo audito, Dominus Rex cum Comite *Simone* et aliis Baronibus, communi Assensu, iter suum versus *Marchiam*, ut prædictos Rebelles debellarent, arripientes; invenerunt Pontes omnes ultra *Sarberne* per prædictos Rebelles omnino fractos. Et cum Dominus Rex et Comes cum suis parati essent quocunque modo transire, venerunt ad Parliamentum prædicti Rebelles, ubi per Judicium facti sunt Exules ab *Anglia* per Annum et amplius, *Rogerus de Mortimer*, *R. de Clifford*, *R. de Leburne*, et quidam alii complices sui. Et tunc statuerunt Parliamentum apud **Londone**; ubi de Communi Consilio tractarent de deliberatione Domini *Edwardi*, et de Statutis observandis, et Justiciariis per *Angliam* mittendis, qui de injustis Roberiis inquirere debeant, et de aliis, per quæ status Regni possit meliorari.

Datus est dies Parlamenti in *Octabis Sancti Ilarii*, ubi fuerunt Dominus Rex, *Simon* Co-

¹ Sic. ² *Hilarii*.

MCCLXIV.

mes **Leicestria**, *G(ilbertus)* Comes **Bloucestre**,
Episcopi, et alii Magnates quamplures. Et cum
tractarent super Deliberatione Domini *Edwar-*
di, fiebat ejus deliberatio sub forma subscripta*.

* sequitur
atramen-
tum subni-
gram.

“ *Henricus*, Dei Gratia, Rex *Angliæ*, Domi-
“ nus *Hybernæ*, Dux *Aquitaniæ*, Omnibus de
“ Comitatu Salutem. Cum, pro-
“ pter hostilem turbationem habitam in Regno
“ nostro, de unanimitate Assensu & Voluntate No-
“ stra, *Edwardi* Filii Nostri Primogeniti, Præla-
“ torum, Comitum, Baronum, et Communita-
“ tis Regni Nostri pro Regni Ipsius Pace, pro
“ cujus Securitate dictus *Edwardus* et *Henricus*
“ Filius Regis *Alemanniæ* Nepos Noster Obsides
“ dati fuerunt, concorditer sic provisum, Quod
“ quædam Ordinatio, de unanimitate Assensu No-
“ stro, Prælatorum, Comitum, et Baronum præ-
“ dictorum, super Nostro, et Regni Nostri, statu
“ *Londoniis*, mense *Junii*, anno Regni Nostri
“ *Quadragesimo Octavo*, facta, inviolabiliter
“ observetur: Universitatem vestram scire vo-
“ lumus, Quod Nos Ordinationem Ipsam & Pa-
“ cem & Tranquillitatem Regni observare Bo-
“ na Fide, et in nullo contravenire, ad Sancta
“ Dei Ewangelia Juravimus. Hoc adjecto in eo-
“ dem Sacramento specialiter & expresse, quod,

i F. fit.

Vol. I.

B b b

“oc-

“ occasione factorum præcedentium tempore
 “ Turbationis, aut Guerræ præcedentis, nemi-
 “ nem occasionabimus aut inculpabimus de Illis,
 “ aut de parte Illorum, quos tanquam Inimicos
 “ diffidavimus. putà Comites *Leystre* et
 “ *Gloucestre*, et alios sibi adhærentes, ac Ba-
 “ rones seu Cives Nostros *Londoniæ*, et *Quin-*
 “ que Portuum, nec alicui de prædictis damnum
 “ faciemus aut fieri procurabimus per Ballivos
 “ Nostros ¹ aliquatenus fieri permittemus.

“ Juravimus insuper ² ad ea omnia, quæ pro
 “ Liberatione dictorum Filii Nostri ac Nepotis
 “ sunt Provisa, et Sigillo Nostro Sigillata, quan-
 “ tum ad Nos pertinet, inviolabiliter observa-
 “ bimus; et ab aliis pro posse Nostro faciemus
 “ Observari. Volentes & Consentientes expresse,
 “ quod si Nos, vel dictus *Edwardus* Filius No-
 “ ster, contra prædictam Ordinationem, Pro-
 “ missionem Nostram, seu Juramentum, (quod
 “ absit) in aliquo venire, seu Pacem & Tran-
 “ quilitatem Regni Nostri turbare, seu, Occa-
 “ sione factorum præcedentium Tempore Tur-
 “ bationis aut Guerræ præcedentis, aliquem de
 “ prædictis, aut de prædictorum, quos Diffidavi-
 “ mus, Occasione, seu alicui de eis, Damnum fa-
 “ cere, aut fieri procurare, præsumpserimus, Li-
 “ ceat Omnibus de Regno Nostro contra Nos

1 F. aut aliq. 2 F. quod ea.

MCCLXIV.

“insurgere, ad Gravamen Nostrum Opem et
“Operam dare juxta posse: ad quod, ex præ-
“fenti Præcepto Nostro, Omnes & Singulos
“Volumus obligari, Fidelitati & Homagio No-
“bis factis non Obstantibus: ita quod Nobis in
“nullo intendant, sed omnia, quæ Gravamen
“Nostrum respiciunt, faciant, ac si in Nullo te-
“nerentur, donec quod in hac parte transgres-
“sum fuerit, seu commissum, cum satisfactione
“congrua in Statum debitum, secundum præ-
“dictorum Ordinationis & Permissionis Nostræ
“seu Juramenti Formam, fuerit reformatum.
“Quo facto, Nobis, sicut priùs, intendentes exi-
“stant. Et si aliquis alius de Regno Nostro
“contra prædicta venire, seu Pacem & Tran-
“quillitatem Regni Nostri turbare, præsumpse-
“rit, seu Nobis, vel *Edwardo* Filio Nostro, aut
“alicui alteri, contra prædicta, vel aliquid præ-
“dictorum, venientibus, Opem, Consilium, Con-
“sensum, vel Auxilium quoquomodo præstite-
“rit, si hoc notorium fuerit, aut de hoc per
“Considerationem Consilii nostri & Magnatum
“Terræ Nostræ convictus fuerit, de unanimi
“Assensu Nostro, *Edwardi* Filii Nostri, Comi-
“tum, Baronum, ac Communitatis Regni No-
“stri, Provisum est & Statutum, quod Corpus
“Ipsius, si inventus fuerit, capiatur; alioquin,
“à Regno Nostro Utlagetur: et si inventus

MCCLXIV.

“ fuerit sive non, tam Ipse quam Heredes sui in-
 “ perpetuum exheredentur, ac de Terris & Te-
 “ nementis Ipsorum fiat, prout de Terris eorum,
 “ qui de Felonia convicti sunt, secundum Legem
 “ et consuetudines Regni Nostri fieri consuevit.

✠ “ Ad de unanimi Assensu & Voluntate No-
 “ stra, *Edwardi* Filii Nostri, Prælatorum, Comi-
 “ tum, Baronum, et Communitatis Regni No-
 “ stri, Concorditer Provisum est, quod Cartæ
 “ Antiquæ Communium Libertatum & Forestæ,
 “ Communitati ² Nostri per Nos dudum concef-
 “ sæ, in quarum Violatores ad Petitionem No-
 “ stram Sententia Excommunicationis dudum
 “ lata est, et per Sedem Apostolicam specialiter
 “ Confirmata; Nec non, et Omnes Articuli, de
 “ Nostro, & Magnatum Terræ Nostræ Com-
 “ muni, Assensu dudum Provisi, quos Nuper
 “ apud *Wigorniam* existentes, per Singulos Co-
 “ mitatus sub Sigillo Nostro transmisisimus, in-
 “ violabiliter observentur in perpetuum: ad
 “ quorum Observantiam Sacramento, ad Sancta
 “ Dei Ewangelia præstito, sponte Nos obligavi-
 “ mus, et omnes Justiciarios, Vice-comites, et
 “ quoscunque Ballivos de Regno Nostro, tam
 “ Nostris quam Aliorum, simili Sacramento vo-
 “ lumus obligari, ita quod Nullus teneatur ali-

1 L. ac, 2 F. nostræ.

MCCLXIV.

“cujus Ballivo obedire, donec dictum sacramen-
“tum præstiterit. Et si quis contra Cartas ipsas
“vel Articulos prædictos in aliquo venire præ-
“sumpserit, præter Perjurii reatum, et Excom-
“municationis Sententiam ¹ quam incurret, per
“Considerationem Curia Nostræ graviter pu-
“niatur; salvo in præmissis, prout decet, Privi-
“legio Clericali.

“Et quia volumus, quod hæc omnia firmiter
“& inviolabiliter observentur, Universitati Ve-
“stræ firmiter injungendo ac præcipiendo Man-
“damus, quatinus Vos Omnes & Singuli præ-
“dicta omnia & singula, sicut superius scripta
“sunt, Faciatis, Teneatis, et inviolabiliter Ob-
“servetis: et ad ea omnia Facienda, & Tenen-
“da, & Observanda, ad Sancta Dei Ewangelia
“Sacramento corporaliter præstito, ad invicem
“Vos obligetis.

“In Cujus Rei Testimonium, Cartas & Ordi-
“nationes prædictas, cum præsentibus Literis
“Patentibus, ² Nobis sub Sigillo Nostro transf-
“mittimus, in Comitatus sub Custodia Fide-
“dignorum, ad hoc Electorum, ad Rei memo-
“riam salvo Custodiendas, contra quas ³ nullus
“Ignorantiam prætereundere possit in futurum, ad

¹ Sic. ² Sic Apogr. W. Lege, Vobis. ³ Tò ut subin-
telligendum.

MCCLXIV.

“minus bis in anno in pleno Comitatu Ipsas
 “præcipimus publicari: ita quod fiat Prima Pu-
 “blicitio in proximo Comitatu post instans Fe-
 “stum *Paschæ*: Secundus vero fiat in Proximo
 † D. fol. 50. “Comitatu † post Festum *Sancti Michaëlis*; et
 “sic deinceps fiat annuatim.

“Volumus insuper, quod, Salvis omnibus su-
 “prædictis, omnes aliæ Ordinationes & Articuli,
 “per Nos & Consilium hætenus Provisi, qui
 “poterunt ad Honorem Dei & Ecclesiæ, Fidem
 “Nostram, & Regni Nostri Commodum obser-
 “vari, inviolabiliter observentur & teneantur.

“Ut autem præmissa omnia & singula firma
 “maneant & inconcussa, Reverendi Patres Epi-
 “scopi, per Regnum Nostrum constituti, ad In-
 “stantiam Nostram Sententiam Excommunica-
 “tionis fulminarunt in Omnes illos, qui contra
 “Præmissa, vel aliquid Præmissorum, scienter
 “venerint et venire temptaverint, cum Effectu.
 “Quorum Jurisdictioni, seu Cohercioni, spon-
 “tanea Voluntate, quantum ad præmissa, Nos
 “submisimus; Privilegiis Nostri Impetratis aut
 “Impetrandis, seu proprio Motu Domni Papæ
 “Nobis concessis, aut in posterum concedendis,
 “in hoc, pure renuntiantes, prout in Literis No-
 “stris super hoc confectis, penes dictos Præla-
 “tos residentibus, plenius continetur.

“In cujus Rei Testimonium, has Literas No-
 “stras

MCCLXIV.

“ *Stras fieri fecimus Patentes. Teste Meipso*
“ *apud Westmonasterium.*

Interim vero paravit se Comes *Gloucestriae* cum multo Comi(tatu) ad Torneandum apud *Dunstaple* contra Filium Comitis *Leicestriae Henricum*, ad diem *Martis ante Cineres*; quod Dominus Rex inhibuit per Literas, Priori de *Dunstaplia* directas.

MCCLXV.

Anno Domini 1265, constituerunt Torneamentum faciendum apud *Porhamtone*, ad *le Hokeday*, quo deficiente per absentiam Comitis *Glouernia*, ' qui' se una cum ^{Marchers} Marchisiis receperunt in *Marchia*. Quod videns Dominus Rex & Comes *Leicestriae*, recesserunt à *Porhamtone* versus *Hereforde* cum Domino *Edwardo*. Ubi se confederati sunt ad invicem Dominus *Edwardus* et Comes *Gloucestriae*, consilium præstantibus *R(ogero)* de *Mortuo-Mari* et aliis de *Marchia*, ad quos, relicto Rege et *S(imone)* comite, confugit Dominus *Edwardus* illicentiatus. Comes vero istam Collusionem videns, progressus cum Domino Rege ad *Castella* Comitis *Gloucestriae*, ipsa quoque destruxit. Interim,

MCCLXV.

Comes *Glouerniæ* Pontes ultra *Saberniam* fregit, ne redeuntibus transitus pateret.

Eodem anno, Tertio die ante *Kalendas Augusti*, Dominus *Edwardus* & Comes *Glouerniæ* cum suis, venerunt summo mane apud *Kenylle-*
 P *worpe*; ubi Dominus *S(imon) de Monte-forti* Junior, et multi alii Barones extra Castrum Hospitati sunt; et Ipsos ceperunt, præter *S(imonem)* solum, qui se recepit in Castellum.

Eodem anno, die *Martis* proximo sequenti, cum Dominus Rex et *S(imon)* Comes redissent de *Marchia* et *Saberniam* transissent, venerunt apud *Evesham*. Quo cum Dominus *Edwardus* & Comes *Glouerniæ* post terga eorum venissent, cum affugere possent & nollent, Bellum dolore plenum inter Partes initum est: sed Pars Domini *Edwardi* cum innumera Multitudine prævaluit; et occisi sunt ibidem *S(imon)* Comes *Leicestriæ*, *H^{ugo}* *Dispensator*, et alii multi & nobiles. Dominus vero Rex, Bello inito, statim se convertit ad Partem alteram; et post Bellum, dedit Licentiam Communem, ut Victores Terras et Res Victorum, ejectis Uxoribus & Liberis, invaderent, et occuparent: quod et factum est.

In ima marg.

[Quas Terras per Commune Consilium, omnes

MCCLXV.

in Manus Domini Regis resignaverunt, ut Ipse singulos, secundum sua Merita, de eisdem Terris feofaret.]

Hiis auditis, *Simon de Monte-forti Junior*, & *Johannes de Eywile*, & alii quamplures, qui in Bello non erant, instaurato Castello de *Benpilleworpe* Hominibus, Armis, et Victualibus; in Insulam, quæ vocatur *Ariholme*, se receperunt. Quo facto, Dominus *Edwardus* cum multo Comitatu dictam Insulam adivit & obsedit, demandans obsessis, quod si ad Pacem accedere voluissent, concederet Eis Vitam, Terras, & Cattalla: qui venire modo quo dictum est, consenserunt; ita quod super hiis securitas bona provideretur.

Eodem anno, circa Festum *Omniium Sanctorum*, *Octobonus* Legatus in *Angliam* venit; et convocato Parlamento apud *Norhamtune* per Dominum Regem, ibidem, cum Domino Rege & Regina, per *Dunstaple* accessit, ubi Tractatum habebant super Receptione dictorum *Simonis & Johannis* & aliorum, ad Pacem ab Insula venientium: Quo finito, Pactum, quod iniit Dominus *Edwardus* cum dictis Insulanis, ad nihilum devenit, nec observavit. Redeuntes vero inde Domnus Legatus, Rex & Regina per *Dun-*

i Mandans.

MCCLXV.

staple circa Octabas *Epiphaniæ* versus *Londonæ*, ibidem Moram traxerunt per tempus aliquod, et *Simon de Monte-forti* cum eis. Et cum innotuisset eidem *Simoni*, quod Dominus *Edwardus* Ipsum vellet capere, & in Turrim *Londoniæ* incarcerare, clam cum suis ¹ affugit ad Partes Transmarinas.

Eodem tempore, infra *Quadragesimam* fecit Legatus Convocari Episcopos, videlicet *Wintoniensem*, *Londoniensem*, *Lincolniensem*, *Cicestrensem*, ² Lond' coram Eo, ad Respondendum, quare erant in Consilio & Auxilio cum Baronibus ad resistendum, ne Dominus Legatus, qui anno præcedenti erat in *Angliam* ³ venturus. Et auditis Ipsorum Responsionibus, statuit eis diem in *Quindecimam Paschæ*, quo comparerent apud *Londoniam* coram Eo. Quibus comparantibus, præfixit Eis tempus adeundi Curiam *Romanam*, ⁴ et coram Domino Papa se præsentarent, plenius responsuri. Qui quidem Papa tempore suæ Legationis, ne in *Angliam* veniret est repulsus.

MCCLXVI.

Anno Domini 1266, Circa *Ascensionem Domini* ⁵ apud *Sortegrabe* Dominus *David de Of-*

¹ Pro aufugit. ² Id est, Londoniæ vel Londoniam.
³ Adesset, vel quid simile, subintelligend. ⁴ F. ut. ⁵ Adde, fue-

MCCLXVI.

fyntbone, Adam Gurdun, et alii, usque ad Quarter-viginti Equites; et ibidem morati sunt per Diem & Noctem. Et ibidem consumpserunt, comederunt, et in Craftino secum asportaverunt quæcunque inventa potuerunt; et inde recedentes versus Ciltram et Hunebelle, in

*fuerunt, vel aliam id genus vocem. I Sive Ciltriam. De hac ita Watsius in Glossario ad Matthæum Parisiensem. "Cil-
"tria Ager sive Regiuncula non procul à Sancto Albano:
"quæ in antiqua Saxonum Notitia Angliæ, Ciltern-ferna
"dicitur: & 4000 terræ hydas continebat*. The Chil-
"terne, hodie dicimus". Quod eo lubentius exscribere placuit,
quia recte, ut opinor, Watsius, quatenus locum particularem vox
denotat. Quod si de regione illa satis ampla, quæ vulgo audit
The Chilterne Country, accipias, tum plane Guilielmus Somnerus
adeundus potius, qui in Dictionario Saxonico hanc in sententiam scripsit. "Ciltepn. Montes quidam excelsi, longo
"tractu producti in agris Buckinghamensi, Oxoniensi, &c.
"hodie, the chilterne. à gelido situ fortasse, q. d. ciltepn.
"i. locus gelidus". In eo à Somnero discedo, (ut hoc ad communem, ut spero, rei antiquariæ utilitatem obiter moneam,) quod
originem vocis non frigiditati (cur enim quæso eadem de causa
& alii colles permulti, altitudine sua pariter atque frigiditate
valde insignes, idem similiter nomen non sortirentur?) sed filicibus,
passim per totam regionem (quippe quæ creta, lingua vernacula
chalk, abundat) repertis, tribuendam esse arbitrer; adeo ut
chilterne idem sane esse videatur quod filicum locus secretior.
Profecto vox Saxonica epne firmabit. Malim cilepne vel
yilepne pro ciltepne. Sed τ (id quod usu sæpe venit) euphoniæ
gratia adjectam opinor. Neque absoum, secretiorem locum
appellare, quum intra terræ partes secretiores filicum abscondantur
materies. Ad syllabam priorem quod attinet, Anglo-Saxones pro re nata
vorum suarum syllabas à Latinis itidem sæpe mutuo acceperunt. Certe
Silcestria in agro Hantoniensi non aliud valet atque filicum urbem
(id est, urbem è filicibus conflam*

* Vide
Camdens
Britan.
p.114.

Bosco qui vocatur **Altun**, per Dominum **Edwardum** (*Roberto Chadde*, eorum socio, jam ab Eis averso, Ipsum ducente,) quot fuerant in-

tam sive confectam) etsi ignorasse videantur et *Camdenus* & *Somnerus*, uti etiam forsitan *Lelandus*, cujus eò spectantes observationes penitus interciderunt. Quinimo & in ipsa regione *Ciltriensi* domos è silicibus non raro conditas conspicias. in quibus extruendis olim aliquammultos ære alieno oppressos fuisse puto. in quod postquam incidissent, ut tandem, si fieri posset, sese liberarent, à magnatibus nescio quibus versuram fecerunt, quæ adeo perturbavit animos, ut fures evaderent, multaque perpetrarent, reipublicæ *Anglorum* neutiquam grata. Hinc magnates operam dederunt, ut sylvæ in locis *Ciltriensibus* ingentes magna ex parte excinderentur, ne ibi lateret vis magna latronum, qui aliàs easdem in latibula convertere solebant. Quid fecerit *Leoffstanus*, *S. Albani* abbas, in fageis lucis sylvisque succidendis memoriæ prodiderunt multi. Itaque de ea re differere non aliud esset, quam oleum perdere. Ad rem magis spectat, monere, ex ejusmodi latronibus fuisse *Robinum* vel *Robertum* illum *Hoodum*, de quo tam mira quotidie canit vulgus. Is antequam in partes boreales, exlex jam factus, secessisset, in plagis nostris *Ciltriensibus* crebro latrocinatus, in earundem locis, ne deprehenderetur, opera delituit. Inde factum, ut nobis pueris (animum, pro more, ludis exhilarantibus) *Hoodi* id genus latibulum (vulgo *Robin Hood's Bower* vocitatum) in dumeto *Maydenhithiano* (*Anglice* *Maydenhead-thicket*) ostenderent ruricolæ quidam, quibuscum verba forte fortuna haberemus. quod quidem dumetum idem est quod *Lelandus* in *Itinerario* *Frith* nuncupabat, quo nomine de dumetis locuti & ipsi etiam usi sunt *Anglo-Saxones*. Etsi enim *Frith* pacem re vera signet, luci tamen quum permulti apud ipsos (quemadmodum & antea apud *Britones*) tanquam sacri habiti fuerint, mirandum adeo non est, sylvam majorem hæud alio quam *Frith* nomine (utpote asylum plane) *Anglo-Saxonum* sententiâ appellandam esse. Atqui dumetum illud *Maydenhithianum* inter sylvas majores censendum fuisse vel ipse testis est *Le-*
lan-

MCCCLXVI.

venti, partim Occisi, partim Capti sunt: quorum unus erat Dominus *A. Gurdun.*

Eodem Anno, in *Vigilia Pentecostes* apud **Cestrefelde**, facta est strages magna Baronum per Dominum *J. de Baynal* et Socios suos; ubi Captus est Dominus *Robertus de Fereres Comes Derebeie*, et apud ¹*Wyntleshore* in Custodia missus. *Johannes vero de Eywile*, et *Baldewinus Wake* in fugam versi sunt.

Eodem tempore, Die ²*Sanctæ Osithæ*, capti sunt Equi Elemosinarii in Caruca sua de **Dunstaple**, pretii Centum Solidorum.

Eodem tempore, *Henricus de Hastynghes*, *Symon de Pateshulle* in Castro de **Henille(worpe)** ^p se receperunt, et alii qui in Castro erant, cotidie pro Voluntate sua exierunt, & Villas adjacentes deprædati sunt: alias vero ³Tensaverunt, non omittentes pro Domino *Edmundo* Filio Regis, qui apud **warewic** cum suis exeuntes de Castro impedire proposuit. Et erant in Castro in Adventu Regis ad obsidendum, Mille viri septingenti Arma portantes & strenui; et Mulieres Octies-Viginti: et ⁴Garciones quot ignoramus.

landus. Recte proinde & Robinus, quem diximus, Hoodus (utpote fpiδ-bena) in eodem tuto commorandum esse duxit. 1 Sic, pro Wyntleshore. 2 Oct. 7. 3 Defendebant. 4 Famili.

† D. fol. 50,
b.

† Eodem anno, in Festo *Sancti Johannis Baptistæ*, venit Dominus Rex cum Exercitu magno apud *Kenylworpe*, ad Obsidendum Castrum; et fixis Tentoriis à quatuor partibus, fedit Rex cum suis ex una parte; Dominus *Edwardus* ex altera cum suis; Dominus *Rogerus de Mortymer* cum suis ex tertia; Dominus *Edmundus* cum suis ex Quarta. Et levatis circumquaque Machinis Novem, qui vocantur ¹ *Blidis*, Lapides jacere non cessabant, confringentes ex hiis Domos et Turres Ligneas, Muros, et Opus Lapidum profternere volentes, in nullo damnificare ² poterunt. Castellani vero extra portas Castri, et adhuc ulterius versus Hostes suos progredientes, in Ipsos viriliter & hostiliter multociens iruerunt; et aggredientes, occiderunt quamplures ex parte Domini Regis, seu aliorum; in tantum, quod Dominum Regem, seu Dominum *Edwardum*, cum suis per Exitum et Invasiones Ipsorum de Castro, sæpius se et suos armare compulerunt, præ timore: Et cum hii, qui in Castro erant, Ipsos, qui de foris Excubias agebant, de die in diem per Exitus Cotidianos ad Pugnam per ³ *Bikering* provocassent; nec hii, qui de foris erant, assultus aliquos Castello fecissent, fatis deterius sibi quam Castellanis acci-

¹ *Catapultæ.* ² *F. poterant.* ³ *Velitationes, Skirmish-*
ing.

MCCLXVI.

dere compertum est: et sic transiit tempus usque ad Festum *Omniū Sanctorum*.

Eodem anno, circa Festum *Sancti Michaëlis*, Domnus Legatus & Dominus Rex, videntes stragem multorum, periculum Animarum, et Regni detrimentum, volebant, ut Forma aliqua provideretur, quomodo Pax posset reformari. Et quia perpendebant, hoc fieri non posse, nisi Exheredati Terras suas rehaberent; taliter Provisum est, Videlicet, quod Dominus Rex elige-

ret sex de Magnatibus suis, et Illi sex ^{viri?} jure alios

Sex Eligerent, ita ut essent Duodecim, qui Pacem et Tranquillitatem Regni magis desiderarent; de quibus Quatuor essent Episcopi. Electi vero fuerunt ad hoc Episcopus *Wygorniensis*, Episcopus *Batoniensis* tunc Cancellarius, Episcopus *Exoniensis*, et Episcopus *Genevensis*, G. Comes *Glouernie*, H. Comes *Heresfordiæ*, Ph. ⁱ *Bassath*, J. de *Baynol*, R. *Walrond*, W. de *Bassynghburne*, et quidam alii. Qui duodecim Elegerunt supra Se Domnum Legatum, et *Henricum* Filium Regis *Alemanniæ*: ita, ut quod dicti duodecim providerent & ordinarent, tam super Tranquillitate Regis & Regni, quam super Terris Exheredatorum sibi reddend-

ⁱ Vel, Basseth sive (ut infra sub an. 1267.) Basseth.

MCCLXVI.

dis, et eorundem Redemptione Taxanda & Facienda. Duo vero præmissi ad hoc Electi sunt, ut Dicta sive Ordinationes dictorum Duodecim corrigerent, augerent, vel diminuerent, prout Paci Regis et Regni expedire novissent. Tractatis & Ordinatis, quæ expedire Communitati videbantur, in Vigilia *Omniū Sanctorum* Convocato communiter Clero apud **Cobentre** per Dominum Legatum, et convocatis Baronibus universis & præsentibus, Dictum suum sive Ordinationem dictus Legatus coram omnibus pronuntiavit. Pronuntiatis vero quibusdam Dominum Regem tangentibus, de Exheredatis, sic Provisum est: Scilicet, quod omnes Illi, qui erant apud **Norhamtune** contra Dominum Regem, et apud **Evesham**, et apud **Kenylw(orpe)** capti, et in Conflictu apud **Cestryssfelde**, et in Castello de **Kenylw(orpe)** (præter *Hugonem de Hastynghes*, et *J. de la Ware*) darent Valentiam Terrarum suarum per **Quinque** annos hiis, qui easdem Tenuerunt, pro Redemptione sua. Dominus vero *H. de Hastynghes*, & *J. de la Ware* darent Valentiam **Septem** Annorum, eo quod magis deliquerunt. Alii autem, secundum **Quantitatem** delicti, darent Valorem Terrarum suarum per duos; Alii per unum annum: Ita, quod infra tres Annos Redemptionses **Quinque** Annorum & **Septem** Annorum plenarie solverentur;

et

MCCLXVI.

et tunc haberent Terras suas, et non antea. Ista omnia à tota Universitate tam Cleri quam Baronum, et etiam à Domino Rege seu ¹ Filiorum Ejus fideliter tenenda per Juramentum suum firmata sunt. Et cum prædicta ² demandata essent Illis, qui erant in Castro, videntes sibi deficere Alimoniam, et multos ex Infirmis deficere, et Mori, nisi Eis infra Quadraginta Dies sequentes veniret Succursus: responderunt, se velle stare dictæ Ordinationi. Et sic asportatis, quæ in Castello habebant, Licentiati recesserunt. Sed Illi, qui in Insula de *Æli* se receperunt, dictæ Ordinationi non adqueverunt, nec Exire voluerunt, ut Insulam redderent Domino Regi, sed Patriam à Viginti Leucis circa Insulam deprædati sunt, et eandem alimento cujuscunque Generis, et aliis, quæ Sibi necessaria erant, Instaurabant.

Eodem tempore, *Walterus Giffard* Episcopus *Bathoniensis*, tunc Domini Regis Cancellarius, Electus est in Archiepiscopum *Eboracensem*.

Eodem anno, circa *Octabas Sancti* ³ *Hilarii*, venit Rex apud *Sanctum Edmundum*, ad Obsidendum Insulam *Æliensem*; et cito post, ad *Crastinum Purificationis Beatæ Mariæ*, fecit Domnus Legatus Convocari Archiepiscopos, Episcopos,

¹ Sic. ² Mandata. ³ Hilarii.

MCCLXVI.

✱
 ✎ Religiosos, ut Pacem Formarent, si possent, inter Dominum Regem & Insulanos; et cum Ter Nuncii Solempnes essent missi in Insulam ad Traçtandum de Pace, nihil profecerunt.

Eodem anno, Domnus Papa concesserat Domino Regi Decimam de omnibus proventibus Clericorum; et nichilominus ad prædictam Convocationem petiit Rex à Clero, ut Sibi (ultra Decimam prædictam) auxilium præstarent: quod à toto Clero communiter contradictum est, præter Decimam quæ concessa fuit.

Eodem tempore, *G(ilbertus) Comes Glouerniæ* à Parlamento, apud *Sanctum-Edmundum* convocato, se subtraxit, et in *Marchiam* se recepit; volens destruere *R(ogerum) de Mortuo-mari*, Eo quod provocavit Dominum Regem, ut dicebatur, contra Eum. Sed, Utrum fuit, quod Idem Comes congregavit ad se ibidem plures Magnates & alios, qui in Manu Armata sibi assisterent (et erat Multitudo copiosa) quia proposuit amovere Alienigenas à Terra, ex quo Dominus Rex noluit sicut fuerat Conventum inter Eos? Voluit etiam, quod Exheredati omnes Sefinam Terrarum suarum obtinerent; et tunc arbitrio Bonorum Virorum, per Redemptionem rationabilem, secundum quantitatem cujuslibet delicti,

MCCLXVI.

punirentur: et super his Nuntios destinavit Domino Regi sollemnes, ut ita fieret.

MCCLXVII.

Anno Gratiae 1267, circa *Pascha* dictus Comes *Globernie* quamplurimum est Iratus, quia Rex noluit facere Exheredatis Gratiam, quam petebat: propter quod, cum Multitudine armatorum infra *Londoniam* se recepit. Et Cives hoc permiserunt, quia Comes habuit Literam Domini Regis super hoc Patentem, quam Civibus liberavit.

Dominus *Johannes de Deywilla* de ultra *Trentam* veniens; cum grandi Comitatu, se Comiti sociavit.

De Insula etiam de *Ely* plurimi exierunt similiter Comitis in Succursum; unde quidam, qui cum *Radulfo Pyroth* fuerant, Curiam Nostram intrarunt. Et solvimus Eis Decem Marcas, quas Prior Noster promiserat Dicto *Radulfo* pro Tuitione sua habenda. Præterea ceperunt bonum Equum Nostrum de Molendino, et omnes Equos quos in Villa reppererunt. *Bartholomæum* etiam *Juvenem* duxerunt, ut ¹ Prisonem. Et sic Domino *Johanni de Deywilla* apud *Wænge* occurrerunt; et inde simul *Londoniam* sunt profecti.

¹ Captivum, incarceratum, a Prisoner, *

MCCLXVII.

Post *Pascha* statim *Johannes de Deyvilla* cum Exercitu Magno egredi debuit *Londonia*: et irruit in Regem repente, tunc prope *Cantebrugge* constitutum.

Uxor Comitis *Globerniæ*, quæ occulte ad Eum *Londoniam* venerat, Domino Regi Patruo suo hoc Consilium nuntiavit. Et Dominus Rex & Rex *Alemanniæ* inde discedentes, per *Dunstaþliam* transitum fecerunt, et apud *Wyndelesþores* abierunt. In eodem transitu duo *Wallenses* pro *Roberia* facta in *Dunstaple*, extra Vilam Capite truncabantur.

Et Dominus Rex *Angliæ* cum toto Exercitu suo, et cum Baronibus Majoribus, de parte *Aquilonis*, *Londoniam* obsedit ex parte *Stratford*, ut dictum Comitem et suos Expugnaret. Sed, mediantibus Rege *Alemanniæ* & *Philippo* ¹ *Basseth*, Pax est inter Regem & Comitem reformata: Et Exheredati nihil Emolumenti per illam Pacem habuerunt; pacifice tamen discesserunt.

Henricus de Puderescuhe, Senescallus Comitis *Globerniæ*, ² de *Londonia*, abiit Manerium *Galfridi de Sancto-Leger* apud *Offele*, et illud combussit; et inde cum grandi comitatu suo apud *Brichulle* divertit; et insecutus est eum *Reginal-*

¹ Vide supra, sub an. 1266. ² Sic Apogr. Wanl. F. de Londonia abiit ad Manerium.

MCCLXVII.

de Grey cum Exercitu suo, et dictum *Henricum* inermem, et nihil Mali suspicantem, cepit, et circiter triginta Homines de Nobilioribus qui cum Eo fuerant, interfecit; quosdam Vivos retinuit; et plurimi evaserunt.

Eodem anno, Dominus *Edwardus*, Filius Regis *Angliæ*, Insulam de *Ely* introivit, ex permissione & scientia . . . Matris *Nicholai de Seggrave*, quæ aditum dictæ Insulæ tunc habebat. *Robertus Pecche*, et Frater suus, *Nicholaus de Seggrave*, *Radulfus Pyroth*, et ceteri Capitanei Se et dictam Insulam reddiderunt dicto Domino *Edwardo* sub hac forma: Videlicet, quod Ipsi, et Omnes in Insula cum Eis commorantes, liberum haberent Egressum cum Hernasio suo, et cum omnibus, quæ ad eos pertinebant. Quod et factum est libere, et sine omni Impedimento. Et post hoc, omnes, qui Redemptiones suas facere voluerunt, juxta Dictum Legati apud *Kenelworthe*, Terrarum suarum seyfinam integre habuerunt.

Gyle de Dunstaple, *Ambrosius*, *Michahel*, et quidam alii de eadem, ab Insula revertentes in *Dunstaple* morabantur, Ebrietatibus, & Luxuriis, et Latrociniis insistentes. Propter quod, timentes comprehendi à Patria discesserunt, et alibi Inedia vel Suspensio vitam miserrime terminabant. Ceteri quoque, qui Latrunculi fuerant in Insula, ad propria remeantes, morte pessima perierunt.

MCC-

MCCLXVIII.

Anno Gratiae 1268, *Octobonus*, tunc Legatus Domni Papæ, præsentibus Episcopis *Angliæ &* Prælatibus, juxta Officii sui Debitum, Concilium celebravit; in quo Tranquillitati Ecclesiæ, Statui Rengni, Virisque Religiosis plura inferuit fructuosa.

Archidiaconatus Buck in favorem dicti Domni Legati, collatus est Domno *Percivallo* Fratri suo germano; Et Præbenda de *Aylesburi* data est eidem. Decanus et Capitulum *Lincolniæ* retinent Præbendam; et pro ea, dant *Percivallo* annis singulis Quadringentas Marcas. Emolumentum Archidiaconatus totum cessit dicto Archidiacono.

Henricus de² Sandwyx, Episcopus *Londoniensis*, qui, propter familiaritatem *Simonis de Monte-forti*, suspensus fuerat per Legatum, in Curia Domni Papæ perduravit. De Episcopatu suo nil habebat, præter quandam Summam Pecuniæ, quam Legatus in suo discessu quasi misericorditer Ei dedit.

MCCLXIX.

† D. 51, b.

† Anno Gratiae 1269, *Ricardus³ Lincolniensis* Episcopus, qui super eadem Familiaritate voca-

1 Sic. 2 Vel Sandwich. 3 De Gravesend. Aliis nominatur *Benedictus de Gravesend*, sed minus recte, ut videtur.

tus,

MCCLXIX.

tus, data ingenti Pecunia, emerat Sibi Pacem, et ad Partes se transtulerat Transmarinas, adhuc ibidem cum moderata Familia moram traxit. Magister *Johannes de Maydeneston* interim Episcopatum *Lincolniensem* custodivit nobiliter & ¹ sensate, et sine querela.

Magister *Petrus de Aldeham*, Archidiaconus *Bedfordiæ*, qui, propter favorem Domini Regis, multum ² apporiatu fuerat per Barones, et cum dicto Episcopo transfretaverat; ibi similiter morabatur. *Martinus de Pecham*, Clericus dicti *Percivalli*, habuit Archidiaconatum ad Firmam. Iste primò fecit Apparitores Receptores Pecuniæ Archidiaconatûs, quam Decani percipere consueverunt. Et hoc jam in Consuetudinem est conversum.

Episcopus rediit in tempore ad Partes *Angliæ*: sed dictus Archidiaconus non rediit, quia mortuus est ibidem.

Inter Nos et *David de Flitterwyc* tertium, filium scilicet *David & Illariæ*, facta est Contentio hiis de causis.

Nos emimus quandam Partem Bosci de Feudo Nostro, de *Simone Filio Silvestri*, quæ proxima est & contigua Bosco dicti *David*, quam emit de *Nicholao de Tyngri*, et vocatur *Le Dentel*, in

¹ Prudenter. ² Depauperatus, impoverished.

MCCLXIX.

suum præjudicium, ut dixit. Item, emimus sub-
 tus boscum suum ex parte del **Suth** quandam
 teram Terræ; et alteram partem Terræ sub-
 tus Boscum suum ex parte del **Est**, infra le **Stochy**
kingge. Item, asportavimus quandam partem
 Prati de *J. Capucio* illius Acræ, quam *Galfridus*
Dammesone tenuit de Feudo Nostro. Quæ qui-
 dem Acra debuit ad Nos descendere de Jure, eo
 quod idem *Galfridus* bastardus erat; et unde
 idem *David* Bladum asportavit, eo quod Ipse
 prius scivit mortem ipsius *Galfridi*. Item, alicu-
 bi in Campo aravimus *Divisas*, Feudum suum &
 Feudum Nostrium dividentes; ubi scilicet Ter-
 ras habuimus utrobique. Item, apud **Kokeshoc**,
 inter Boscum nostrum & Terram dicti *David*,
 quæ vocatur le ^{A?}**Brem**, fecimus Fossatum de Solo
 Ipsius Decem Pedum et amplius Latitudinem
 continentem. Et credebat *David*, quod hoc fe-
 cimus sine Waranto, Factum suum pristinum non
 recordans. Item, petivimus extra Judicium ab
 eodem, Decimam Lactis, Agnorum, Vitulorum,
 Nobis fieri, prout fit in Vicinis Ecclesiis circum-
 quaque: et in Parochia de **Flittewit** solebat fieri
 ab antiquo, non obstante aliqua Consuetudine
 contraria de Permissione Nostra et Gratia usi-
 tata. Item Cambiavimus Terras apud **Kokeshoc**

I F. partem.

cum

MCCLXIX.

cum Villanis et Liberis suis. Omnia prædicta dixit *David* per Nos fieri pro suo Gravamine et Exheredatione.

E contra, prædictus *David* in illa Parte Bosci quæ fuit *Simonis Silvestre*, postquam fuimus inde Feofati, Caretariam Viam fecit, quod antea non fiebat. Item, ¹ Haytiam suam, et Fossatum, boscum quem emimus de *Symone Wymare* et boscum suum dividentem, prostravit, et solo tenus adæquavit, faciens per Medium Bosci Nostri Viam Caretariam, omnibus egredientibus boscum suum, et etiam omni hora. Item, quotienscunque fecerimus fossata in Solo nostro ad Impediendum hujusmodi nocumenta, Fossata Nostra reimplevit, unde deteriorati sumus ad Valentiam Quadraginta Solidorum in Defensione Juris Nostri, et in ejus Violentiam repellendo.

Item, conquestus est de Nobis Senescallus Comitissæ de *Albemare*, ad quam Villæ de *Flitte* & de *Hulleburne* Dotis Nomine tunc spectabant. Dicens, se & suos ita & toties per Nos & Nostros molestatos et oppressos, quod non potuit Tenementum suum versus Comitissam defendere. Item, conquestus est, quod Nos occupavimus in prædictis Villis medietatem Feudi sui; et quod Ei nolumus respondere de Servitio

¹ *Sepem sive Sepimentum.*

MCCLXIX.

fuo. Item, quod habemus ingressum in illis Terris sine Waranto.

Et Ballivus Dominæ Comitissæ Viginti-quatuor Armatos apud **Hokeshot** destinavit, et, clam custodibus Nostris, cepit Sex Boves Nostros de Caruca; et apud **Craule** duodecim Boves de

Caruca, et apud **Koddestune**^{ari?} ^{....} acuvit, ubi duodecim Septimanis fuerant Imparcati; ita quod deliberari non valebant.

Remedium à Curia Domini Regis habere non potuimus, quia Dominus *Edmundus*, Filius Regis, heredem Comitissæ habuit in Uxorem. Post hæc, Pacem fecimus cum Comitissa; et Ipsa ratificavit Ingressum Nostrum; et dedimus Ei Quinque Marcas. Et sic deliberata sunt Averia nostra, datis Viginti Solidis pro Custodia.

Tandem, inter Nos et prædictum *David* amicabiliter sic convenit, Quod totus Boscus *Simonis* et aliorum Nobis remaneret; et quod ibi ulterius Viam ultra solum nostrum non faceret, nec etiam vendicaret. Quod de prædicta Terra *Galfridi Damefone*, Nobis remaneret Pratum, et dicto *David* Terra arabilis, in futurum. Quod Divisæ apertæ inter Feuda ubi Terras habuimus hinc & inde in posterum sic manerent. Quod Fossatum Nostrum apud **Hokeshot** inter Boscum

ⁱ F. arctavit, ut idem sit quod Anglice confined.

MCCLXIX.

Nostrium & Terram suam pacifice haberemus. Fecimus enim constare dicto *David*, quod *Rogerus de Sancto-Albano*, Custos de *Rokehoc*, antequam fossatum faceret, Assensum Ejus habuit in omnibus et etiam Voluntatem; et quod propter hoc dederit ei ad Valentiam Viginti Solidorum.

† Quod Cambium Terrarum cum Hominibus suis † D. fol. 52. Stet & Teneatur, quia est ad profectum dicti *David* et Hominum suorum. Quod Terras, quas Emimus subtus Boscum suum, pacifice habeamus, sicut Eas quæ sunt de Feudo Nostro; unde nihil ad Eum. Promisit etiam dictus *David*, quod in dictis Boscis, Pratis, Pasturis, et aliis Rebus ad Nos spectantibus, Nos de cetero indelbite non gravabit. Et in hunc Modum, omnes offensæ, & omnia præterita gravamina alterutrum sunt remissa. De modo vero Decimandi sic convenit; videlicet, Quod de Lacte, Vitulis, et Agnis, ex Nostrea Gratia Speciali, dictus *David* daret Decimam in Argento, sicut (ex Permissione) alias consuevit; dum tamen, hoc in præjudicium Nostre Ecclesie non vertatur, et Gratia Nostrea in Consuetudinem non trahatur.

Eodem anno, quievit Regnum *Anglie*; hoc excepto, quod Milites quidam, et alii plures qui cum Comite de *Ferreres* fuerant, post Imprisonationem ipsius in Partibus *Wetti*, se traxerint ad Forestam, et ibi morabantur. Isti Partes il-

MCCLXIX.

las undique devastantes, optimum Equum, quem Custos noster de *Bradburne* habuerat, ¹ abducarunt. Qui postea Amici Nostri effecti, Nobis in omnibus pepercerunt; Bona aliorum Religiosorum deprædantes.

MCCLXX.

Anno Gratia 1270, Dominus *Edwardus*, Filius Regis Primogenitus, in Terra sancta apud *Accon* constitutus, à quodam *Affasino* vulneratus est in Brachio suo Cultello Venenato; tamen, post multas angustias toleratas, à Vulnere est sanatus; Et Percussor ejus captus est et occisus.

Dominus *Henricus* Rex, Pater Ejus, præ Senio & Ægritudine Valetudinarius est Effectus.

Proceres Regni *Angliae* in pluribus Locis, propter Regis Impotentiam, Pauperes opprimebant; nec fuit ex parte Regis quin Justiciam faceret tribulatis.

De Latrunculis, qui erant in Insula de *Clycum* Baronibus, *Henricus de Albemare*, qui habuit Equum Nostrum de Molendino, propter furtum, in *Francia* est suspensus: Miles erat. *Petrus de Nevile* Miles, apud *Bruges* est suspensus. *Johannes de Lymoges* Miles, suspensus est propter Furtum. *Gregorius de Caudewelle* Miles, obiit apud ³ *Peugathe*. *Johannes dictus de Sut-*

¹ F. abduxerunt. ² Lymoges al. ³ Vel *Peugathe*.
thun

MCCLXX.

thun Clericus, *Hugo de Caudewelle*, *Robertus de Weresle*, & quidam *Galfridus* socius eorum, qui fuerant ad Roberiam Abbatiae de *Stanle*, sæpius apud *Dunstaple* divertebant. Et cum obsessi essent undique et capiendi, *Johannes Clericus* ¹ affugit ad Ecclesiam Nostram, et inde abjuravit Regnum *Angliae*: Et apud *Oxoniam* postea Interfectus est, sine Sacramentis Ecclesiasticis. Tres vero Socii ejus capti sunt per Ballivos & Inprisonati; et Prior habuit Equos eorum quinque, et Hernasium, et Armaturas speciosas. Isti tres Latrones missi sunt apud *Deu-gathe Londonia*; unde *Galfridus* obiit in Prisonsa; *Hugo* et *Robertus* per corruptam Inquisitionem sunt deliberati: et recuperaverunt sua catalla de Priore. Item, hi duo capti sunt *Londonia*, et *Hugo* est suspensus; *Robertus* obiit in Prisonsa. *Ricardus de Offenthone* captus *Londonia* est suspensus.

Eodem anno, in Festo *Sancti Edwardi*, in ² *Octobri*, Translatus est *Sanctus Edwardus* in Novum Feretrum pretiosum, quod Ei Dominus Rex *Henricus* fecerat fabricari. Item, celebrata est ipso die, Prima Missa Solennis in ipsa Ecclesia, quam idem Rex propriis Sumptibus ædificaverat. Et facta est ibi lætitia magna valde; et Rex dedit plurima et grandia Donativa.

1 Pro affugit. 2 Oct. 13.

MCCLXXI.

Anno Gratiae 1271, Cum constaret Monachis *Sanctæ-Trinitatis Cantuariæ* de Morte *Bonifacii*, sui Archiepiscopi, Priorem suum in Archiepiscopum ¹Eligerunt; contra cuius Electionem Dominus Rex se opposuit, et Negotium illud in Curia Domni Papæ est diutius ventilatum.

Willelmus de Wederhore die *Epiphaniæ* in Canonicum est admissus.

Ricardus Rex *Alamanniæ* Frater Regis *Angliæ*, et Comes *Cornubiæ* Obiit mense *Februarii*; et in Abbatia de *Hayles*, quam Ipsemet nobiliter construxerat, honorifice est sepultus. Iste *Ricardus* habuit *Sunedone* in Maritagium cum Matre *Ricardi* Comitis *Globerniæ*, et tenuit illud per *Quadraginta* Annos. Toto tempore illo, et semper ante, Homines de *Sunedone* *Thelonium* in *Dunstaplia* præstiterunt; sicut fecerunt, et adhuc faciunt Homines de *Luthone*, cuius Membrum *Sunedone* est. Post Obitum Dicti Regis *Ricardi*, Manerium de *Sonedone* devenit ad *Gilebertum*, Comitem *Globerniæ*. Tunc primo, Homines de *Sonedone* subtraxerunt Se à præstatione *Thelonei* in *Dunstaple*, propter *Potentiam* Comitis et *Impotentiam* Prioris.

¹ Sic.

MCCLXXII.

Anno Gratiae 1272, *Eadmundus*, Filius Regis *Alamannie*, duxit in Uxorem ^{1.} . . . So-
rorem *Gileberti*, Comitis *Globerniæ*; et *Sunedone*
datum est Ei in Liberum Maritagium cum
eadem. Et Homines de *Sunedone* statim The-
loneum nostrum detinebant. Tunc Domnus *Si-*
mon, Prior Noster, adiit dictum *Eadmundum*
Comitem, et petiit Seyfinam Thelonei sui sibi
reddi; unde injuste per *Gilebertum* Comitem fue-
rat disseysitus: et dictus Comes concessit Peti-
tionem Prioris. Sed † Comes voluit super hoc ^{† D. fol. 52,}
Certificari; et dedit Priori Literam suam de In-
quisione ad Ballivos suos de *Sunedone*; sed
Prior non est amplius profecutus.

Eodem anno, *Alexander* Papa V cassavit Prio-
rem *Sanctæ-Trinitatis Cantuarie*, quem Mona-
chi Elegerant in Archiepiscopum: et dedit illam
Dignitatem Fratri *Roberto de Kelewardeby*, de
Ordine Prædicatorum, tum in *Anglia* consti-
tuto.

Eodem anno, In æstate expendimus in duro
Blado empto Septies-viginti Marcas; et incepti-
mus expendere de Novo Blado in Principio *Au-*

1 *Margaretam.*

MCCLXXII.

gusti; unde expendimus ante Festum *Sancti Michaelis* Quadringenta Quarteria.

Eodem anno, in Festo *Omnium Sanctorum*, Obligavimus Nos pro *Radulfo Pyroth* Mercatoribus de *Cadurco* de Sexies-viginti Marcis. Et habuerunt Lanam Nostram de *Wetco*; scilicet, quemlibet Saccum pro Octo Marcis, donec Eis dicta Pecunia redderetur. Nos vero habuimus Redditum dicti *Radulfi* de *Wetigdone* et *Wenevugge*; et incurrimus damnum maximum per hoc factum.

Eodem tempore, Obiit *Robertus* Persona de *Wulledene*; et *Robertus de Scardebure* ad nostram Præsentationem admissus est ad eandem.

Petrus Basseth præsentavit *Johannem* fratrem suum; et Composuimus cum dicto *Petro*, quamvis nihil Juris haberet, pro redimenda Vexatione. Et habuimus Literam de *Quieta-clamantia*.

Walterus de Cadendone, Prior de *Caudewelle*, dudum Canonicus *Dunstapliæ*, sponte Prioratum suum in Manu Episcopi *Lincolniensis* resignavit; et *Matthæus* statim Ipso die Electus est et Installatus. Et dictus *Walterus* obiit infra Octo dies; et *Matthæus* primam Missam in Prioratu pro Ipso celebravit, et Eum honorifice sepelivit.

Eo-

MCCLXXII.

Eodem anno, Finem fecimus de Quatuor Marcis, pro Vicecima Domino *Edwardo* concessa, quando adiit Terram Sanctam.

Eodem anno, Die ¹ *Sancti Edmundi Confessoris*, ⁰ *Henricus Rex Angliæ Tertius*: et regnavit Quinquaginta-sex annis, ² viginti-quatuor diebus: die ³ *Sancti Edmundi Regis* apud *Westminsterium* est sepultus. ⁴ Die *Sanctæ Cecilie* Magnates Regem nominarunt *Edwardum* Filium suum in Regem, qui tunc in *Terra Sancta* moram traxit: Et Justitios et Custodes Regni Nomine Ipsi *Edwardi* constituerunt: et ex tunc coepit currere Data sua, et deinceps.

Eodem anno, et die, Obiit *Johannes* Persona de *Herlingdone*, qui per duodecim annos tenuit ipsam Ecclesiam: et præsentavimus Magistrum *Willelmum de la Mare* ad eandem.

Radulfus Pyroth opposuit se contra Nostram Præsentationem. De hoc, anno proximo sequenti invenies processum.

Eodem anno, die *Sancti Vincentii Michaël de Pecco* in Canonicum est admissus; qui quintumdecimum ætatis annum tunc agebat.

Domnus *Rogerus de Cumethone* die *Nativita-*

¹ Nov. 16. ² Potius, 27. ³ Nov. 20. ⁴ Nov. 22.

MCCCLXXII.

tis Beatae Marie præcedenti, in Canonicum est admiffus.

Eodem anno, In *Crastino* *Sancti Freemundi*, Obligavimus Nos & Posteris Nostros, quod singulis diebus in *Missa de Domina*, in Conventu, Orationem faciemus specialem pro *Anima Johannis de Crachale* sic, *Miserere, quasumus, Anima Famuli tui Johannis*, &c. Item, Promissimus, quod per Decennium sequens celebrari faceremus per unum de Nostros, singulis Septimanis, Tres *Missas*, scilicet, *Requiem* pro *Anima dicti Johannis*, et Tres *Missas de Domina*, scilicet *Salvum*. Et deputavimus ad illud Officium peragendum, Fratrem *Johannem de Waltre*, Concanonicum Nostrum: Et ipse illud in *Crastino Sancti Dunstani* inchoavit, et veraciter adimplevit. Item, pro *Anima dicti Johannis* admiffimus in Elemosinaria Nostra *Simonem Clericum de Westone* Cæcum; qui ibidem diutissime Nostros Sumptibus perduravit; ^{alio atramento} scilicet per decem Annos.

Magister *Johannes de Houctone* et *Gyrardus de Ely*, Executores dicti *Johannis*, ad Administrandum habentes plenariam Potestatem, Nobis condonarunt Sexies-viginti Marcas, Quatuordecim

I Maii 12.

Mar-

MCCLXXII.

Marcas, et amplius; ut in Eorum Litera continetur. Cautionem quoque Nostram de Illa Pecunia et ampliori Nobis restituerunt, protestantes, Sibi satisfactum esse de tota Pecunia, in qua dicto *Johanni à Mundi Origine* tenebamur.

Eodem anno, *Willelmus le Rus*, Prior de *Netwenham*, et *Michaël*, ejusdem Domûs Canonicus, successit Ei.

I Sive *Netwenham*.



1871
No. 100
1871

Received of the
Hon. Secy of the Interior
the sum of \$100.00
for the purchase of
land in the
County of ... State of ...



1871

1870

1871

1872

1873

1874

1875

1876

1877

1878

1879

1880

1881

1882

1883

1884

1885

1886

1887

1888

1889

1890

1891

1892

1893

1894

1895

1896


1897

1898

1899

1900





B.F.T. 6.6.54

